



**Dictionarium theologicum, : Ex Sacrosanctis Bibliis ueteris translationis, & S. Patribus, qui a? tempore Apostolorum usq[ue] ad Gregorium Magnum Romanum episcopum circiter floruerunt, ad uerbum excerptum in quo omnia fere? nomina Virorum, Mulierum, Populorum, Urbium, Montium, Fluuiorum, & eiusmodi locorum, itemq[ue] Vocabula & Phrases, quorum in praedictis Bibliis mentio fit, explicantur**

<https://hdl.handle.net/1874/428910>

8

3

# DICTIONA- RIVM THEO- logicum,

EX SACROSANCTIS BIBLIIS  
ueteris translationis, & S. Patribus, qui à tempore Apo-  
stolorum usq; ad Gregorium Magnum Romanum epi-  
scopum circiter floruerunt, ad uerbum excerptum; in quo  
omnia ferè nomina Virorum, Mulierum, Populorum, Vr-  
bium, Montium, Fluuiorum, & eiusmodi locorum, itemq;  
Vocabula & Phrases, quorum in prædictis Bi-  
blijs mentio fit, explicantur:

IOANNE ARQUERIO BURDEGA-  
lenli collectore.

*Catalogum Auctorum, è quorum monumentis hoc Opus sele-  
ctum est, post Epistolas reperies.*



PARISIÆ, PER IOANNE M  
OPORINVM 1567.

# DICTIONA

RIVM THEO

logicum

EX SACROSANCTIS BIBLIIS  
veritas translationis, & P. Paulus, qui tempore Apo-  
stolorum usque ad Gregorium Magnum Romanum epis-  
copum circiter hunc locum, ad urbem exierunt: in quo  
omnia sunt nomina Verborum, Militem, Populorum, Ve-  
stium, Monumentum, Fluviorum, & cuncta locorum, itaq;  
Vocabula & Phrases, quorum in praedictis Bi-  
bliis mentio fit, explicantur:

IOHANNES ANTONIUS BARBERA  
Lenti collector

Caesarem, Antonium, & quorundam monumentorum huiusmodi  
Lenti, post epistolam, etc.



AD LIBRARIUM REGIUM  
Lenti, etc.

ILLVSTRISS. AC INSIGNI  
PIETATE ORNATISS. PRINCIPI ATQVE DOMINO,  
D. CHRISTOPHORO Duci Vuirtebergensi & Teccensi,  
Comiti Mompelgardensi, &c.

ET

ILLVSTRISS. ATQVE EXIMIAE SPEI

PRINCIPI ET DOMINO, D. FRIDERICO, CO-

miti Vuirtebergensi, Domino supremo Hericuriensi, Castelli,

Clemontis, Blamontis, Estobon, & D. de

Granges, Clereual & Passeuent:

Dominis suis clementissimis

S. D.



ILLVSTRISSIMI Principes, scitis uerum  
esse dictum illud Comici:

*Homine imperito nunquam quicquam iniustus,  
Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.*

Item illud:

*Calumniari promptius est, quam æmulari.*

Quorum hæc dicam, accipite. Sanè in tēpo  
ra partim felicia, partim infelicia incidimus;  
Ter quaterq; felix est hoc seculū, quòd om-

nes artes quæ ad humanitatē pertinent, omnes scientiæ, omnesq; de  
niq; linguæ pristinam dignitatē obtinēt: potissimū uerò ars illa ar  
tium, & scientia scientiarum Theologia, admodum floret. Sacrosan  
cta Biblia, ex Hebræo Græcoq; in Latinum sermonem à multis reli  
giosis & doctissimis uiris conuersa sunt. Deniq; in omnes penè toti  
us orbis terrarum linguas, scilicet Germanicam, Gallicam, Italicam,  
Hispanicam, Anglicam, Aethiopicam, &c. translata sunt. Postre  
mò lucubrationes S. Patrum qui post S. Apostolos prædicta Biblia  
exposuerunt, aut ueram religionē contra gentes & hereticos tutati  
sunt, alij è Græcis Latini facti sunt: alij ueluti ex tenebris crassis eru  
ti, nunc lucem intuentur. Quorum lectio ad intelligenda sacrosan  
cta Biblia adeò utilis est, ut nihil supra.

Adhæc, quò nam pacto colendus sit Deus, quale sit officium ho  
minis Christiani, nemo ferè est qui nesciat. Extāt enim libri penè in  
numerabiles, præcipua capita Religionis Christianæ, scilicet Decalo  
gum, Symbolum Apostolorum, Orationem Dominicam, & quid  
de Sacramentis sentiendum sit, explicantes, cū à S. Patribus, tum  
à Neotericis conscripti. Item, de bonis operibus, de uita Christia  
norum, &c. quorum adminiculo, Deo auxilium ferente, noticia  
ueri Dei, & Christi eius, ipsiusq; uoluntatis haberi potest: quibus

in rebus uera beatitudo consistit, Proculdubio hæc est præcipua huius seculi felicitas.

Infelix est præsens seculū, propterea quòd tot tantisque Dei beneficijs ornatus & obstrictus, iuste & legitime ijs non utatur. Ita me Deus amet, si homines huius temporis Deo optimo maximo grati essent, ut esse deberent, uitā ueluti angeli transigerēt. Solum Deum colerēt, & se inter se amarent, ueluti fratres & unius corporis membra. Vnū Patrem Deum habemus, unum seruatores & redemptores Christum nos habere dicimus. Id si ex toto corde crederemus: intelligeremus pariter, nos fratres esse, & unius corporis, cuius Christus caput est, membra. Item, uitam nobis agenda esse, quam membra Christi decet. Amabò uos, hoc sine fratrum officium est, se mutuo peius cane & angue (ut dicitur) odisse: hoc sine membrorum Christi munus est, ueluti scopas dissolutas esse: hoc sine Christianorum officium est, Christianismū profiteri, & bacchanalia uiuere: Minimè gentium.

Certè hominum huius ætatis uita talis est, ut prophetiæ Christi & Apostolorum de postremis hominibus & fine seculi nunquam uerius adimpletæ sint, quàm hodie.

Filius hominis ueniens, (inquit Christus apud Lucam) putas inueniet fidem in terra? Vbi nunc uera fides: ô quàm rara est. Sanè si in hominibus inesset, ipsius filia, hoc est, bona opera, eam uelut pedissequæ comitarentur. Fides (ut ait Paulus) per charitatem operatur. Fides, ut inquit Ambrosius, genitrix est bonæ uoluntatis, & iustæ actionis. Maxima mater uirtutum, ut ait Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, est fides.

Item Paulus I. Timoth. 4. uaticinatus est, inquiens: Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, &c. Hæ sunt prophetiæ de raritate fidei.

Similiter Christus apud Matthæum prophetauit, dicens: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Vbi modò uera charitas est? Ego non dicam, eam refrigescere, sed penè emortuam esse. Proculdubio nihil est ferè ipsa rarius, ut ex descriptione ipsius intelligi potest. Charitas, inquit Paulus I. Corinth. 13. patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, charitas non est proterua, non inflatur, non agit inhonestè, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Hactenus ille.

Hæc est imago ueræ charitatis, qua ueri discipuli Christi noscuntur. In hoc cognoscent omnes, inquit Christus apud Ioannem, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Si charitate præditi essemus, nos unice amaremus, quod nobis factum uellemus, alijs faceremus. non essent tot iræ, altercationes, contentiones, bella, &c.

la, & cætera his similia. Si quis à uia ueritatis erraret, qui doctiores & spirituales essent, alios modeste, amice, & Christiane ab errore auertere omnibus modis contenderent. Verumenimvero quum primum in aliquo articulo dissidemus, confestim exandescimus, inuehimur, conuiciamur. Profecto hoc non est ab errore deducere, sed potius in errore confirmare. Cum in præcipuis articulis, hoc est, in doctrina Symbolorum, Apostolici, Niceni, & Athanasij, inter nos conuenit: in reliquis facile concordare, & mutuò orare debemus. Si ita nos gereremus, haud dubie Christianismi res melius haberent, nec tot scandala essent.

Scitis quid futurum sit, si in uia non redierimus? Omne regnum, inquit Christus, aduersus seipsum diuisum, desolabitur: & omnis ciuitas, aut domus aduersus seipsam diuisa, non stabit. Omnes qui Christiani dicimur, communem hostem, eumque potentissimum & infestissimum habemus: scilicet Turcam. Tantisper dum diuisi sumus, periculum est ne ille superueniens nos arripiat, opprimat, & postmodum conciliet. An nescitis, quid S. & doctissimus uir Cyprianus dicat? Concordia simul iuncta, uinci omnino non potest. An ignoratis, quid quamplurimis disiuictis, præsertim uero Hierosolymitanis, acciderit? Annon meministis, quid uobisipsis Germanis tempore Imperatoris Caroli V. contigerit? Nonne in mentem uobis uenit, quid superioribus annis Gallis obuenerit? Faciant igitur nos cum propria, tum aliena pericula cautos. Hæc est ergo huius seculi infelicitas, quòd nulla ferè sit in terris fides, charitas, & concordia.

Porrò quoniam fortassis mirabimini, quorsum in hunc sermonem inciderim, breuiter rationem reddam. Ex relatione multorum piorum & doctorum uirorum intellexi, præsertim uero ornatissimi uiri D. Christophori Vualneri, olim Præfecti Hericurienensis, te, illustrissime Princeps & Dux Christophore, ardere amore D. N. IESU Christi, & sanctissimæ ipsius religionis. Te, inquam, cupidissimum esse ueritatis, in cuius cognitione uita æterna consistit. Te, inquam, amantem esse cõcordiæ & unitatis, si quisque est alius. Te, inquam, ualere autoritate apud Imperatorem, Reges, Principes, & Respubl. Christianas, propter uarias animi & corporis dotes, quibus à Deo optimo maximo ornatus es. Quamobrem te etiam atque etiam per IESUM Christum, unicum Seruatorem & redemptorem nostrum obsecro, ut opes, potentiam, prudentiam, & autoritatem tuam ad pacem in Republica, quam Religione Christiana conciliandam conferas. Id si effectum reddideris, Deo optimo maximo obsequium gratissimum, & Reipublicæ Christianæ utilissimum præstiteris: ex quo egregiam & copiosam mercedem, & ab omnibus pijs laudem & gratitudinem reportabis.

Duæ sunt autem causæ præcipuæ, illustriss. Principes, quæ me ad Dictionarium meum Theologicum uobis dedicandum impulerunt,

runt. Vna est, quòd uos unice diligam & reuerear, propter gloriosas & memorabiles uirtutes Christianis Principibus dignas: quas in uobis inesse compertum habeo. Præsertim uerò in te, illustris. Dux CHRISTOPHORE, in quo uera fides in Christum, constantia in tuenda uera religione, conseruatio ministerij Euangelij, ministrorū ipsius cura, pietas erga patriam, liberalitas & charitas erga ministros Euangelij & pauperes relucet. Quæ certè uirtutes admirationem & beneuolentiam multorum piorum & doctorum tibi conciliant. In te uerò, illustris. Comes FRIDERICE, imago piæ & felicitatis memorie patris tui GEORGII relucet: qui amore Christi & Euangelij eius arsit, & in eo in finem usq; perrexit. Altera est, quòd in uestris ditionibus, Hericuriensi & Castelli, Christo milito, beneficijsq; uestris, deuinctus sum. Quibus ergo iustius & commodius lucubrationes meas dicare ualuissem? Quamobrem, illustris. Principes & Mæcenates mei, in fidem uestram me, meumq; Dictionarium Theologicum recipite: aduersusq; maleuolos calumniatores, & eos qui nihil rectum putant nisi quòd ipsi fecerint, defendite & protegite. Deus optimus maximus, illustris. Principes, det uobis Salomonis sapientiam, Iosiaæ zelum, Constantini Magni constantiam & potentiam, uosq; diutissimè Ecclesie suæ incolumes seruet, per IESVM

Christum Dominum nostrum. Amen. Hericuriæ,

Calendis Iulij: Anno Domini

M, D, LXXVII.

V. C.

obsequentissimus

Ioannes Arquerius.

ORNATISSIMO VIRO ET SUMMO

THEOLOGO, D. IOANNI BRENTIO

S. P. D.



DOMINVS noster IESVS CHRISTVS, apud Ioannem, omnes homines ad lectionem & meditationem Scripturarum sanctarum exhortatur, inquit: Scrutamini Scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere. Et illae sunt, quae testimonium perhibent de me, &c. Idem facit Paulus 2. ad Timoth. 3. Omnis Scriptura, inquit, diuinitus inspirata, est utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Cum igitur Scripturae sint testes & epistola Dei uiuentis ad homines missa, qua certiores facit, quid eos agere, dicere, & cogitare uelit & tanta sit illarum utilitas: is proculdubio propriae salutis hostis est, qui eas perlegere, relegere, & scrutari non optat. Verum enim uero cum certissimum sit in his quaedam esse difficultia intellectu, ut inquit Petrus, quae indocti & instabiles ad suam ipsorum perditionem detorquent: operae precium est scire, in quo haec obscuritas consistat. Consistit autem in uerbis, & rebus, ut indicare uideretur doctissimus & religiosissimus uir Hilarius, lib. 2. de Trinitate: De intelligentia, haeresis, non de Scriptura est: & sensus, non sermo, fit crimen.

Propriam uerborum Scripturae interpretationem multum conducere ad ueram ipsarum intelligentiam, inter omnes constat. Angelus apud Matthaeum, Iosephum alloquens, nomen IESVS interpretatus est, dicens: Vocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Matthaeus cap. 1. citans Esaiam, nomen quoque Emmanuel transtulit: Vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.

Ioannes cap. 1. Euangelij sui tria uocabula, scilicet Messias, Rabbi, & Cephas interpretatus est. Ibidem cap. 9. uocem Siloe uertit. Denique cap. 3. epistolae prioris peccatum, definiuit: Peccatum est legis transgressio.

Similiter ex ijs quae apud Lucam ultimo, de Christo referuntur, planum fit ueram & salutare Scripturarum intelligentiam ex noticia rerum in eis traditarum pendere. Primum dicitur, quod incipiens a Mose, & omnibus Prophetis, interpretabatur discipulis, in omnibus Scripturis, quae de ipso erant. Deinde refertur, discipulos dixisse: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis Scripturas? Postremo narratur, ipsum aperuisse discipulis intellectum, ut intelligerent Scripturas. Intelligebant quidem uerba, sed uerum sensum ignorabant. Quapropter Scripturae obscurae sunt, propter rerum in eis contentarum magnitudinem, & quod uerba & phrasae saepissime inusitatae sunt.

Scripturae diuinitus inspiratae a S. Prophetis & Apostolis, partim Hebraice, partim Graece literis mandatae sunt. Non omnibus autem datum est, illas linguas proprie callere. Quot haereses ortae sunt, cum superioribus seculis, tum nostro, ex falsa intelligentia rerum & uerborum Scripturae? Perperam intellexerunt quidam uerbum *logos* apud Ioannem, homo caelestis apud Paulum: membra Dei quorum subinde mentio fit in Scripturis, &c. Male quoque intellexit Arius dictum Christi apud Ioannem: Pater maior me est. Male pariter intelliguntur hodie a quibusdam dicta illa, Nolite iurare omnino. Non ita erit inter uos. & Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Quid? Si uelim recensere haereses ex ignorantia rerum & uerborum Scripturae exortas, opus longius illiade, ut dicitur, nasceretur. Vt nihil uerius sit dicto Hilarij: Haeresis de



intelligentia falsa, non de Scriptura est: & sensus falsus fit crimini, non sermo. Quemadmodum non est culpa uini: sed bibentium, cum aliqui se eo ingurgitant: ita non est Scripturarum culpa, sed detorquentium, cum aliqui legitime eis non utuntur.

Porro, ne quisquam filiorum Dei, ignorantia uocabulorum in haereses incidat: uisum est, hoc Dictionarium Theologicum ex Scripturis sacris & S. Patribus decerpere. Excerpti autem ferè ad uerbum, ne quis de me conquereretur, quòd collegissem quae mihi placebant, & praetermissem quae displicebant. Sunt circiter uiginti quinque anni, ex quo coepi S. Patrum lucubrationes perlegere: & inter legendum cum aurea dicta, tum interpretationem, definitionem, & partitionem uocum Biblicarum colligere. Id uerò feci principio in usum meum. Sed cum ad magnitudinem uoluminis collectanea illa creuissent, commonefeci optimum atq; doctissimum uirum D. IOANNEM OPORINVM, typographum Basiliensem diligentissimum, uerè & summum amicum meum: qui sapissimè, ut absoluerem, hortatus est. Tandem ipsius persuasionibus uictus, descriptum ei attuli. is uerò ornatissimo & doctissimo Theologo D. DOCTORI SIMONI SVLCERO obtulit: qui illo diligenter inspecto utriusq; nostrum institutum comprobauit.

Quales uerò sint Auctores, ex quibus hoc opus collectum est, tu melius nosti: ut qui eos & diutius: & diligentius me perstraueris. Quidam enim ex his natione Hebraei fuerunt, scilicet Philo & Iosephus, ideo Hebraicè doctissimè atq; assiduam operam literis Graecis nauarunt, ut earum periti euaserint, & Graecè scripserint. Alius, ut Hieronymus, tantum studium Hebraicis & Graecis literis impendit, ut sacrosancta Biblia ex Hebraeo & Graeco in Latinum sermonem conuerterit. Alij natione Graeci fuerunt: nempe Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius Caesariensis, Basiliius Magnus, Gregorius Nyssenus, Nazianzenus, Chrysostomus, &c. qui proprietatem illius linguae rectè calluerunt. Alij Latini fuerunt: ut Tertullianus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, &c. qui etiam Hebraeam & Graecam linguam cum Latina coniunxerunt. Quamobrem cum uiri doctissimi fuerint, multum illorum interpretationibus & explicationibus, mea quidem sententia, tribuendum & fidendum est. Ideo poterunt Theologiae studiosi ex hoc scripto interpretationem nominum Hebraicarum, & definitiones appellationum Theologicarum colligere, easque turò sequi. Quò autem fratribus meis hac in re adiumentum afferrem, nec animi, nec corporis laboribus defatigatus sum. Non enim solum nobis nati sumus, ut praclare scriptum est à Demosthenè: sed quicquid boni facere aut dicere possumus, id ad communem fratrum & membrorum nostrorum utilitatè referre debemus, si modo, ut Christianos decet, uitam agere uolumus. Relinquitur ergo, germanam contextus Bibliorum intelligentiam ex propria uocum & phrasium notione pendere.

Quod autem ad rerum & sensuum cognitionem spectat, sciendum est, eam in uniuersum non ex intellectu uocabulorum, sed ex dono Dei, inspiratione Spiritus sancti, & a pertione Christi pendere. Nam sunt quamplurimi, qui uerba quidem intelligunt, interea tamen sensum Spiritus non tenent. Discipuli illi Christi, quorum apud Lucam mentio fit, non uerborum Scripturae, sed sensuum & rerum erant ignari. Quod in causa fuit, ut Christus exposuerit illis Scripturas, & aperuerit mentem, ut eas intelligerent.

Paulus 1. ad Corinth. 12. donum interpretationis non omnibus, sed aliquibus dari testatur.

David Psalm. 119. pro intellectu legis & uerbi Dei omnibus precibus orat atque obtestatur, dicens: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.

Item: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.

Item: Manus tuæ fecerunt me, & psalmaverunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

Item: Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Hæc cum ita sese habeant, donum interpretationis peculiare munus Dei esse constat: cumq; tantus uir, qui natione Hebræus erat, dono prophetiæ præditus, & in lectione Mosis & reliquarū scripturarū diligenter uersatus, nihilo minus tamen pro intelligentia legis ardentem orer: sequitur, uoluntatem Dei (quæ in scripturis sacris expressa est) nisi Christus solus doctor & magister noster aperuerit, nemini notam esse. Vt ipsemet inquit: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius uoluerit reuelare. Item Ioannes: Deum nemo uidit unquam. unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Nauanda est quidem assidua opera literis Hebræicis, Græcis, & Latinis. Discenda est, si fieri possit, uniuersa Philosophia, quæ omnes optimas artes & scientias complectitur. Interim tamē præcipuū est, ut Christum doctore nostrum oremus & obsecremus, ut aperiat nobis cor & mentē ad Scripturas intelligendas. Oremus ergo sine intermissione, uti Dauidem fecisse legimus.

Domine, da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.

Domine, manus tuæ fecerunt me, & psalmaverunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

Domine, ego sum seruus tuus: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Placerturo mihi uehementissimè consiliū religiosissimi illius uiri Ephraim, libro De armatura spirituali cap. 8. quo docet, quo nā pacto se gerere debeant, qui cum fructu Scripturas legere desiderant. Cum legis, inquit, intentissimè lege, atque diligenter, cum multa constantia uersum bis terq; ponderans, & penetrans sensum. neq; studeas libri folia eoluere: uerum (ut dixi) bis terq; ac sapius eundem repete uersum, ut ipsius intelligentiam consequaris. Cum uerò te ad sedendum ac legendum, siue etiam ad alium legentem audendum paras, primū ora Dominum, dicens: Domine IESU Christe, aperi aures atque oculos cordis mei, ut audiam, & intelligam, & faciam uoluntatem tuam. Domine: quoniam incola ego sum in terra. non abscondas à me mandata tua: sed reuela oculos meos, & considerabo mirabilia tua in lege tua. Manifesta mihi incerta & occulta cordis mei, & sapientiæ tuæ. In te enim spero Deus meus, ut tu illumines mentem meam.

Ita, mi frater, ita (obsecro) Deum ora semper, ut illuminet animum tuum, & aperiat tibi uirtutem sanctarum literarum. multi enim errauerunt, confidentes in sua prudentia: dicentesq; se esse sapientes, stulti facti sunt, non intelligentes quæ scripta sunt: incideruntq; in blasphemias, & perierunt. Si igitur inter legendum, sermonem inueneris ad intelligendum difficilem, uide ne te doceat malignus, dicens: Quomodo stat uerbum illud? aut quomodo esse potest? Sed si credis Deo, crede & sermonibus illius, & dic maligno: Vade post me Satana. Ego enim scio, quia eloquia Domini, eloquia casta sunt: argentum igne examinatum, probatum, purgatum septuplum: nihilq; in ipsis malum, nihil peruersum est: sed bona sunt his qui intelligunt, & recta his, qui inueniunt scientiam. Ego autem sine intellectu sum & nescio. Scio enim, quoniam spiritualiter scripta sunt. Dicit enim Apostolus: Quoniam lex spiritualis est. Atq; aspiciens in cælum, dicit: Domine, credo sermonibus tuis: non contradico, sed confido in uerbis S. Spiritus tui. Tu igitur Domine Domine, saluum me fac, ut inueniam gratiam coram te. Ego enim nihil aliud quero, nisi tantummodo ut saluer, & tuam misericordiam piissimè con-

IOAN. ARQUERII EPIST.

sequar, quia tuum est regnum & imperium in secula seculorum: Amen.

Hactenus ille.

Habes, ornatissime atq; doctissime uir, studioru & instituti mei rationem: quorum enarrationem te etiam atq; etiam oro, in bonam partem accipias. Hanc enim non eò institui, ut te docerem. Nam nimium ineptus essem: & sus, ut dicitur, Mineruam doceret, cum sis princeps huius ætatis Theologorum, & Germaniæ decus. Verum ut omnes p̄i intelligerent, quomodo affectus sim erga Dei gloriam, & eorum utilitatem & ædificationem. Quod si meum institutum approbaueris, magnum fructum laborum & sumptuum meorum percipisse uidebor. Lucubrationes tuæ omnibus p̄is notæ palam faciunt, te Hebraicè, Græcè & Latine doctissimum, optimarum artium atq; scientiaru peritissimum, zelo domus Dei præditum esse, atq; sincerum iudiciu habere. Quapropter si meum negotium probaueris, huius non faciam iudicia eorum, qui nihil rectum putant, nisi quod ipsi fecerint.

Deus optimus maximus tecum sit, ornatissime uir: qui te diu Ecclesiæ suæ incolumem & beatum seruet, per Christum Dominum nostrum: Amen. Bene uale etiam atq; etiam: & me, ut facis, ama. Hericuriæ,

Calendis Iunij: Anno Domini

M. D. LXVII.

Tuus totus ex animo  
Ioannes Arquerius, pastor  
ecclesiæ Hericurienfis.

PRÆMONITIO AD CHRISTIANUM Lectorem.

NE quisquam iure de me conqueri possit, de quibusdam rationem reddere uisum est. Cum enim multis prodesse, nemini uerò nocere coner, nolim cuiquam mecum exoptulandi occasionem dare. Quod si præmonitiones meæ Christianè & diligenter perpendantur, futurum spero, ut omnia & qui boni fiant. Lex in omnium cordibus scripta est: Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Item: Quod tibi fieri uelis, idem alteri feceris.

1  
Ut Theologi libentius explanationes istas legāt & recipiāt, hoc sciāt uelim: me illas ex sacrosanctis Biblijs, & S. Patrum lucubrationib, ad uerbū collegisse & decerpisse, nihil addendo aut adimendo, nisi quod aliquando tēpora uerborum in præsens mutauī, quò oratio dulcior esset. Ita autem me gessi, ne quisquam diceret, me dicta S. Patrum truncata citare. Si quis ergo de mea si de dubitet, conferat Collectanea cum exemplaribus similibus ijs quæ cito. Docti sciunt, Iosephum, Historiam ecclesiasticam Eusebii Cæsariensis, Basilium Magnum, & complures alios, bis à Græco in Latinum sermonem conuersos esse. Et quia ueteres translationes hæcenus legi solite sunt, easdem allego. In Athanasio uerò, quòd ueterem translationem non haberem, noua usus sum.

2  
Porro ne quis putet, me omnes S. Patres perlegisse, hoc habeat: me tantum perlegisse eos, qui à tempore Apostolorum usq; ad Gregorium Magnū Romanum episcopum circiter floruerunt: cum inter omnes doctos & pios constet, illos reliquis doctiores fuisse. Si enim omnes perlegere conatus fuissē, opus longius Iliade, ut dicitur, mihi natum fuisset.

3  
In interpretandis uerbis aut phrasibus Scripturæ sacræ, propterea quòd eadem uariè interdum usurpantur, contextum ipsius ut à S. Patribus aut Interpretibus ipsorum recitatur, allego, & præfigo. Alias exemplar sacrosanctorum Bibliorum ueteris translationis, Venetijs impressum apud hæredes Lucæ Antonij Iuntæ 1557, sequutus sum.

4  
Inter diligentes lectores lucubrationum S. Patrum constat, idem uerbum eandemq; phrasim uariè nonnunquam exponi. Ego uerò operæ non parcens, diuersorum explanationes refero. De ijs pij atq; docti iudicabunt, sequenturq; eas quæ propius ad germanum sensum Scripturarum uidebuntur accedere. Ego enim, qui nihil sum cum tantis uiris collatus, de ipsorum expositionibus iudicium ferre nolim. Qui autem fiat, ut idem uerbum diuersè interpretentur Theologi, rationem reddit Philo, aut Hieronymus ipsius interpres, in Interpretatione nominum Hebraicorum de Genesi, in hæc uerba: Quod in principio dixeramus, in uocalibus literis obseruandum: eo quòd apud nos interdum una sit litera, & apud Hebræos uarijs uocibus proferatur: hoc nūc quòd in S litera sciendum est. Siquidem apud Hebræos tres S sunt literæ: una quæ dicitur Samech, & simpliciter legitur, quasi per s nostram literam describatur. Alia Sin, in qua stridor quidam non nostri sermonis interstrepit. Tertia Zade, quam nostræ aures penitus reformidant. Sicubi ergo euenierit, ut eadem nomina aliter atq; aliter interpretentur: illud in causa est, quòd diuersis scripta sunt literis. Hoc autem quòd in Genesi diximus, in omnibus libris similiter obseruandum. Hæcenus ille.

5  
Sapissimè explanationes diuersorum idem sentientium recito: ut docti & pij

p̄ij consensum multorum uidentes, magis confirmati sint. Si ijs qui Dictionaria linguarum & artium collegerūt, ad confirmandas interpretationes suas uaria testimonia in eundem sensum producere licet: mihi uicio uerti non debet, si expositiones diuerforum Patrum idem sentientium recito.

6

Religiosi & docti Theologi non sunt nescij, aliquot sacrosanctorum Bibliorum libros uarias appellationes sortitos esse. Nam quidam ex S. Patribus, Iosue, Iesum Naue: primum & secundum Samuelis, primum & secundum Regum: primum & secundum Regum, tertium & quartum Regum: Paralipomenon, libros Regum uel Regnorum: Nehemiam, secundum Esra, &c. uocitare solent. Ego quoq; in hac re ipsorum uestigia identidem sequor. In rebus enim leuis momenti, nihil immutandum existimaui.

7

In explicandis, locis quorum mentio fit in sacrosanctis Biblijs, identidem cito librum Eusebij Cæsariensis, cui titulum fecit, De locis Hebraicis: qui inter ipsius opera quæ Basileæ apud Henricum Petri impressa fuerunt, non extat. Illum uerò inter mea opera D. Hieronymi, apud Gryphium typographum Lugdunensem excusa 1530, tomo nono reperi. De quo ita scriptum est nomine prædicti Hieronymi, eodem tomo: Eusebius, qui à B. Pamphylo martyre cognomentum sortitus est, post decem Historiæ Ecclesiasticæ libros: post temporum canones, quos nos Latina lingua edidimus: post diuersarum uocabulorum nationum, quæ quomodo apud Hebræos olim dicta sint, & nunc dicantur, exposuit: post topographiam terræ Iudææ, & distinctas urbium sortis ipsius quoq; Hierusalem, templiq; in ea cum breuissima expositione picturam: ad extremum in hoc opusculo laborauit, ut congregaret nobis de sancta Scriptura omnium penè urbium, montium, fluminum, uiculorum, & diuersorum locorum uocabula: quæ uel eadē manent, uel immutata sunt postea, uel aliqua ex parte corrupta. Vnde & nos admirabilis uiri sequentes studium, secundum ordinem literarum, ut sunt in Græco posita, transulimus, relinquētes ea quæ digna memoria non uidentur, & pleraq; mutantes. Hactenus ille.

Hunc imitatus prædictus Hieronymus, libellum de locis Actorum apostolorum scripsit, alteriq; subiunxit.

8

In interpretandis uocabulis Biblicis, subinde cito librum Philonis, qui inter ipsius opera quæ Basileæ apud Episcopium typographum Basiliensem impressa sunt, 1554, non extat. Verum inter mea opera Hieronymi tomo nono illum reperi. de quo nomine prædicti Hieronymi scriptum est: Philo uir disertissimus Iudæorum, Origenis quoq; testimonio comprobatur edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumq; etymologias iuxta ordinem literarum è latere copulasse. Qui cum uulgò habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleuerit, studij mihi fuit in Latinam eum linguam uertere. Hactenus ille.

Hunc quoq; æmulatus est prædictus Hieronymus, ediditq; libellum de Interpretatione nominum noui Testamenti: cuius mentionem facit in præfatione præfixa libro Philonis, de interpretatione nominum Hebraicorum.

9

Sæpè allego homilias quasdam incerti auctoris & imperfectas in Matthæum, quæ cum homilijs Chrysostomi in eundem Euangelistam coniungi & imprimi consueuerunt. Nam non esse Chrysostomi, cum stylus, tum doctrina coarquit: cum alicubi Arianismum respiciant. Eas uerò homilias, Autorem operis imperfecti, nominare solitus sum.

10

Philonem & Iosephum Iudæos in numero S. Patrum colloco, propterea quod

PRÆMONITIO.

quod cum Hebraicè Græcèq; doctissimi fuerint, ex ipsorum monumentis in-  
finitorum penè uocabulorum interpretationem, definitionem, & diuisionem  
collegi. Quales enim fuerint, Christiani, nec ne, iudicium Dei esto. Quod autem  
in secundis tertijsq; consistant, non eò factum est, quod alijs præferant  
sed rationem temporis, quo floruerunt, habui. Philonem enim, Petrum aposto-  
lum Romæ uidisse scribitur. Iosepho captiuo, Ioannem apostolum & euange-  
listam uixisse traditur.

11

Quo facilius Theologi interpretationes, definitiones, & partitiones Bibli-  
corum uerborum inueniant, ordinem alphabeticum sequutus sum. Omnibus  
enim modis illorum utilitati seruire conatus sum.

12

Vt Theologi sciant, ex quibus Scriptoribus hoc opus collectum, & quanti  
faciendum sit, catalogum Autorum, unà cum nominibus locorum & typogra-  
phorum, ubi excusi fuerunt, contexui. Ex quo etiam patebit, quantis labori-  
bus animi & corporis defatigatus sim, quotq; sumptus sustinuerim, ut id in lu-  
cem proferrem. Habes excusationes meas, Christiane Lector: quibus apud  
te utendum putauì, ut dicta & facta mea in bonam partem accipias. Deus  
optimus maximus autor, causa, & scaturigo omnis boni, faxit, ut labor  
meus tantùm fructus ferat, quantum allaturum spero & opto: Per  
Iesum Christum, unicum Dominum & Saluatorem  
nostrum: Amen.

CATA-

CATALOGVS AVTORVM, E' QVO-  
rum monumentis collectum est Dictiona-  
rium Theologicum.

- Biblia sacrosancta ueteris translationis, impressa Venetijs apud Iuntas, 1557.  
 Philonis opera impressa Basilea apud Episcopium.  
 Philonis interpretatio nominum Hebraeorum, Lugduni apud Gryphium.  
 Iosephi opera, Lugduni apud predictum Gryphium.  
 Clementis Romani, Lutetia apud Nicolaum Chesneau.  
 Clementis Recognitionum libri, Basilea apud Cratandrum.  
 Dionysij Areopagita Colonia apud Quentel.  
 Egesippi, Colonia apud Gennepaum.  
 Iustini Philosophi, Basilea apud Episcopium.  
 Irenaei Lugdunensis, Basilea apud Frobenium.  
 Clementis Alexandrini, Florentia apud Torrentinum.  
 Tertulliani, Basilea apud Frobenium.  
 Origenis, Basilea apud eundem.  
 Origenis tomi in Ioannem, Venetijs apud Spinellos.  
 Hippolyti, Colonia apud Cholinum.  
 Cypriani, Lugduni apud Gryphium.  
 Arnobij, Basilea apud Frobenium.  
 Lactantij, Lugduni apud Gryphium.  
 Eusebij Casariensis, Basilea apud Henricum Petri.  
 Eiusdem de locis Hebraicis, Lugduni apud Gryphium.  
 Athanasij, Basilea apud Frobenium.  
 Hilarij Pictauiensis, Basilea apud eundem.  
 Didymi Alexandrini, Colonia apud Ioannem Prael.  
 Optati Mileuitani, prope Moguntiam apud Behem.  
 Cyrilli Hierosolymitani, Lutecia apud Gulielmum Desbois.  
 Epiphani, Basilea apud Uinterum.  
 Ephraem, Colonia apud Melchiorem Nouesianum.  
 Basilij Magni, Basilea apud Oporinum.  
 Gregorij Nazianzeni, Basilea apud Heruagium.  
 Ambrosij Mediolanensis, Basilea apud Frobenium.  
 Maximi, Basilea apud Henricum Petri.  
 Gregorij Nysseni, Basilea apud Episcopium.  
 Ioannis Chrysostomi, Basilea apud Heruagium.  
 Autoris operis imperfecti homiliae in Mattheum, Basilea apud eundem.  
 Hieronymi, Lugduni apud Gryphium.  
 Hesychij presbyteri, Basilea apud Cratandrum.  
 Theodoretii Cyrensis in Paulum, Florentia apud Torrentinum.  
 Eiusdem contra aliquot haereses, &c. Basilea apud Oporinum.  
 Cyrilli Alexandrini, Basilea apud Heruagium.

Augustini

*Augustini Hipponensis, Basilea apud Frobenium.*  
*Primasij, Lugduni apud Gryphium.*  
*Paulini Nolani, Coloniae apud Cholinum.*  
*Vigilij Tridentini, Coloniae apud Birckmannum.*  
*Ioannis Casiani, Basilea apud Cratandrum.*  
*Eucharj Lugdunensis, Basilea apud Frobenium.*  
*Marci Eremita, Luteciae apud Paruum.*  
*Fulgentij, Basilea apud Henricum Petri.*  
*Macarij Aegyptij, Luteciae apud Morelium.*  
*Ioannis Damasceni Basilea apud Henricum Petri.*  
*Nicephori Callisti, Basilea apud Oporinum.*  
*Oecumenij, Basilea apud Isingrinum.*  
*Canones Conciliorum, Basilea apud Oporinum.*  
*Gregorius Magnus Episcopus Romanus.*

**FINIS.**



Gregorius Decanus Episcopus Romanus.  
Camerarius Conciliorum, Basses apud Oportum.  
Occurrit, Basses apud Hispaniam.  
Theobaldus Castellus, Basses apud Oportum.  
Johannes Parnascus Basses apud Hispaniam Paris.  
Necarius Regis, Basses apud Hispaniam.  
Eulgerius Basses apud Hispaniam Paris.  
Necarius Francie, Basses apud Hispaniam.  
Richardus Augustus, Basses apud Hispaniam.  
Johannes Capitanus, Basses apud Hispaniam.  
Eulgius Trilivianus, Colonus apud Hispaniam.  
Johannes Nelanus, Colonus apud Hispaniam.  
Camerarius Conciliorum, Basses apud Hispaniam.  
Gregorius Decanus Episcopus Romanus.

FINIS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DICTIONARIUM THEOLOGICUM,  
EX S. BIBLIIS ET PATRIBUS, A  
IOANNE ARQUERIO Burdegalen-  
lenſi collectum.

A A



**Abaoth**, in Hieremia: pro quo in Hebræo legitur Luit. Eusebius de locis Hebraicis.

**Aalee**, mille. Philo in interpretatione nominum Hebraicorum, de Iesu Naue.

**Aaron**, filius Amram, frater Moſis. Exod. 4. 6. & Orator ſeu interpres Moſis. Exod. 4. 7. aſcendit unâ in montem Sinai, & legem à Deo accipit. Exo. 19. 24. primus ſacerdos ſummus, ad Leuitici ſacerdotij adminiſtrationem à Deo per Moſen uocatus. Ordinatur. Num. 8. Exo. 29. Primum ſuum ſacrificium offert. Num. 9. Moritur. Num. 20.

**Aaron**, mons fortitudinis, ſiue mons fortis. Philo in interpretatione nominum Hebraicorum, de Exodo et Numeris. Hieronymus in interpretatione nominum Hebraicorum, de epiſt. ad Hebræos.

**Aaron**, mons eorum. Hieronymus ibid. de Luca.

**Aasbi**, filius Machati, genitor Eliphelet, fortis ſuit Dauidis. 2. Sam. 23.

**Aaſer**, in tribu Iuda: appellatur autem nunc uicus pregrandis, pergentibus Aſcalonem de Azoto. Eusebius de locis Hebraicis.

**Aathach**, tempore ſuo. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de primo Regum.

**Aathar**, deprecatio. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Aaz**, continens, aut apprehendens. Id. ibid. de libris Regum. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Aazia**, apprehendens Dominum, aut robur Domini, uel fortitudo eius. Id. ibid. de Matth.

A B

**Ab omnibus**. Omnis aut qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſtinet. Quid hac particula, Ab omnibus, ſignificatur? Non ab uno ſe abſtinet, ad alterum autem ſe indifferenter habet: ſed ſcortatione, gula, ebrietate, & ab omnibus ſimpliciter affectibus ſe abſtinet. Chryſoſtomus homil. 23. in 1. ad Corint.

**Abacuc** propheta amplectens et cõſolans Iudæos, ne propter euerſionem Ieroſolymæ, quam à Chaldæis futuram prædicit, frangantur deſperatione: ſed certò expectent liberationem, & aduentum Chriſti, iuxta promiſſiones Dei, in fine orat pro ignorantibus: hoc eſt, pro hominibus pijs & innocentibus, qui unâ in Babylonem abducti erant. Eorum fidem erigit & confirmat exemplis priorum liberationum, quæ patribus contigerant. Paulus fundamentum Epistolæ ad Romanos ex hoc propheta ſumit, citans dictum: Iustus fide ſua uiuet.

**Habacuc**, amplexans. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Habacuc.

**Abaddon**, abyſſi nomẽ, Græcè ἀπολλύων, id eſt, perdens. Apoc. 9.

A B

**Abagtha**, eunuchus ſuit Abaſueri regis Perſarũ. Eſter 1.

**Abala**, oppidum in tribu Iuda. Ioſ. 15.

**Abamothbaal**, oppidum in tribu Ruben. Ioſ. 13.

**Abana**, fluuius Damafci. 2. Reg. 5. Eusebius de locis Hebraicis.

**Abana**, lapides eius. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de libris Regum.

**Abarim**, mons in quo mortuus eſt Moſes. Num. 27. Deut. 32. 34. Dicitur autem & mons eſſe Nabau in terra Moab, contra Hiericho, ſupra Iordanem, in ſupercilio Phaſga. Oſtenditurq; aſcendentibus de Libya de in Eſbum, antiquo hodièq; uocabulo iuxta montem Phogor, nomẽ priſtinum retinentem: à quo circa eum regio uſq; nunc appellatur Phaſga. Eusebius de locis Hebraicis.

**Abarim**, in tranſitu: quod ſignificãtius Græcè πηγάρι dicitur. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Numeris.

**Abarim**, eſt tranſitus. Origenes homil. 27. in Numeros.

**Abaron**, frater Iudæ Maccabæi, alio nomine Eleazar. 1. Mac. 2.

**Abba**. Miſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, Abba pater. Gal. 4. Abba Hebraicum eſt, idipſum ſignificans quod & pater. Et hanc conſuetudinem in pluribus locis Scriptura conſeruat, ut Hebraicum uerbum cum interpretatione ſua ponat. Bartimeus, filius Timæi. Aſer, diuitiæ. Tabitha, Dorcas. & Geneſi Meſech, uernaculus, et cætera his ſimilia. Cum autẽ Abba pater Hebræo Syroq; ſermone dicatur, etc. Hieronymus libro 2. Commentariorum in epiſt. ad Galatas.

**Abda**, filius Sammua, Leuita in Hieruſalẽ, poſt Babyloniam captiuitatem. Neh. 11.

**Abdan**, filius Diſan, nepos Seir. Geneſ. 36.

**Abdan**, deſiderabilis. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Geneſi.

**Abdeel**, pater Selemiæ. Ierem. 36.

**Abdehel**, filius Hiſmael. Geneſ. 25.

**Abdemelech** Aethiops liberat Ieremiam ex lacu. Ierem. 38.

**Abdemelech**, ſeruus regis. Philo in interpretat. nominum Hebraicorum, de Hieremia.

**Abdenago**, inſtituitur cū Daniele in literis Chaldeorum. Daniel. 1. idem in fornace ardẽte diuinitus ſeruatur. Daniel. 3.

**Abdenago**, ſeruicus taceo. Philo in interpretat. nominum Hebraicorum, de Daniele.

**Abdias**, propheta οὐρανοῦ & Ieremiæ. Cõſolatur Iudam abductum in Babylonem, promittens eis reditũ; & minatur Idumæis extremam uafitatem.

**Abdias**, diſpenſator domus Ahab, qui pauit cõtum prophetas

phetas absconditos in speluncis, ne interficerentur à Iezabel. 1. Reg. 18.

Abdias, seruus Domini. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Abdia.

Abdi, Leuita tēporibus Ezechie regis. 2. Par. 29.

Abdi, filius Elam: hic cū alijs Iudæis post Babylonicam captiuitatem alienigenas uxores suas repudiavit. Efd. 10.

Abdiel, filius Guni, è tribu Gad. 1. Par. 5.

Abdiel, seruiens Deo. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Hieremia.

Abdo, seruus eius. Id. ibid. de Iesu Naue.

Abdon, iudex populi Israel, ex tribu Ephraim. Iud. 12.

Abdon, consiliarius regis Iosue. 2. Par. 34.

Abdon, ciuitas Leuitarum in tribu Aser. Ios. 21. Eusebius de locis Hebraicis.

Abdon, seruus mœroris. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de libro Iudicum.

Abed, seruus. Idem ibidem.

Abel, filius Adam & Eua secundus, pastor ouium, timensq; Deum, à fratre suo Cain in agro occiditur. Genes. 4. cuius fides commendatur Heb. 11.

Abel significat, nihil hoc. Iosephus lib. 1. cap. 4. anti quitatum Iudaicarum.

Abel, luctus, siue uanitas, aut uapor, siue miserabilis, uel committens. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Genesi & lib. Iudicum. Hieronymus ibidem, de Mattheo, & epist. ad Hebr. eos.

Abel Latine luctū dicere possumus. nā qui primus omnium parentibus luctum intulit, hoc nomine ab eis diuina quadam prouidentia fuit appellatus. Eusebius lib. 11. ca. 4. de Præparatione Euangelica. Origenes in 23. Matthei.

Abel, oppidum in tribu Nephthalim. 3. Reg. 15. 4. Reg. 15.

Abela, uinearum ager, ubi dimicauit Iephte in terra filiorum Ammon. Iud. 11. nam et usq; in presentem diem in septimo lapide Philadelphie uilla Abela cernitur, uinetis cōstita. Alia quoq; est ciuitas nomine Abela, uini fertilis, in duodecimo à Gadaris milliario, cōtra orientalem plagam. Necnon & tertia in Phœnice Abela, inter Damascum & Paneadem. Eusebius de locis Hebraicis.

Abela Bethmaacha, ciuitas in tribu Nephthalim, in quam confugiens Siba seditiosus, obsidente Ioab, à ciuibus capite truncatus est. 2. Sam. 20.

Abelmaula, urbs unius de principibus Salomonis. Vnde fuit & Heliſeus propheta. 1. Reg. 19. Est autem nunc uicus in Aulone, de quo supra diximus, in decimo à Scythopoli milliario, contra australem plagam, nomine Bethabula. Sed & Abelmea, uillula nunc nuncupatur inter Neapolim & Scythopolim. Eusebius de locis Hebraicis.

Abelmeola, luctus parturientis. Philo in interpret. nom. Hebraicorum, de lib. Iudicum.

Abelmaim, ciuitas, quam, ut narrat historia 2. Par. 16. rex Asa per Benhadad Syrum expugnauit. 1. Reg. 15.

Abelsatim, locus in deserto ad meridiem Moabi-

tarum. Eusebius, de locis Hebraicis.

Abenezzer, quod interpretatur Lapis adiutorij, siue lapis auxiliator. Est autem locus, unde tulerunt Philistij arcam testamenti, inter Aeliam & Ascalonem, iuxta uillam Bethsamis. Id. ibid.

Abenner, pater meus lucerna, uel pater lucerna. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de primo Regum.

Aber Cinæus, maritus Iabelæ, quæ Sisaram intersecit. Iud. 4.

Aber, commisit, uel certamen iniit, aut particeps. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Numeris.

Abes, aliàs Hemes, urbs in tribu Isachar. Ios. 19.

Abellan, iudex populi Israel, ex tribu Iuda. Iudic. 12.

Abetharim, pro quo Aquila & Symmachus exploratorum uiam interpretati sunt, ubi aduersum Cananæum, qui ab austro contra Israel eruperat, in solitudine dimicatur. Eusebius de locis Hebraicis.

Abefatim, luctus littorum, uel riparum. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Numeris.

Abgam, pater sordis. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de lib. Iudicum.

Abia, rex Iudæ. 1. Reg. 14. 2. Par. 13. Matth. 2.

Abia, filius Samuelis. 1. Sam. 8.

Abia, filius Ieroban. 1. Reg. 14.

Abia, sacerdos Dauidis, è filijs Aaron. 1. Par. 24. de cuius sorte fuit Zacharias, pater Ioannis Baptistæ. Luc. 1.

Abia, sacerdos redux è Babylonico exilio. Neh. 12.

Abia, uxor Efron, peperit Ashur, patrem Thecuc. 1. Par. 2.

Abia, filia Zachariæ, mater Ezechie regis Iudæ. 2. Reg. 18. 2. Par. 29.

Abia, pater meus iuste, uel patris mei abundantia, seu pater dominus, uel pater fuit. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Numeris, & primo Regum. Hieronymus ibid. de Mattheo.

Abiahil, filius Huri, è tribu Gad. 1. Par. 5.

Abialbon, Arbathites, numeratur inter robustos Dauidis. 2. Sam. 23. Hic, 1. Par. 11. Abiel dicitur.

Abialbon, pater meus superintelligens. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de secundo Regum.

Abias, interpretatur ueniens, uel patris mei hic. Autor operis imperfecti, homi. 1. in Mattheum.

Abiasaph, filius Chore, filij Isaar. Exo. 6. Ab hoc Abiasaph, Chorithæ, seu filij Chore, quorum crebra in Psalmis mentio fit, orti sunt.

Abiasaph, interpretatur congregatio patris. Origenes in 18. Matthei.

Abiasar, patris mei collectio. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Exodo.

Abiathar, sacerdos, filius Abimelech, nepotis Phinees, filij Heli sacerdotis. 1. Samuelis 22. 23. Hic Abiathar filium habuit Ionathan, cuius mentio fit 2. Samuelis 15. 17.

Abiathar, pater superfluus. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de primo Regum.

Abida, filius Madiam, nepos Abraham. Genes. 25.

Abida

Abidahe, pater meus sciens. Philo in interpret. no-  
min. Hebraicorum de Genesi.  
Abidan, filius Gedeon, princeps tribus Benjamin  
in deserto. Num. 1. 2. 7.  
Abidan, pater meus iudex. Philo in interpret. nomin.  
Hebraicorum, de Numeris.  
Abiel, auus Saulis regis. 1. Sam. 9.  
Abiel, pater meus Deus. Philo in interpret. nomin.  
Hebraicorum, de primo Regum.  
Abiezer, Anathothites è filijs Iemini, unus è forti-  
bus David. 2. Sam. 23. 1. Par. 12. 28.  
Abiezer, natus est ex sorore Galaad, nepotis Ma-  
nasse. dedit nomen familie, ex qua natus est Gedeon.  
1. Reg. 6. s. 1. Par. 7.  
Abiezer in interpretatur patris mei auxilium. Orige-  
nes homil. 8. in lib. iudicum. Philo in interpret. nomin.  
Hebraicorum, de lib. iudicum.  
Abiez, Dei mei auxilium. Philo ibid. de secundo  
Regum.  
Abigail, prudens & speciosa mulier, uxor Nabal  
1. Sam. 25. post cuius mortem facta est coniunx  
Davidis. ibid. 1. Par. 3.  
Abigail, soror David regis, mater Amasæ, interse-  
cit Ioab consobrino. 1. Par. 2. 2. Sam. 20.  
Abigail, patris mei exultatio. Philo in interpret. no-  
min. Hebraicorum, de primo Regum.  
Abigal, pater exultationis, siue pater erroris. Idem  
ibidem.  
Abihail, Beniamita, genitor fuit Ester, quæ et Ha-  
daja. Esth. 2. frater Machabæi.  
Abihail, uxor Abisur, genuit Ahobbam & Molid.  
1. Par. 2.  
Abihail, uxor Roboam, filia Eliab: peperit ei tres fi-  
lios. 1. Par. 11.  
Abihail, Leuita, è familia Musitarum, pater Suriel.  
Num. 3.  
Abilene, scribunt esse regiunculam inter Liba-  
non & Antilibanum, cui Lysanias præfuerit. Luc. 3.  
Abilene, lugentes. Hieronymus in interpret. no-  
min. Hebr. de Luca.  
Abimael, filius Ictan, nepos Heber. Genes. 10.  
Abimael, pater meus à Deo. Philo in interpret. no-  
min. Hebraicorum, de Genesi.  
Abimelech, rex Geraræ. Genes. 20. 21. 26.  
Abimelech, filius Gedeonis, parricida fratrum sep-  
tuaginta Iud. 9.  
Abimelech, pater meus rex. Philo in interpret. no-  
min. Hebraicorum, de Genesi. Origenes homil. 6. in Ge-  
nesim.  
Abinadab, filius fuit Isai, frater Davidis. 1. Sam.  
16. 17. 1. Par. 2.  
Abinadab, Saulis filius. 1. Par. 9. 10. à Philistæis cædi  
tur. 1. Sam. 31.  
Abinoem, pater Barac, iudicis Israelitarum. Iud. 4.  
Abinoem, patris mei decor. Philo in interpret. no-  
min. Hebraic. de lib. iudicum.  
Abinoem interpretatur responsio patris. Origenes  
homil. 6. in lib. iudicum.  
Abiram, uel Abiron, pronepos Ruben, frater Da-  
thaa, socius seditionis Chore, aduersus Moysen &

Aaron motæ, unâ cū ceteris hiatu terræ absorbetur.  
Num. 16. 26. Deut. 11. Psal. 106.  
Abiram, pater meus excelsus. Philo in interpret. no-  
min. Hebraic. de Numeris.  
Abiram, patri excelsus. Idem ibid. de libris Regum.  
Abiroth, sculptum. Id. ibid. de Numeris.  
Abisa, mater Ezechie regis. 2. Reg. 18.  
Abisa, patris incendium, siue sacrificium, uel holocau-  
stum, quod significantius Græce ἀπρωμα dicitur.  
Philo in interpretatione nominum Hebraicorum, de  
secundo Regum.  
Abisa, uoluntas mea in ea. Id. ibid. de libris Regum.  
Abisag, uirgo pulcherrima ex Suncem, quæ Dau-  
di iuncta fuit, ut calefaceret corpus fragile, et propter  
senectutem frigidum. 1. Reg. 1. Iosephus libro 7. cap. 15.  
Antiquitatum Iudaicarum.  
Abilai, nepos David ex sorore, frater Ioab, unus  
ex capitaneis Davidis. 2. Sam. 23. 1. Par. 2. 11.  
Abisai, patris mei incensum, uel sacrificium. Philo  
in interpretationibus nominum Hebraicorum, de pri-  
mo Regum.  
Abisai, pater sacrificij. Id. ibidem, de secundo Re-  
gum.  
Abisai, pater meus superfluous, siue patris mei rugi-  
tus. Id. ibid. de tertio Regum.  
Abisue, filius Phinees, filij Eleazar, è tribu Leui. 1.  
Par. 7. Esr. 7.  
Abisue, filius Bele, filij Benjamin. 1. Par. 9.  
Abitur, filius Semei. 1. Par. 2.  
Abithal, uxor Davidis regis. 1. Sam. 3.  
Abithal, pater meus ros. Philo in interpret. no-  
min. Hebraicorum, de secundo Regum.  
Abitob, filius Mehusim. 1. Par. 8.  
Abiu, filius Aaronis, ex Elisabeth filia Aminadab.  
Exo. 6. 24. 28. Num. 26. 1. Par. 7. Alienum ignem of-  
ferens, igne absumitur. Leuit. 10. Num. 3. 26. 1. Pa-  
ralip. 25.  
Abiu, pater meus est, siue pater ipse. Philo in inter-  
pret. nomin. Hebraicorum, de Exodo. Hieronymus ibi-  
dem, de Matthæo.  
Abiud, filius Bele, filij Benjamin. 1. Par. 9.  
Abiud, filius Selomi, princeps tribus Aser. Num. 34.  
Abiud, filius Zorobabel. Matth. 1.  
Abiud, patris robur, siue pater eorum. Philo in in-  
terpret. nomin. Hebraicorum, de Exodo.  
Abnegare se, & tollere crucem. Si quis uult post  
me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem  
suam. Matth. 16. Si abnegare, & tollere crucem, non  
solum est mori pro Christo, sed carnalem conuer-  
sationem reijcere: sine dubio et Perdere animam,  
non solum mori est, sed etiam deponere uoluntates  
carnales. Origenes tractat. 2. in Matth.  
Abnegare seipsum. Consideremus quid nam sit ab-  
negare seipsum. Si ergo intelligis, quid sit alium ab-  
negare: tunc rectè percipies, quid sit abnegare te-  
ipsum. Quid igitur est abnegare teipsum? Quid igitur  
abnegare alium? Qui alium iam abnegauit, fratrem  
puta, aut seruum, aut quemuis alium, si cædi cum uir-  
gis uideat, si coerceri uinculis, quicquid aliud mali  
pati cum conspexerit, non accurrit, non auxiliatur.

non flebitur, nec prorsus ullo modo mouetur, ceu ille qui penitus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere uult, ut neq; si ceditur, neque si pellitur, neq; si uritur, nec si quid aliud huiusmodi patitur, ei parcamus. Chrysostomus homil. 56. in Matth.

Abner, princeps militie Saul, filius fuit Ner: qui Ner et Cis pater Saulis, fratres fuerunt. 1. Sam. 14. Iosephus lib. 6. cap. 7. Antiquitatum Iudaicarum. Interficitur à Ioab. 2. Sam. 3.

Abobi, pater Ptolemæi, qui fuit gener & parricida Simonis Maccabei. 1. Mac. 16.

Abominatio desolationis. Cum uideritis abominationem desolationis, &c. Matth. 24. Non mirum, Ioannes, si perseveras usque ad excidium patrie, cum iam reliquerint eam presidia diuina. Sed mirum quod perituram non credis, cum legeris Propheticos libros, quibus excidia patrie nobis annunciata sunt, & reparata culmina, rursus à Romano diruenda exercitu. Quid enim aliud clamat Daniel? Non enim quod iam factum erat, sed quod post futurū prophetabat. Que est abominatio desolationis, quam uociferatus est uenientibus Romanis fore, nisi ista que nunc imminet? Egesippus libro 5. cap. 31. de excidio Hierosolymitano. Diximus, abominationē desolationis stantē in loco sancto, esse mēdacij uerbum, quod in loco Scripturarum sancto stare uidetur. Origenes in 24. Matthæi. Potest simpliciter aut de Antichristo accipi: aut de imagine Cesaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Hadriani equestri statua, que in ipso Sancto sanctorum loco usq; in presentem diem stetit. Abominatio quoque secundum ueterem Scripturam, idolum nuncupatur: & ideo additur Desolationis, quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit. Hieronymus in 24. Matth. Abominationem, statuam appellat eius qui urbem expugnauit, quam desolata urbe, atq; subuerso templo, intus statuit: quocirca & desolationis ipsam appellauit. Chrysostomus homil. 76. in Matthæum. Quidam dicunt, abominationem desolationis esse imaginem Cesaris, quam Pilatus posuit in templo. Verius autem, quid sit abominatio desolationis, Lucas euangelista interpretatur. Nam in quo loco Marcus, & presens Matthæus ponunt, Cum uideritis abominationem desolationis: in ipso loco Lucas sic ponit, Cum uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia propinquauit desolatio eius. Et sic dicit: Qui in Iudæa sunt: uidelicet ut per alteram similitudinem expositionis eiusdem loci ostendat, quid sit abominatio desolationis stans in loco sancto. fuit enim exercitus alienigenarum, & Romani Imperatoris, stans circa Hierusalem, que usq; tunc fuerat sancta. Hoc et Petrus apud Clementem exponit. Deniq; hanc esse abominationem desolationis, & ipse textus ostēdit. Quasi enim replicans illa omnia que superius dixi, breuiter comprehendit, & dicit, Cum ergo uideritis abominationem desolationis stantem: hoc est, cum uideritis ea ipsa prelia iam stantia circa Hierusalem, que ante audiebatis. Autor operis imperfecti homil. 49. in Matthæum.

Abortiuus. Nouissimè autem omnium quasi ab-

ortiuo uisus est et mihi. Abortiuum se dixit, quia extraneum tempus natus in Christo Apostolatū accepit, iam Christo in coclos recepto in carne. Ambrosius in 15. prima ad Corinthios

Abra, ancilla Iudith. Iudith 10.

Abraham, natione Chaldeus, primus Iudeorum datur, cui promissio facta est. filius fuit Thare, frater Nachor & Aran. Genes. 11. pius & fidelis homo, qui iussus egredi de terra, cognatione & domo patris sui, in terram Chanaan uenit: ubi promissionem Dei accipit, semen suum possessurum terram istam. Ibidem 12. Hic ex Sara nonagenaria genuit Isaac. Ibidem 21. quem uoluit ad Dei præceptum offerre in holocaustum. Ibidem 22. Ex Hagar Aegyptia uerò Ismaelem suscepit. Ibidem 16. Fuerunt autem dies uitæ Abraham centum septuaginta quinque anni, et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæ ætatis & plenus dierum, congregatusq; est ad populum suum: et sepelierunt eum Isaac et Ismael filij sui in spelunca duplici, que sita est in agro Ephron, filij Scor Hetthæi, eregione Mamre, quæ emerat à filiis Heth. ibi sepultus est ipse, & Sara uxor eius. Ibidem 25.

Abram, pater excelsus. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Genesi.

Abram exponitur pater sublimis. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum.

Abraam, exponitur pater electus somitus. Id. ibid.

Abraham, pater uidens populum. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Genesi. Hieronymus ibi. de Matthæo. epistola ad Roma. 2. ad Corint. Hebræos.

Abraham, patris uidentis multitudinem. Id. ibid. de epist. Iacobi.

Abraham in nostra lingua, pater electus cum somitu refertur. Id. in 4. ad Galatas.

Abraham interpretatur pater multorum populorum. Cyprianus tract. de montibus Sina & Sion.

Abraham Latine pater superiorum corporum uocabatur. Eusebius li. 11. cap. 4. de Preparatione Euangelica.

Filij Abraham. Neq; hi qui secundum carnem nascuntur ex Abraham, filij Abraham dicendi sunt, nisi fidem & opera habeant Abrahæ. Inde deniq; & Dominus in Euangelio dicit ad Iudeos, qui se iactabant filios esse Abrahæ: Si filij Abrahæ essetis, opera uitæ Abrahæ faceretis. Origenes li. 4. in epist. ad Romanos.

Semen Abrahæ. Semē Abrahæ est ecclesia, per Christum Iesum, cui & adoptio redditur, & hereditas que Abrahæ promissa est. Ireneus lib. 4. cap. 18. aduersus Hereses.

Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Quid intelligis semen Abrahæ? An nō id quod habuit Abraham secundum naturam, habuit etiā semē Abrahæ? Theodoretus dialogo Inmutabilis.

Abfalon, filius David, ex Maacha filia regis Gesuriz interficit fratrem Amnon. 2. Sam. 13. Mouet seditionem aduersus patrem. Ibidem 15. interficitur. Ibidem 19.

Absania, auus Iezonia Rechabite. Hierem. 35.

Abeffalon, pater pacis. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Psalterio & secundo Regum.

In abscondito. Pater tuus qui uidet in abscondito, etc.

9  
A C  
to, etc. Matth. 6. Quid est, in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec uerbis aperiri: quandoquidem multi multa mentiuntur. Augustinus lib. 1. super Sermonem Domini in monte.

**Absentes, Præsentes.** Coniunguntur autem siue absentes, siue præsentes placere ei. Absentes nos dicēs, in corpore positos: præsentes autem, de corpore recedentes. Origenes lib. 7. ad Romanos.

**Abstit.** Verbo Abstit, rerum detestandarum execratio continetur. Hilarius canon. 16. in Matth.

**Absorberi.** Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui est eiusmodi. Absorberi appellauit desperare, & a fide omnino deficere.

**Abur, liuor, aut uulnus.** Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de libris Regum.

**Abyssus.** Tenebræ erant super abyssum. Que est abyssus? Illa nimirum, in qua erit diabolus & angelus eius. Deniq; hoc manifestissime & in Euangelio designatur, cum dicitur de Salvatore: Et rogabant demonia quæ eiciebat, ne iuberet ea ire in abyssum. Origenes homil. 1. in Genesim.

Quid Abyssus significat copiosam aquam, ad cuius fundum haud facile penetrari poterit. Basiliius homil. 2. Hexaë meri.

Abyssus nihil aliud est nisi aqua plurima, cuius finis incomprehensibilis sit hominibus. Damascenus lib. 2. cap. 9. de Orthodoxa fide.

A C

**Acabrim** interpretatur scorpiones, uel decemem. Origenes homil. 15 in Iesum Naue. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Numeris, Iosue, Iudicum.

**Accain,** oppidum Iudæ. Ios. 15.  
**Accara,** uicus in deserto, situs in possessione tribus Iudæ: pro quo Symmachus interpretatur, pauimentum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Accaron,** in tribu Dan, siue (ut ego arbitror) in tribu Iudæ, ad Ierusalem Chanæeorum: urbs una de quinque olim satrapiarum Palestinæ: & decreta est quidem tribui Iudæ, nec tamen tenta ab ea, quia habitatores pristinos nequirit expellere. Sed & usq; hodie grandis uicus Iudæorum Accaron dicitur, inter Azotum & Iamnam, ad Orientem respiciens. Quidam putant Accaron turrim Stratonis, postea Cesaream nuncupatam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Accaron,** gregis pascua, siue in pascuis, quod Græcè dicitur ἐν νομαῖς ἢ βοσκήσις: uel eruditio tristitiæ, sterilitas. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Amos & Iesu Naue.

**Acceptum esse.** Nā si prius affuerit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, &c. Acceptum esse, hoc loco significat exigi. Chrysostomus homil. 17. in 2. ad Corinth.

**Accerethi,** interficiēs, siue demoliens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Ezechiele, & primo Regū.

**Accherubim,** cognosce & intellige, siue scientiæ multitudo. Idem, ibid. de Exodo.

**Accipere.** Si quis accipit. Accipere est, aliquem dolo capere: idcoq; significat hos capi à dolosi: m. signis, & ferre quod non expedit. Ambrosius in 11. 2. ad

10  
A C  
Corinth. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; ad dici, &c. Gal. 1. Inter Accipere et Discere hoc interest: quod accipit Euangelium, cui primum insinatur, & ad fidem eius adducitur, ut credat uera esse quæ scripta sunt. Discit autem is, qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata sunt, explanata & disserta cognoscit: & cognoscit non homine reuelante, sed Christo qui reuelauit Paulo: aut Paulo, in quo loquitur Christus. Hieronymus in 1. ad Galatas.

**Accho,** quæ nunc Ptolemæis appellatur, sortis Afer, de qua habitatores pristinos nequirit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

**Accho,** usq; huc, aut hamus, uel humilitas eius. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de lib. Iudicum.

**Accusatio est,** uituperatio eorum qui faciunt iniuriam. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagogi. cap. 9.

**Achab,** rex Israel, sub quo floruit Elias propheta. 1. Reg. 17. 18. Mich. 6.

**Achab,** pseudopropheta, tempore regis Sedechiæ. Hierem. 29.

**Ahab,** frater patris. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de tertio Regum.

**Achabor,** mus. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de libris Regum.

**Achobor,** pater Balaam, regis Idumæ. Genes. 36.

**Achobor,** pater Helnathan. Hierem. 26. 35.

**Achad,** urbs regni Nemrod in Babylone. Genes. 10. Porro Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ ciuitatem, quæ hodie quoq; uocatur Nisibi: à Lucullo quondam Romano consule obsessam, captamq; et ante paucos annos à Iouiniano imperatore Persis traditam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Achaia,** Græciæ regio, et penè insula ipsa cum Aegæo, & Ionio cingitur a quore, ab Isthmo incipit. De qua lege Pliniū lib. 4. cap. 5. Historiæ naturalis. Strabonem 8. Ptolomæum 3. cap. 15. huius multa fit mentio in Actis Apostolorum capite 18. 19. Similiter in Paulinis epistolis. Rom. 15. 1. Cor. 16. 2. Cor. 1. 9. 1. Thes. 1. quod fideliter Euangelium receperit.

**Achaia,** soror laborans. Hieronymus in interpretatione nominum, de Actis Apostolorum.

**Achaia,** frater quis, aut frater eius, uel frater Domini, uel frater meus Dominus. Idem. ibid. de epist. ad Romanos, 1. ad Corinth. & Thess.

**Achaicus,** cuius ecclesiæ Corinthiorum, legatus ad S. Paulum in Asiam: refert inde primam epistolam ad Corinthios. 1. Cor. 16.

**Achal,** omnia. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Ezechiele.

**Achan,** furatur de anathematis urbis Iericho. Ios. 7. 1. Par. 2.

**Achan,** filius Esfer, nepos Seir. Genes. 36.

**Achan,** necessitas, uel labor eorū. Philo in interpret. nominum Hebraicorum, de Genesi & Deuteronomio.

**Achaz,** rex Iudæ, pater Ezechie. 2. Reg. 16. Esai. 1. 7. 14. 38. Ose 1. Mich. 1. Matth. 1.

**Achaz,** apprehēdens, uel tenens. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Michea.

**Achaz** interpretatur firmanentū Domini, aut uirtus. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

**Achafeluth**, ciuitas in tribu Issachar. appellatur autem & quidam uicus Chafalus, iuxta montem Thabor, in campestribus, in octauo milliario Diocæsareæ, ad Orientem respiciens. Eusebius de locis Hebraicis.

**Acheldemach**, ager sanguinis, qui hodieq; monstratur in Aelia ad australem plagam montis Sion. Act. 1. Matth. 27. Eusebius de locis Hebraicis.

**Acheldemach**, ager sanguinis, qui hodie quoq; demonstratur in Aelia ad australem plagam montis Sion: et hactenus iuxta Iudæorū consilium mortuos ignobiles, alios terra tegit, alios sub diuo putrefacit. Hieronymus, de locis libri Actorum Apostolorum.

**Acheldemach**, ager sanguinis, Syrum est, non Hebræum. Hieronymus in interpret. nominum, de Mattheo & Actis Apostolorum.

**Achi**, frater meus. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Genesi.

**Achiam**, umbraculum, siue prærupta. Id. ibid. de Numeris.

**Achias**, quaestor templi Ierosolymitani, tempore Dauidis. 1. Par. 26.

**Achias**, filius Achitob, pronepos Heli, sacerdos tempore Saulis. 1. Sam. 14.

**Achicam**, frater meus surgens. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de libris Regum.

**Achidod**, fratris mei gloria. Idem ibid. de Numeris.

**Achimaas**, praefectus Salomonis super tribum Nephtalim; habuit quoq; Basemath filiam Salomonis in uxorem. 1. Reg. 4. Iosephus lib. 8. cap. 2. Antiquitatum Iudaicarum.

**Achimaas**, socer Saul. 1. Sam. 14.

**Achimaas**, filius Sadoch sacerdotis, consilia Absalonis prodens Dauidi. 2. Sam. 15. 17. Idem nunciat Dauidi uictoriam contra Absalon. Ibid. 18.

**Achiman**, gigas ex posteris Enach. Num. 13.

**Achiman**, frater meus quis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de lib. Iudicum.

**Achiman** interpretatur, frater meus extra consilium: uelut si dicamus, frater sine consilio. Origenes homil. 20. in Iesum Naue.

**Achimelech**, filius Abiathar, sacerdos Dauidis. 2. Sam. 8. 20. 1. Par. 19.

**Achimelech**, sacerdos tempore Saulis, pronepos sacerdotis Heli, proponit Dauidi & socijs panes propositionis uescendos, interficitur à Saule. 1. Samuelis. 21. 22.

**Achimelech**, frater meus rex. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de primo Regum.

**Achin**, filius Sadoc, in genealogia Christi recensetur. Matth. 1.

**Achinoa**, uxor Dauidis. 1. Sã. 25. 2. Sam. 3. ex qua suscepit primogenitum Amnon, à fratre Absalone postea interfectum.

**Achinoam**, fratris decor. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de primo Regum.

**Achinoe**, uxor Saulis. 1. Sam. 14.

**Achior**, princeps Ammō, ab Assyrijs relegatus, duce Holoferne, ad Iudæos uenit. Iudith. 5. 6. 14.

**Achiram**, filius Benjamin. Num. 26.

**Achiram**, fratris mei sublimitas. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

**Achis**, rex Geth urbis Philistinorum, ad quem fugit Dauid. 1. Sam. 21. 27.

**Achis**, uerum tamen uir, siue frater meus, aut frater uir. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de primo Regū.

**Achifamech**, pater Ooliab architecti. Exo. 35.

**Achifamech**, fratrem meū roborans. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Exodo.

**Achitob**, pater Achimelech sacerdotis à Saule interfecti, nepos Heli sacerdotis, ortus ab Ithamar filio Aaron. 1. Sam. 14. 21.

**Achitob**, pater Sadoch sacerdotis, decimus ab Aarō ex filio Eleazar. 1. Par. 6. 2. Sam. 8.

**Achitob**, frater meus bonus. Philo in interpretat. nomin. Hebraic. de primo Regum.

**Achitophel**. Vide Achitophel.

**Acho**, urbs in tribu Aser. Iud. 1.

**Achobor**, mures. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi & Hieremia. Vide Achabor.

**Achohereth**, disperdens, siue dissipans. Id. ibid. de secundo Regum.

**Achior**, Hebraicè dicitur Emecachor, quod interpretatur, uallis tumultus uel turbarum, eo quod ibi tumultuatus & turbatus sit Israel in qua lapidauerunt quondā Achan, propter furtum anathematis. Ios. 11. Est autem ad Septentrionem Hiericho, & usque hodie à regionis accolis sic nominatur. Meminit huius Osee propheta. Eusebius de locis Hebraicis.

**Achor**, in tribu Iuda, de qua & supra diximus. Id. ibid.

**Achor**, turbatio, uel tumultus, siue peruersio. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Esaia & Iesu Naue.

**Achiran**, oppidum tribus Aser. Ios. 19. Eusebius de locis Hebraicis.

**Achran**, turbauit eos. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

**Achsaaph**, urbs tribus Aser, cuius regem percussit Iosua. Ios. 11. 12. 19. Hæc Eusebio Chafalus dicitur, in octauo lapide Diocæsareæ, ad radicem montis Thabor, in campestribus sita. Eusebius de locis Hebraicis.

**Achzib**, urbs tribus Iudæ. Ios. 15. Mich. 1.

**Achziph**, in tribu Aser, in qua alienigenæ permanserunt. Hæc est et Dippa, in nono milliario Ptolemaidis, pergentibus Tyrum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Acisap**, in tribu Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

**Actio**. Actio est motus eius quod agit, cuius uis tota in faciendo sita est. Damascenus lib. de Decretis.

**Actio** est uis naturalis, & uniuersuiusq; essentia interpret. Id. lib. de duabus Christi uoluntatibus.

**Actio**, uis est animi intelligentis, naturalis & prima: id est, quæ motu perpetuo agitatur: id est, eius ratio quæ sempiterno motu cietur, naturaliterq; ex eo semper quasi ex fonte manat. Id. ibid.

**Actio**, est naturalis cuiusq; naturæ uis & motio, quæ separata res in nihilum recidit. Id. ibid.

**Actio**, est ipsa uis agendi: id est, uis agendi ualere. Id. ibi.

**Actio naturalis**. Actio naturalis, motus est naturæ, qui in

qui in faciēdo uersatur. Id. lib. de Decretis.  
 Actio naturalis est, uniuscuiusq; naturę uis & motus. Id. lib. de duabus Christi uoluntatibus.  
 Actus. Actus naturalis est, uniuscuiusq; substantię uirtus & motus. Id. lib. 2. cap. 9. de Orthodoxa fide.  
 Actus est, naturalis cuiusq; substantię in situs motus. Id. ibid.  
 Actus, est naturalis uirtus uniuscuiusq; substantię index. Id. ibid.  
 Actus est, naturalis & prima uirtus semper motrix, intellectuālis animę: hoc est, semper motiua cuius ratio, naturaliter ex ipsa semper scaturiens. Idem ibidem.  
 Actus est, naturalis cuiusq; substantię & uirtus & motus, sine qua solum est non ens. Dicuntur actus, & ipse actiones, operationesq; ut loqui, ambulare, manducare, bibere, & huiusmodi. Id. ibid.  
 Actus est, motus ac uigor naturę efficax. Idem ibidem.  
 Quid inter actionem, actiuum, actum, & agentem inter sit. Sciendum, quod aliud est Actio, aliud Actiuum: aliud Actus, & aliud Agens. Actio enim est, efficax & substantialis naturę motus. Actiuum, natura ipsa, ex qua actio prodit. Actus, actionis absolutio, & res ipsa gesta. Agens autem, quod utitur actione, id est, hypothesis. Id. ibid. lib. 3. cap. 15.

Ada, uxor Lamech, primi bigami. Genes. 4. Iosephus lib. 1. cap. 4. Antiquitatum Iudaicarum. cuius filij Iabal & Iubal fuerunt.  
 Ada, uxor Esau, filia Elon Hethæi. Genes. 36.  
 Ada, testimonium. Philo in interpretat. nomin. Hebraicorum, de Genesi.  
 Adad, rex Idumę. Genes. 36.  
 Adad, natus in familia regia gentis Idumę, quam à Dauide subactam uindicare conatus est, moto aduersus Salomonem bello. 1. Reg. 11.  
 Adad, filius Hishmael. Genes. 25.  
 Adad, precipuus, uel patruelis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.  
 Adad, testimonium, uel ramnus. Id. ibid.  
 Adada, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.  
 Adada, usq; ad testimonium. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.  
 Adadezer, rex Zoba in Emath, à Dauide uictus. 1. Par. 38. 2. Sam. 8. 11.  
 Adai, stirpis Benjamin, filius Semei. 1. Par. 7.  
 Adai, genitor Maasie centurionis. 2. Par. 23.  
 Adai, filius Bani, alienigenam uxorem repudiavit. Esr. 10.  
 Adai, filius Ioiarib. Nehem. 11.  
 Adai, filius Ieroham. Ibid.  
 Adai, genitor Idida, matris Iosie regis. 2. Reg. 22.  
 Adai, Leuiticę tribus, filius Ethan. 1. Par. 6.  
 Adaias, sacerdos, filius Ieroham, qui habitauit in Hierusalem. 1. Par. 10.  
 Adalia, filius Aman, Iudæorum hostis, ab ipsis interficitur. Esr. 9.  
 Adam, primus homo. Genes. 2. Iosephus lib. 1. cap. 2. Antiquitatum Iudaicarum. Vixit annis 930. Ge-

nes. 5. Primus prauaricator præcepti diuini. Hos. 6. 1. Cor. 15. Huius filij fuerant Cain, Abel, Seth. Genes. 4.  
 Adam, Hebraica lingua significat rubeus: quoniam conuersa rubea terra factus est. Talis est enim uirgo tellus, & uera. Iosephus lib. 1. cap. 2. Antiquitatum Iudaicarum.  
 Adam, homo, siue terrenus, aut indigena, uel terra rubra. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Genesi. Hieronymus ibidem, de Luca. Epist. ad Rom. & 1. ad Tim.  
 Nomen ipsum Adam terrigenam, aut terrenum potest significare. Adam enim apud Hebræos humus dicitur: quamuis per translationem, rubram, corporeamq; naturam significet: ita terrigenam, atque terrenum aut corporalem hominem hac appellatione signauit. Eusebius lib. 11. cap. 4. de Præparatione Evangelica. Damascenus lib. 3. cap. 12. de Orthodoxa fide.  
 Adam sic uocatus est, quod hominem interpretari possis. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra Hæreses.  
 Adam, forma futuri. Etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem prauaricationis Adæ, qui est forma futuri. Rom. 5. Adam ideoque forma futuri est, quia iam tunc in mysterio decreuit Deus, per unum Christum emendare, quod per unum Adam prauaricatum erat, sicut dicitur in Apocalypsi Ioannis apostoli: Agnus, inquit, qui occisus est à constitutione mundi. Ambrosius in 5. ad Romanos.  
 Adam, ciuitas à latere Sarthan. Ios. 3.  
 Adama, una de quinque ciuitatibus Sodomorum, euersa cum cæteris. Genes. 19. Deut. 29. Ose. 11. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Adama, humus, uel terra, siue terrena. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi & Deuteronomio. Hieronymus in 2. ad Galatas.  
 Adama, in Esai: pro quo Aquila & Symmachus humum, Theodotio terram interpretantur. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Adamantus. Adamantus est naturaliter talis lapis, cui neq; ignis, neque ferrum, neq; aliud quicquam præualet. ferro enim si percutiatur, demergitur in ferrum, tanquam plumbum missum in ignem. Si in ignem mittatur, similiter permanet ut missus est, & non uiolatur. Ergo quia nihil ei præualet, ideo Adamantus appellatur. Adamantus uero interpretatur ex Græca lingua, indomabilis, inflexibilis, inalterabilis, incomminutus: & ut breuiter dicam, cui nec quicquam præualet, neque percutiendo, neque adurendo. Nam percussus non comminuitur, exustus non conteritur. Merito ergo Adamas appellatur, utpote insuperabilis. Origenes lib. 2. in Iob.  
 Adami, oppidum tribus Nepthalim. Ios. 19.  
 Adame, cruores, siue sanguines, numero plurali. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.  
 Adar, oppidum in finibus Iudææ & Arabie Petree situm, inter Cades & Chasmonam. Num. 34.  
 Adar, sublimis, uel magnificus, siue pallium. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris et Iesu Naue.  
 Adar, mensis duodecimus. Hest. 3. Incidit autem in nostrum Februarium & Martium.

Adara.



**Adara**, ciuitas tribus Ephraim. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adarsa**, oppidum in tribu Ephraim, inter Antipatrida & Bethoron, prope quod Iudas Maccabaeus Nicaronem caecidit. 1. Mac. 7. ubi in Graeco fonte, locus nominatur *αδαρσα*; pro quo Latinus interpres, Adarsa, & paulo post Adazer posuit.

**Adasa**, in tribu Iuda usq; hodie uicus, iuxta Gufnas. Ios. 15. Sed miror, quomodo Gufnensem regionem in tribu Iuda posuerit: cum perspicuum sit, secundum librum Iesu, in sortem eam tribus Ephraim cecidisse. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adasa**, noua. Philo in interpret. nom. Hebraicorum, de Iesu Naue.

**Addar**, filius Belae, nepos Benjamin. 1. Par. 8.

**Addar**, ciuitas sortis Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

**Addara**, in tribu Iuda, iuxta desertum. Ios. 15. Est quoq; & alia uilla in sinibus Diospoleos, iuxta Thamniticam regionem, quae à Thamna uilla usq; hodie sic uocatur. Id. ibid.

**Addemne**, in tribu Nephthaim. Id. ibid.

**Addi**, filius Cosam, in Genealogia Christi. Luc. 3.

**Addo**, uisus Zachariae prophetae. Zach. 1.

**Addo**, uidens prophetauit contra Ieroboam, filium Nabat. 2. Par. 9.

**Addus**, locus castrorum Simeonis Maccabaei, ducentis exercitum contra Tryphonem Syriae regem. 1. Maccab. 13.

**Ader**, urbs quam expugnauit Iesus, rege illius interfecto. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ader**, grex. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi, & Iesu Naue.

**Adhinnire**. Adhinnit etiam, qui nondum concupita potitus est, efferuescente cupidine, quamuis non sequatur perpetratio. Iustinus epist. ad Zenam & Serenum.

**Adia**. Vide Adithaim.

**Adiada**, munitio aedificata à Simone fratre Iudae Maccabaei. 1. Macc. 12.

**Adiel**, clarus uir è tribu Simeonis. 1. Par. 4.

**Adigere**. Si quis te coggerit mille passus, etc. Matth. 5. Adigere est, iniquè aliquem trahere, & absq; ulla omnino ratione, opprimendo scilicet, atque ledendo. Chrysostomus homil. 18. in Matth.

**Adihel**, pater Hasmoth, qui fuit supremus quaestor Davidis. 1. Par. 27.

**Adin**, redux in terram Iuda è captiuitate Babylonica uenit. Efr. 2. Neh. 7.

**Adina**, filius Sisa, è tribu Ruben, princeps Rubenitarum, & sortis Davidis. 1. Par. 11.

**Aditha**, iuxta Diospolim, quasi ad Orientalem plagam respiciens. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adithaim**, in sorte tribus Iudae. Ios. 15. Dicitur autem & quaedam uilla Adia iuxta Gazan, & alia.

**Adli**, genitor Saphat, praefecti iumentorum Davidis. 1. Par. 27.

**Admatha**, sapientum quidam fuit Assueri regis Persarum. Esth. 1.

**Admonitio**. Admonitio est, ueluti quaedam dieta e-

grotantis animae. ea, quae sunt sumenda, consulit: & quae non sunt, prohibet. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagogi, cap. 8.

**Admonitio** est, curam gerens uituperatio, mentem inferens. Id. ibid. cap. 9.

**Adollam**, in tribu Iuda: & usq; hodie uicus non paruus ad Oriëtem Eleutheropoleos, in decimo milliaro, hoc nomine uocatur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adollamim**, congregatio eorum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

**Adollamitem**, testificantem, siue testimonium aquae. Id. ibid. de Genesi.

**Adomim**, quondam uillula, nunc ruina in sorte tribus Iudae, qui locus usq; hodie uocatur Male domini: & Graecè dicitur *αδαβαοις νύππωρ*, Latine autem appellari potest Ascensus rufforum, siue rubentium, propter sanguinem qui illic crebrò à latronibus funditur. Est autem confinium tribus Iudae & Benjamin. Ios. 15. descenditur ab Aelia Hierichum, ubi & castellum militum situm est, ob auxilia uiatorum. Huius sanguinariae loci, Dominus quoq; in parabola descendens Hierichum de Hierosolyma, recordatur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adomin**, rubra. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

**Adon**, profelytus ex captiuitate redux. Efr. 2. Nehem. 7.

**Adonai**, unum ex nominibus Dei, quod Latinis significat Dominum. Inde factum est, ut ubicunque in Hebraeo legitur nomen Dei proprium Iehoua, in Latina uersione legatur Dominus. nam Iudaei superstitione quadam, ubicunque occurrit Iehoua, legunt Adonai.

**Adonias**, filius David regis. 2. Sam. 3. Inuadit regnum uiuente adhuc patre. 1. Reg. 1. Interficatur iussu Salomonis fratris. 1. Reg. 2.

**Adonia**, primas populi Iudaici in Hierusalem, post Babylonicam captiuitatem. Neh. 10.

**Adonia**, Leuita, qui cum alijs emissus fuit à Iosaphat ad docendum populum legem Dei. 2. Par. 17.

**Adonia**, dominator dominus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

**Adonibezech**, rex Bezech, in tribu Iuda. Iud. 1.

**Adonibezech**, dominus meus fulgurans, uel dominus fulminis, uel dominus contemptus uani. Si uero per Sade literam scribatur, interpretari potest, Dominus meus iustus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue, & lib. Iudicum.

**Adonibezechus** significat dominum Bezechinorum. Adonai enim Hebraea lingua Dominus indicatur. Iosephus libro 5. capite. 5. Antiquitatum Iudaicarum.

**Adonicam**, cum suis è Babylonica captiuitate in Iudaeam uenit. Efr. 2. 8. Neh. 7.

**Adoniram**, filius Abda, tributarius Salomonis. 1. Reg. 4. 5.

**Adoniram**, Dominus excelsus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

**Adonizedec**, rex Hierusalem, à Iosua interfectus et

suspensus. Iosue cap. decimo.

**Adoptio.** Apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in eternam hereditatem uocatur, ut coheredes Christi esse possimus. Augustinus lib. 1. super Sermonem Domini in monte.

**Adoptati filij Israel.** Quorum est adoptio filiorum. Rom. 9. Adoptati sunt filij Israel à Deo tunc, cum diuideret excelsus gentes, & dispergeret filios Adam secundum numerum angelorum: & facta est portio Domini Iacob funiculus hereditatis eius Israel. Origenes lib. 7. ad Romanos.

**Adoram, generatio excelsa.** Philo in interpretationibus nominum. Hebraic. de Genesi, & secundo Regum.

**Adorare, Colere.** Non adorabis ea, neq; coles. Exo. 20. Aliud est colere, aliud adorare. Potest quis in terdum et inuitus adorare, sicut nonnulli Regibus adorantes, cum eos ad huiusmodi studia deditos uiderint, adorare se simulant idola, cum in corde ipsorum certum sit quia nihil est idolum. Colere uero est, toto his affectu & studio mancipare. Virumq; ergo refecat sermo diuinus, ut neque affectu colas, neq; specie adores. Id. h. mil. 8. in Exodum.

**Adoratores ueri.** Venit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem spiritu & ueritate. Ioan. 4. Qui minime profitentur se adorare Patrem, hos ne nominare quidem oportet adoratores Dei: sed ex omnibus profitentibus se adorare mundi opificem, si quidam non amplius sint in carne, sed in spiritu, spiritu quia ambulant, desideria carnis non perficientes: & aliqui non in spiritu sint, sed in carne, & secundum carnem militant, tunc dicendum est ueros adoratores esse eos qui Patrem adorant spiritu, non carne, ueritate, non figuris: non ueros uero, eos qui sic se non habent. Ille etiam qui non particeps fuerit spiritus uiuificantis, quiq; spiritualia legis non sequens, à littera occidente in seruitutem redactus fuerit, hic uerus non erit adorator, nec spiritu adorabit Patrem. Imò hic ipse totus figuris & rebus corporeis addictus, cum se maxime assequi existimauerit, tunc figura, & non ueritate Deum adorat, & idcirco uerus adorator esse non ualens. Id. tom. 24. in Ioannem.

**Adrach, Zach. 9.** existimatur Syriae cognomen esse.

**Adraim, inundatio pessimorum.** Philo in interpretatione nominum. Hebraic. de Iesu Naue.

**Adram, congregatio eorum.** Id. ibid.

**Adramelech, filius et parricida Sennacherib, regis Assyriorum.** Esa. 37. 2. Reg. 19.

**Adramelech, idolum Sepharuaim, cui filios suos cohibebant.** 2. Reg. 17. Eusebius de locis Hebraicis.

**Adramytiu, urbs Mysia, inter Troadem & Ioniam sita, uicina Antandro.** Naui Adramittinae imponitur Paulus, Act. 27.

**Adreel, gregis Domini.** Philo in interpretatione nominum. Hebraic. de primo Regum.

**Adremmon, Zach. 12.** oppidum est uicinum urbi Iezreel, prope quod rex Iostas interfectus est. Hieronymus scribit, suo tempore Maximianopolim uocatum esse.

**Adrezer, decorum auxilium.** Philo in interpretatione nominum. Hebraic. de secundo Regum.

**Adria, urbs Italiae, infra Venetias, prope Padum sita.** Hec mari Adriatico, quod Italiam ab Illyrico dirimit, nomen dedit. Act. 27. Adria, pro mari Mediterraneo ponitur.

**Aduenire.** Adueniat regnum tuum. Adueniat accipiendum est, manifestetur hominibus. Augustinus lib. 2. super Sermonem Domini in monte.

**Aduentum Domini amare.** Sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Amat Domini aduentum, qui illius leges sequitur, et ex illis uitam suam instituit. is enim cum spe bona diuinum expectat iudicium. Theodoretus in 1. secunda ad Timotheum.

**Adulla, aliàs Odolla, ciuitas regni Chanaan.** Ios. 12. in tribu Iuda. Ios. 15. iuxta quam Dauid abscondit se in speluncam. 1. Sam. 29.

**Adulterare uerbum Dei.** Neq; adulterantes uerbum Dei. Adulterare est, uerum sensum per falsum uelle excludere. Ambrosius in 4. secunda ad Corinthios.

**Adultera generatio.** Generatio mala et adultera signum querit. Egregie dixit adultera: quia dimiserat uirum, & iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauerat. Hieronymus in 12. Matth.

**Adulter.** Dominus adulterum non eum solum definit, qui comminus in alienum matrimonium cecidit: uerum etiam illum, qui affectus concupiscentia contaminauit. Tertullianus lib. de poenitentia.

**Adulterium.** Adulterium est, cum quoquo modo distinctis duobus, alia caro, imò aliena miscetur, de qua dici non possit. Hec est caro ex carne mea, et hoc os ex ossibus meis. Id. de monogamia.

**Quid est Adulterium, quam matrimonium illicitum?** Idem. ibid.

Hoc est uerum adulterium, quod fit contra naturam. Lactantius lib. 1. cap. 10. diuinarum institutionum. Adulterium est, illegitima, & alienae uxoris uel appetitia, uel coitio. Athenagoras de resurrectione mortuorum.

Adulterium non tum solum est, quando mulier alteri nupta inuolatur: sed & quando uir hoc facit, qui uxori alligatus est. Chrysostomus homil. 5. in 1. ad Thessal.

**Adulterij species prima.** Prima species adulterij est, uirum propria solummodo uxore non esse contentum, & mulierem non proprio tantum seruare se uiro. Clemens Romanus epist. prima.

**Aduersarius.** Sis cito beneuolus aduersario tuo, donec es in uia cum ipso. Matth. 5. Aduersarius non est corpus, ut quidam uolunt: sed diabolus, & qui ei assimilantur, qui unà nobiscum in uia ingreditur, per homines, qui eius facta imitantur in hac uita terrena. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

**Aduram, filius Iectan, nepos Heber.** Genes. 10.

**Aduram, quæstor regis Dauid.** 2. Sam. 20. & Roboami 1. Reg. 12.

**Aduram, ciuitas est Iudæ à Roboam Rege magnificentis exornata ædificijs.** 2. Paralip. 11.

**Ædificatores.** Lapidem quem reprobaucrunt edificantes,

ficantes, &c. Aedificatores sunt sacerdotes, qui generationes hominum super generationem per doctrinam aedificantes, quasi lapides super lapidem ponentes, domum Dei componunt. Autor operis imperfecti homin. 40. in Matth.

Aegypti regio, a septentrione mare magnum, finibus Arabicum, ab oriente rubrum mare, a meridie oceanum, ab occasu Lybiam habet, cuius inferiorem partem Nilus dextera leuatur; diuisus, amplexu suo determinat Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusia eo, centum sexaginta passuum interuallo: quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere, ita se fundente Nilo utrinque, ut  $\Delta$  litera figuram efficiat. in de multis quod Graece litera figuram efficiat, uocabulo Deltam appellauerunt. Aegypti uero mensura ab unitate alicui, unde se primum findit in latera ad Canopicum ostium, centum sexaginta sex passuum, ad Pelusiacum ducentorum quinquaginta sex. Hieronymus de locis libri Actorum apostolicorum. Hebraei Aegyptum nominant terram Mizraim, a filio Cham. Genes. 10. Solent enim regionibus nomina imponere a primis earum possessoribus.

Aegyptus, tribulatio coangustans. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Aegyptus, tenebrae, siue tribulatio, siue angustiae. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum, de epist. ad Hebraeos, Iudae, & Apocalypsi.

Aeh, quam Graeci  $\alpha\epsilon\delta\alpha\lambda\gamma\alpha$  uocant. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

Aelam, ante fores, siue uestibulum. Id. ibid. de tertio Regum.

Aelamitae, despicientes, siue comparati. Id. ibid. de Esai.

Aelamitae, appositi, siue collati, aut obiecti. Id. ibid. de Ezechiele.

Aelia. Vide Hierusalem.

Aelim, castra filiorum Israel, & locus in deserto, in quo duo decim fontes, & septuaginta palmarum arbores, Moyses de mari rubro exiens reperit. Eusebius de locis Hebraicis.

Aelim, puteus Dimon, & huius loci in eadem uisione Esaias recordatur. Id. ibid.

Aelmon, ciuitas tribus Benjamin, sacerdotibus se parata. Id. ibid.

Aelus, in deserto, ubi filij Israel castrametati sunt. Id. ibid.

Aemath, urbs quae cecidit in sortem Ruben: sed & nunc Amathus uilla dicitur trans Iordanem, in uicesimo primo milliario Pelle ad meridiem. Est & alia uilla in uicinia Gadare, nomine Amatha, ubi calidae aquae erumpunt. In Regnorum quoque libris scribitur: Ab introitu Emath usque ad mare Araba, hoc est deserti, quod est mare mortuum. Ego autem inuestigans, reperi Emath urbem Coeles Syriae appellari, quae nunc Graeco sermone Epiphania dicitur. Id. ibid.

Aemes, in sorte tribus Issachar. Id. ibid.

Aemulari. An aemulamur Dominum? nunquid fortiores illo sumus? Illud, ad emulationem prouocamus, pro eo quod est, irritamus, posuit. Theodoretus in 10. prioris ad Corinth.

Aemulantur uos non bene, &c. Aemulantur bene, qui quum uideant in aliquibus esse gratias, donas, uirtutes, ipsi tales esse desiderant: & fidem, uitam, atque industriam eorum per quae illa meruerunt, imitantur, ut possint ea quoque, quae laeta emulatione digna sunt consequi. De quibus & Apostolus ait: Aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis. Ac deinceps: Sic & uos, quoniam aemulatores estis spirituum, ad edificationem Ecclesiae quae sit abundans. Et iterum: Itaque fratres aemulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Aemulantur autem non bene qui non tam ipsi cupiunt esse meliores, ut imitentur eos qui emulatione digni sunt, quam illos ipsos uolunt facere peiores, & retrosum trahere emulatione peruersa. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Non aemulari inter malignantes. Noli aemulari inter malignantes, neque aemulatus fueris facientes iniquitatem. Secundum simplicem quidem litteram intellectum, Non aemulari inter malignantes, hoc uidetur indicari, ne inter malos & pessimos homines aemulator quis malitiae, id est, dux & autor existat, & uelut formam flagitij ceteris praebens. Aemulari uero eos qui faciunt iniquitatem, illud est, si imitetur quis & discat agere inique. Et hoc est, in utroque quod dicitur, ut neque exemplum malitiae ceteris praebas, neque ipse aliorum malorum sequaris exempla.

Origenes homil. 1. in Psal. 36.

Aemulatio duplex. Aemulantur uos non bene, &c. Gal. 4. Est bona aemulatio, cum quis sic aemulatur, ut uirtutem imitetur. Est & mala aemulatio, cum quis ea facit, ut recte agentem depellat a uirtute. Chrysostomus in 4. ad Galatas.

Aenan, euntibus Thamman, nunc desertus locus, & proximus Thamman uico grandi, qui situs est inter Aeliam & Diospolim. Est & fons in supra dicto loco Aena: unde & Aenan, id est, fontis nomen accepit, in quo stans idolum maxima illius regionis ueneratione colitur. Porro Hebraei affirmant Aenan non locum significare, sed biuium, ubi certo intuitu necessarium sit ad unam de duabus uis eligendam. Eusebius de locis Hebraicis.

Aenda: huius expugnator Asa rex Iuda, atque subuersor. Id. ibid.

Aendor, quae est in Iezrael, ubi filij Israel se ad praedium preparantes castra posuerunt. Est & hoste grandis uicus Aendor iuxta montem Thabor ad meridiem in quarto milliario. Id. ibid.

Aendor, oculus aut fons generationis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de primo Regum.

Aeneas, paralyticus octo annorum in lecto decubuit, Lydae oppido Palaestinae, quem Petrus sanauit. Act. 9.

Aeneas, respiciens, aut pauper, siue miseria Hieronymus in interpret. nominum de Actis Apostolorum.

Aenigma, Aenigmatiste. Aenigma dicitur sermo figuratus. Aenigmatiste ergo dicuntur qui figuris liter loquuntur. Origenes homil. 13. in Numeros.

Aenioth, in Hieremia, quod Aquila uertit in officinas uel tabernas. Eusebius de locis Hebraicis.

Aenon, iuxta Salim, ubi baptisabat Ioannes, sicut

in Euangelio secundum Ioannem scriptum est: cap. 3. Et ostenditur usque nunc locus in octavo lapide Scythopoleos, ad meridiem, iuxta Salim et Iordanem. Id. ibid.

Arnon, oculus aut fons eorum. Hieronymus in interpret. nominum, de Ioanne.

Aon Latine est ænum, aut seculum, non est aliqua subsistens substantia, sed aliqua distantia quæ tempus significat: aliquando quidem infinitum, quando de Deo dicitur: aliquando uero creationi, aliquando autem humanæ uitæ commoderatum. Theodoretus lib. de diuinis decretis.

Aepheeta, adaperire. Hieronymus in interpret. nominum, de Luca.

Aequalitas. Domini, quod iustum est et æquum, seruis præstate, et c. Aequalitatem, non appellauit honoris æqualitatem, sed curam conuenientem, quam oportet dominos gerere seruorum. Theodoretus in 4 ad Coloss.

Aer est, elementum subtilissimum, humidum et calidum, grauius igne, terra et aqua leuius, respiratio nis et emissionis uocis causa: incolor, id est, suapte natura colorem non possidens, nitidum, translucens (nam luminis est susceptiuum) et tribus sensibus nostris subserviens (per ipsum enim uidemus, audimus, olfacimus) susceptiuum caloris et frigoris, siccitatis et humiditatis. Damascenus lib. 2. cap. 8. de orthodoxa fide.

Aerim, aceruus lapidum: id est, *ἀερολίμω*. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Aermon, regio Aueorū, quam obtinuit Iesus. Hebraus uero, quo prælegente Scripturas didici, affirmat motem Aermon Paneadi imminere, quem quodam tenere Auei et Amorraei, de quo nunc estiuæ niues Tyrum ob delicias deferuntur. Eusebius de locis Hebraicis.

Aermon, mons Amorraeorum, de quo nunc dictum est, quem Phœnices uocant Sanior, et Amorraeus appellauit Sanir: diciturque in uertice eius insigne templi, quod ab ethnicis cultui habetur eregionē Paneadis et Libani: et terra filiorum Israel trans Iordanem ad solis ortum, a prærupto Arnon usque ad montem Aermon extenditur. Id. ibid.

Aermon, anathema mæroris, uel tristitia. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Aesimon, locus deserti: denique et ipsum uocabulum incultam terram desertamque significat. Eusebius de locis Hebraicis.

Aethan, in Hieremia, quam Aquila ualidam, Symmachus interpretatur antiquam. Id. ibid.

Aeternitas. Aeternum. Finem uero uitam æternam. Aeternitas in Scripturis aliquando pro eo ponitur, ut finem nesciat: aliquando, ut in presenti quidem seculo finem non habeat, habeat tamen in futuro. Aliquando temporis alicuius, uel etiam uitæ unius hominis spacium æternitas appellatur. ut est illud in lege scriptum de seruo Hebræo: Si dilexerit, inquit, uxorem suam, et filios suos, et permanere uoluerit in seruitute propter ipsam, subula, inquit, pertundes aurem in poste, et erit tibi seruus in æternum. Aeternū

hic sine dubio tempus uitæ hominis posuit. Et iterum in Ecclesiaste dicitur: Generatio uadit, et generatio uenit, terra autem stat in æternum. Hic æternum præsentis seculi tempus ostendit. Vbi uero dicit uitam æternam, ad illud aspiciendum est quod ipse Saluator dicit: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, et quem misisti Iesum Christum. Et iterum: Ego sum uia, ueritas, et uita. Et ipse Apostolus dicit in alijs: Quia rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus. Sic ergo semper cum Domino esse, finem non habet: ita uita æterna nullum finem habere credenda est. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Ætates duæ. Iesus proficiebat sapientia, et ætate, et c. Duæ in Scripturis feruntur ætates, altera corporis, quæ non est in potestate nostra, sed in lege nature: altera animæ, quæ proprie in nobis sita est, iuxta quæ si uolumus, quotidie crescimus, et ad summitatem uenimus: ut non simus ultra paruuli fluctuantes, et qui circumferamur omni uento doctrinæ: sed esse paruuli desinentes, incipiamus esse uiri, atque dicamus, Quando factus sum uir, destruxi ea quæ erant paruuli. Id. homil. 20. in Lucam.

Æthi, obstupefaciens, siue perterrrens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

Æthiopum regio ab Ando flumine consurgens, iuxta Aegyptum inter Nilum et Oceanum, et in meridie sub ipsa solis uicinitate iacet: quorum tres sunt populi, Aegypti, Hesperia et Occidentis. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolicorum.

Æthiopia, tenebræ, uel caliginis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Æthiopia, Mosis uxor, propter quam Maria et Aaron oblocuti sunt Mose. Num. 12.

Æthon, Adafat: pro quo Symmachus posuit inferiorem uiam. Euseb. de locis Hebr.

## A F

Afani, uolans ego. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Afara, humus eius, alijs quippe literis scribitur. Id. ibid.

Afarim, fodiens mare. Id. ibid.

Afec, continuit, siue continentia. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Afeca, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Afeg, oppidum in tribu Aser. Ios. 19.

Affanez, equorum domitor. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Daniele.

Affectio. Affectio est, conseruatio beneuolentiæ uel dilectionis. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Affectio seu perturbatio est, nimia impulsio, uel quæ plus quam par sit, extendit mensuras rationis: uel impulsio quæ effertur, et non paret rationi. Id. ibid.

Affectio sensualis motio est, appetitiuæ uirtutis, ob imaginationem boni aut mali. Damascenus lib. 2. cap. 22. de orthodoxa fide.

Affectio est, irrationalis motus animæ, ob boni aut mali opinionem. Id. ibid.

Affectus. Affectus est, motus animi præter naturam,

ram, aut propter amorem sine ratione, aut propter odium sine iudicio, alicuius rei gratia: aut propter rem aliquam sensibilem, scilicet propter amorem, aut cibum temere appetitorum, aut mulieris, aut opum, aut glorie præterite, aut alterius cuiuspiam rerum sensibilem, aut propter hæc. Propter odiū uerò cuiuslibet, aut cuiuspiam rei prædictarum, ut dictum est, sine iudicio, aut erga aliquem, propter hæc. Maximus, centuria secunda de Charitate.

Affectus duplices. Affectuum quidam sunt corporales, quidam animales. Iam corporales ex ipso corpore suas habent occasiones. Porro animales e rebus externis proueniunt. Vtrosq; uerò refecat charitas et temperantia, hæc quidem animales, illa uerò corporales. Id. ibid. Centuria 1.

Aftee, continebit, uel apprehendet. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de libris Regum.

Affich, libertas. Id. ibid.

Afflatus uitæ, Spiritus uiuificans. Aliud est afflatus uitæ, qui animalem efficit hominem. et aliud, spiritus uiuificans, qui spirituales efficit eum. Irenæus lib. 5. pagina. 308. aduersus hæreses.

Afree, furor alienus, siue uita dissipata atq; discissa. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Hieremia.

Africa, tertia pars orbis, ab Europa freto Herculeo, ab Asia Nilo seiuncta: cuius, Aphrica proprie dicta, pars est, quæ describitur à Ptolemaeo lib. 4. cap. 3. Scribunt dictam esse Aphricam ab Apher nepote Abrahamæ. Genes. 25.

Africus, uentus spiras ab occasu brumali. Act. 27.

## A G

Aga, meditans, siue loquens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

Agabus, Antiochenus propheta, prædixit famem, quæ Claudio Imp. secuta est. Act. 11. prædixit Pauli captiuitatem. ibid. 21.

Agabus, nuncius tribulationis, sed et hoc uolentium. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Agad, sita ad radices montis Hermon. Eusebius de locis Hebraicis.

Agag, rex Amalechitarum, capitur à Saule, et interficitur à Samuele. 1. Sam. 15.

Agag, *אגג*, id est, tectum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de primo Regum.

Aggag, *אגג*, id est, tectum. Id. ibid. de Numeris.

Agai, ad occidentalem plagam uergit Bethelis, nõ multum ab ea distans. Sita est autem Bethel euntibus Æliam de Neapoli in leua parte uix, duodecimo circiter milliaro ab Ælia: et usq; hodie paruus licet uicus ostenditur, sed et ecclesia edificata est, ubi dormiuit iacob pergens in Mesopotamiam. unde et ipsi loco Bethel, id est, domus Dei, nomen imposuit. Agai uerò uix parue ruine resident, et locus tantummodo monstratur. Et sciendum quod in Hebræo. g. literam non habet, sed uocatur Ai, scribiturq; per elementum quod apud eos dicitur Ain. Eusebius de locis Hebraicis.

Agallim, et huius Esaias meminit in uisione contra Moab. Est autem nunc Agallim uicus ad australē partē Areopolcos, distans ab ea millibus octo. Id. ib.

*Αγαπῶ*, dilectio penes Græcos est. Tertullianus in Apologetico.

Agar, ancilla et concubina Abrahamæ. Genes. 16. mater Ismaelis, unā cum filio eijcitur ex domo. Ibid. 21.

Agar, aduersa, uel conuersa. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi. Interpretatur Philo Agar, incolatum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Agar, aduena, siue conuertens. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Galatas.

Agar interpretatur *αργονία*, id est incolatus, siue peregrinatio, siue mora. Id in 4. ad Galatas.

Agge, Ararites, pater fuit Semmæ, fortis Dauidis. 2. Sam. 23.

Aggea, quæstio, uel festiuitas. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Aggedgad, annuncia, siue accinctus, uel latrunculus. Id. ibid. de Numeris.

Aggelaoni, annunciat iniquitatē meam. Id. ibid.

Agere perperā. Non agit perperam. Non curiosè scrutatur ea quæ non attinet. hoc est enim perperam agere. Theodoretus in 13. prioris ad Corinth.

Perperam agere dicitur cultus, qui superfuitatem et inutilitatem aperte indicat. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pedagoga, cap. 7.

Ager, Villa. Ager, quod in eo aliquid agatur. Villa à circūuallatione limitis, hoc est, munitione custodiæ nomen accepit. Origenes in 8. Matth.

Ager fullonis, et hoc in Esaiâ scriptum est. Ostenditur autem nunc usq; locus in suburbanis Hierusalem. Eusebius de locis Hebraicis.

Aggæus, propheta nixit tempore Darij Histaspis.

Aggæus, festus, siue solennis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Aggæo.

Aggæus, solennitas. Hieronymus ibid. de Luca.

Aggi, filius Gad patriarchæ. Genes. 46. Num. 26.

Aggi, festiuitas mea, siue solennis. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi et Numeris.

Aggia, festus, siue solennis. Id. ibid. de secundo Regum.

Hagios, ipse sermo in Græca lingua, quod dicitur *ἅγιος*, quasi extra terram esse significat. Origenes homil. 11. in Leuiticum.

Agith, una ex uxoribus Dauidis, mater Adonia. 2. Sam. 3.

Agla, solennitas ista, uel iuuenula, siue uitulus, aut uitula. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris, et secundo Regum.

Aglyph, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Non agnoscere. Quod enim operor, non agnosco Rom. 7. Quid est, Non agnosco? Ignoro. Quid est, non agnosco? Tenebrosa, inquit, quadam uerigine obuoluo, corripior, uolentiamq; patior, ignorans quomodo subuertar: quod quidem et nos dicere subinde solemus, Ignoro quomodo ille uel ille res meas diripuerit, cum tamen his uerbis nõ prætexamus ignorantiam, sed imposturam quandam, circumuentionem et insidias significemus. Chrysostomus sermone 13. ad Romanos.

Agnitio.

**Agnitio.** Agnitio porta est uitae, uolentibus ingredi ad iter bonorum operum, pergentibus ad ciuitatem salutis. Clemens Romanus lib. 5. Recognitionū.

**Quae nam est agnitio? pietas, ac Dei cultus.** Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

**Agrippa,** postremus Iudaeorum rex, sub quo Ierusalem à Tito Vespasiani filio euersa sunt. Coram eo Paulus apostolus accusatus fuit. Act. 25. 26.

**Agrippa aut rex & Bernice** descenderat in Caesaream. Hic Agrippa, qui & Herodes, alius mihi esse uidetur: ut sit quartus, & successor eius qui Iacobum occidit. Chrysostomus homil. 51. in Acta apostolorum.

**Agrippa,** congregans subitò. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

**Agri specula,** mons est Moabitarum, in quem adduxit Balach, filius Sephor, Balaam diuinum, ad maledicendum Israel, super uerticem, qui propter uehementem praeuertit uocatur excisus: & imminet mari mortuo, haud procul ab Arnoe. Eusebius de locis Hebraicis.

## A H

**Ahab,** uide Achab.  
**Ahalach,** mons, quem Aquila interpretatur diuidentem montem: & Symmachus, leuem montem, id est, limpium siue lubricum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ahara,** filius Beniamiticae tribus. 1. Par. 8.

**Aharehel,** de tribu Iuda, filius Arum. 1. Par. 4.

**Ahasi,** filius Mosollamoth Beniamita, sacerdos in Hierusalem. Neh. 11.

**Ahastari,** filius Ashur, ex Naara uxore, de tribu Iuda. Ibid.

**Ahaua,** fluius est, cuius multa sit mentio apud Esdram, cap. 8.

**Ahaz,** e tribu Benjamin, & filius Saul, filius Michae. 1. Par. 9.

**Aheberim,** Hebraeorum, uel transeuntium. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Exodo.

**Aheloth,** quam extruxit Azarias. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ahen Remmon,** duo oppida in tribu Iuda, prope Gerara. Ios. 15.

**Aheri,** declinans. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

**Ahesani,** uoluntatis, siue consilio egeo. Id. ibid. de secundo Regum.

**Ahi,** questio, uel uallis, siue uiuit. Id. ibid. de Hieremia.

**Ahia,** locus in Assyriorum regione. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ahia,** genitor Baase, regis Israel. 1. Reg. 15. Iosephus hunc Meheli uocat, lib. 8. cap. 12. Antiquit. Iudaicarum.

**Ahia,** Phelonites, inter robustos Dauidis recensetur. 1. Par. 12.

**Ahia,** filius Sisa, fuit scriba Salomonis. 1. Reg. 4.

**Ahia,** umbraculum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

**Ahia,** frater eius, uel ubi haec? Id. ibid. de tertio Regum.

**Ahialon,** oppidum in tribu Dan. Ios. 19. (gum.

**Ahialo,** iudex populi Israel, ex tribu Zabulò. Iud. 12.  
**Ahiam,** filius Sarar, Ararites, robustus fuit Dauidis. 2. Sam. 23. 1. Par. 12.

**Ahias,** propheta Silonites, deserti Ieroboamo regnum decem tribuum. 1. Reg. 11.

**Ahias,** frater alius, uel frater eius. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de primo Regum.

**Ahie,** quae & Achalgai: pro hac Symmachus interpretatur, in collibus. Est autem ergione quondam Moab, nunc Areopoleos, ad orientalem plagam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ahiel,** de Bethel, instaurauit urbem Iericho, à Iosua euersam. 1. Reg. 16. Ios. 6.

**Ahiel,** uiuens Deo, uel uidens Deum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de libris Regum.

**Ahiem,** frater matris. Id. ibid. de secundo Regum.

**Ahiezer,** filius Samaa Gabaathites, e tribu Benjamin, Dauidis adiutor. 1. Par. 13.

**Ahiezer,** filius Ammisaddai, princeps tribus Dan. Num. 1. 7.

**Ahiezer,** frater meus adiutor. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

**Ahiad,** filius Gera, tribus Benjamin. 1. Par. 9.

**Ahiloth,** frater inclitus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

**Ahilud,** filius Iosaphat, à commentarijs fuit Dauidis. 2. Sam. 8. 20.

**Ahilud,** pater Bana. 1. Reg. 4.

**Ahim,** oppidum sacerdotale tribus Simeon, prope Gerare, uersus meridiem. Ios. 19.

**Ahiman,** ianitor domus Dominicae in Hierusalem. 1. Par. 9.

**Ahiman,** filius Enac, filij Arba, à Caleb pulsus. Ios. 15. Iud. 1. hic habitauit in Hebron ciuitate. Num. 13.

**Ahiman,** frater meus quis, uel frater eius. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris & Iosue.

**Ahio,** filius Abinadab, frater Ose, cum quo fratre plaustrum, cui arca imposita, reduxit ipse in Gabaa, in domum Obededom. 2. Sam. 6.

**Ahio,** de stirpe Benjamin, filius Iehiel, patris Gabaeonis. 1. Par. 8.

**Ahira,** filius Enan, princeps tribus Nephthali in deserto. Num. 1. 7.

**Ahira,** fratris mei amicus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

**Ahobban,** filius Abisur, ex Abihail uxore, frater Molid e tribu Iuda. 1. Par. 2.

**Ahilar,** filius Nathan, fuit praepositus domus, siue aconomus Salomonis. 1. Reg. 4.

**Ahisar,** frater meus princeps. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de tertio Regum.

**Ahitophel,** e Gilo, aliquandiu Dauidis à secretis. 1. Par. 27. Iste cum suum consilium in coniuratione Absolonis non opportunè caderet aduersus Dauidem, ob desperationem sibi gulam laqueo fregit. 2. Sam. 15. 16. 17.

**Ahitophel,** frater meus cadens, siue irruens, uel frater meus cogitans, siue tractans. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

**Ahizel,** pergens. Id. ibid. de Genesi.

Ahod, filius Simeonis. Genes. 46.

Ahoc, filius Bela, filij Benjamin. 1. Par. 8.

Ahohi, auus fuit Eleazaris, fortis Davidis. 2. Sam.

23. 1. Par. 12.

Ahohi, patria Selmonis, robusti Davidis. 2. Sam. uigesimo tertio.

Ahoi, spinarum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

Ahumai, filius Iabath, de stirpe Iuda. 1. Par. 4.

## A I

Ai, Vide Agai.

Aia, pater fuit Respha, concubine Saulis. 2. Sam. 3.

Aia, filius Sebeon principis Horraeorum. Genes. 36. 1. Par. 1.

Aia, ciuitas in sorte filiorum Ephraim. 1. Par. 7.

Aia, uultur. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

Aialim, pro quo Aquila transtulit ceruorum, Theodotio lapides ceruorum. Euseb. de locis Hebraic.

Aialon, uallis atq; praeceptum, super quod orante quondam Iesu luna stetit, iuxta uillam quae usq; nunc Aialon dicitur, contra orientem Bethelis, tribus ab ea millibus distans, haud procul à Gabaa & Rama Saulis urbibus. Porro Hebraei affirmant Aialon uicem esse iuxta Nicopolim in secundo lapide pergentibus Aeliam. Id. ibid.

Aialon, urbs sortis Dan, separata Leuitis, & est hodie uicus alius haud procul à Nicopoli. Sciendumq; quod pro Aialon Septuaginta ediderunt, ubi erant urfi. Id. ibid.

Aialon, campi, uel aulones. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Aialon, urbs in tribu Zabulon, ubi sepultus fuit Elon iudex. Iud. 12.

Aian, quam expugnauit rex Assyriorum. Euseb. de locis Hebraicis.

Aiath, urbs ea est quae Hebraeis uocatur Ai, meminit Esaius cap. 10. per quam Sennacherib transiit, oppugnaturus Hierusalem.

Aiath, mons. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Esai.

Aichan, patronus Hieremiae prophetae, pater Godolae, quem captis Ierosolymis Nabuchodonosor Iudaeae praefecerat. Ierem. 26.

Ailat, in extremis finibus Palaestinae iuncta meridiana solitudini & mari rubro, unde ex Aegypto Indiam, & inde ad Aegyptum nauigatur. Sedet autem ibi legio Romana cognomento decima: & olim quidem Ailat à ueteribus dicebatur: nunc uero appellatur Aila. Sed & Elamitarum quondam natio fuit, cui imperauit Chodorlaomor, cuius in Actibus quoq; apostolorum mentio fit: & in Regnorum libris, urbs quaedam Palaestinae Aelam scribitur. Euseb. de locis Hebraicis.

Ailath, super litus maris rubri in terra Edom, de qua supra dictum est. Id. ibid.

Ailon, quem supra Aulonè diximus: quod si Eglon legere uoluerimus, interpretatur, uacca eorum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Ain, in tribu Iuda urbs sacerdotibus separata. Est

& usq; hodie uilla Bethennim nomine, in secundo lapide à Terebintho, hoc est, à tabernaculo Abraham, quatuor millibus à Chebron. Euseb. de locis Hebraicis.

Ain, in tribu Iuda, siue Simeon, ciuitas sacerdotibus separata. Id. ibid.

Ain, Latine fontem, aut oculum significat. Id. lib. 10. cap. 2. de praeparat. Euangelica. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris, Iesu Naue, & Psalterio.

Ain, questio, uel chaos. Id. ibid. de Iesu Naue.

Ainagallim, fons, uel oculus uituli. Id. ibid. de Ezechiele.

Ain Daroma, contra Australem plagam Chebronis, nouem ab ea millibus separata. Euseb. de locis Hebraicis.

Aingannim, fons, aut oculus hortorum. Philo in interpret. nomin. Hebraicorum, de Iesu Naue.

Ainoem. Vide Abinoem.

Aioth, iudex populi Israel, tertius à Iosua, interfecit Eglon regem Moabitarum. Iud. 3.

Aioth, oppidum in terra Benjamin. Esa. 10.

Aioth interpretatur laus. Origenes homil. 4. in lib. Iudicum.

Ait, condemnatio. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Esai.

Aium, acerui lapidum, id est, *αιουλιον*. Id. ibid. de Iesu Naue.

## A L

Ala, infirmitas. Philo in interpret. nominum Hebraic. de libris Regum.

Alab, urbs in tribu Aser. Iud. 1.

Alab, lac, uel lactea. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de lib. Iudicum.

Alabastrum. Alabastrum unguenti, uasculum est uitreum, capiens libram olei, mensura uero est sextarii dimidij. Alabastrum autem appellatum est, propter fragilitatem. Epiphanius lib. de mensuris & ponderibus. Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi, &c. Alius Euangelista pro alabastrum unguenti posuit: hoc est, ueram & absq; dolo. Hieronymus in 26. Matth.

Alac, pars mea, siue lubricum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Alala, laxitas. Id. ibid.

<sup>2</sup> *Αλαλαξυαίς*, neq; iubulum neq; ululatum proprie significat: sed illam magis ostendit uocem, qua belli tempore exercitus clamorem consonum tollens, unanimitate sese cohortari ad praelium solet: tamen hic sermo in Scripturis iubilationi magis quam ululatio consuevit inscribi. ut ibi, Iubilate Domino omnis terra: & iterum, Beatus populus qui scit iubilationem. Origenes homil. 7. in Iesum Naue.

Alamon, super multitudinem, aut despectio. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

Alas, fermenta, siue commisce, quod Graecè dicitur *αίμαρον*. Id. ibid.

Alafa, triplex, uel conternata. Id. ibid. de Hieremia.

Alax, laxitudo, quam Graeci *χαυρότης* uocant, siue

siue leuitas, per extensam primam syllabam. Id. ibid. de Iesu Naue.

Alchat, urbs in tribu Aser, prope Tyrum. Iosue decimonono.

Alcimus, transfuga et proditor, constituitur summus sacerdos à Demetrio rege. 1. Mac. 7. 9. 2. Mac. decimoquarto.

Allea, Bargozan, nomina fluminum in terra Medorum, ad quorum montes captiuus Israel ductus est. Eusebius de locis Hebraicis.

Allegoria. Quæ sunt per allegoriam dicta. Abusiue figuram dixit allegoriam. Ceterum quod dicit, illud est: Hæc historia non hoc solum declarat, quod apparet: uerum et alia quadam altiora prædicat, unde et allegoria dicta est. Chrysostomus in 4. ad Galatas.

Allegoria proprie de arte Grammatica est, et quoque à metaphora uel ceteris tropis differat, in Scholis paruuli discimus. Aliud prætenit in uerbis, aliud significat in sensu. Hieronymus ibid.

Allel, laus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de lib. Iudicum.

Alleluia est, Collaudate concinnè, id quod est. Osanna uerò, magnitudo excellens. iuxta in responsionibus ad Orthodoxos.

Alleluia, gloria Deo creatori omnium, interpretatur Arnobius in Psalm. 104.

Alleluia, laudate. Hieronymus in interpret. nomin. de Apocalypsi.

Aggeus primus omnium cecinit alleluia, quod est, Laudibus efferemus uiuicem Deum. Amen, quod fiat fiat interpretatur. Epiphanius de Prophetarum uita.

Aleph, mille, siue doctrina. Philo in interpret. nomin. Hebraic de Psalterio.

Aleph, Latine disciplina dici potest. Eusebius lib. 20. cap. 2. de præparatione Euangelica.

Alexander Macedo, filius Philippi, uicto Darío rege Persarum, monarchiam totius orbis terrarum tenuit. Anno mundi 3634. ante Christum natum annis 330. Huius mentio fit 1. Macc. 1. 6. Daniel. 7. 8 et 11.

Alexander filius Epiphaniis. Primo Mac. 10. scribitur, anno 160 post regnū Græcorū in Syria regnasse Alexandrum filium Epiphaniis. is Alexander obscuro genere natus, fingebat se Antiochi filium esse: atque ea occasione regnum Syriæ tenuit quinque annos, adiuuante Ptolemæo Philometore Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram Alexander uxorem habuit.

Alexander faber ferrarius, multis modis Paulo obstitit, ne liberè Euangelium prædicaret. De quo lege 1. Tim. 1. et 2. Tim. 4.

Alexander frater Rufi, filius Simonis Cyrenæi, qui ex agro rediens, Christo crucem ferre à Iudæis coactus est. Mar. 15.

Alexander pontifex Hierosolymitarum, conspiras una cum Anna, Caiapha, et Ioanne, Apostolis prædicationem Euangelij interdixit. Act. 4.

Alexander Iudæus in seditione Ephesina produ-

ctus in theatrum. Act. 19.

Alexander, auferēs, uel leuans angustiam tenebrarum: sed et hoc uiolentum. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis Apostolorum, et 1. Tim.

Alexandria, ciuitas Aegypti, quæ quondam No dicebatur, inter Aegyptum, Aphricam, et mare quasi claustrum posita, in qua B. Marci euangelistæ uermulus hodieque ueneratur. Id. de locis lib. Actorum apostolorum.

Alexandrini, et synagoga Iudeorum priuata secta homines, qui Stephano resistebant. Act. 6.

Alicarnallus, Carie urbs in Asia minori, patria duorum insignium historicorum Herodoti et Dionysij. Huius mentio fit 1. Mac. 15.

Alienigenæ. Non ingreditur in sancta ex alienigenis in medio domus Israel. præterquam Leuicæ. Alienigenas dixit, eos qui noluerunt credere, sed uolunt esse increduli. Clemens Alexandrinus libro 4. Stromatum.

Alima, urbs in regione Galaad. 1. Mac. 5.

Alimelech, fortis Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

Alis. Et alium paraclētū dabit uobis, et c. Ioan.

14. Alium quomodo accipere debeas, iam professus sum, personæ, non substantiæ nomine, ad distinctionem, non ad diuisionem. Ceterum ubique teneo unam substantiam in tribus coherentibus. Tertullianus aduersus Praxeam.

Allophyli, id est, alienigenæ Græcis uocantur, qui Hebræis Philistij, siue Philistæi. Psal 60.

Allus, regio Idumæorum, quæ nunc Gabalene dicitur, uicina Petræ ciuitati. Eusebius de locis Hebraicis.

Alma. Ecce uirgo concipiet et pariet filiū, et c. Si Iudæus excusans dixerit, non uirginem scriptam, sed iuuenulam: respondebimus, Almam, Hebraicam hanc dictionem, quam Septuaginta illi interpretes uirginem transtulerunt, alij uerò iuuenulam positam esse, ut ferunt, et in Deuteronomio sub expressa uirginis dictione, hunc in modum: Si autem puellam uirginem desponderit uir, et inuenerit eam aliquis in ciuitate, et concubuerit cum illa, educes utrumque ad portas ciuitatis illius, et lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: uir, quia humiliauerit uxorem proximi sui. Et deinceps: Si autem in agro reperit uir puellam quæ desponsata est, et apprehendens concubuerit cum illa, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis. Origenes contra Celsum.

Almath, ciuitas tribus Benjamin, filijs Aaron adnumerata. 1. Par. 6.

Almon, urbs Leuitarum in tribu Benjamin. Ios. 21. Hæc aliàs Almath dicitur.

Alogos. Olim Moyses loquebatur. Ego autem alogos sum: quod licet Latinus aliter expresserit, tanē proprie transferri potest, absque sermone, siue ratione. Origenes homil. 5. in Lucam.

Aloth, ciuitas, cuius meminit liber Regnorum. 1. Regum 4.

Alphæus, genitor fuit Iacobi apostoli. Math.



10. Mar. 3. Luc. 6. Act. 1. Et Leui, qui est Mattheus, Al  
phæi filius appellatur. Mar. 2.

Alphæus, fugitiuus: sed melius millesimus, uel doctus,  
siue super os, ab ore, non ab offe. Hieronymus in in-  
terpret. nomin. de Mattheo, & Actis apostolorum.

Alphæi, est docti, uel millesimi. Id. in 3. Matth.

Alua, ciuitas Idumæorum. Huius recordatur Ge-  
nes. 36. 1. Par. 1.

Alua, dux Idumæe. Genes. 36.

Aluan, filius Sobal, filij Seir Horræi, princeps  
Horreorum. Ibid.

Aluhan, despiciens. Philo in interpret. nomin.  
Hebraic. de Genesi.

Alul, oppidum Iudæe Ios. 15.

## A M

Amaad, ciuitas in tribu Aser. Ios. 19.

Amad, populus adhuc. Philo in interpret. nomin.  
Hebraic. de Iesu Naue.

Amal, filius Helem è tribu Aser. 1. Par. 7.

Amalasar, dixit princeps. Philo in interpret. no-  
min. Hebraic. de Daniele.

Amalech, filius Heliphaz, nepos Esau. Genes.  
36. Inde Amalechitæ pars Idumæorum, contra quos  
pugnat Moses. Exod. 17. Et postea Israelitæ. Num.  
14. Hos Saul iubetur delere, 1. Sam. 15.

Amalech, populus lambens, uel lingēs, uel brutus.  
Philo in interpret. nominum Hebraic. de Genesi &  
Exodo.

Amalech interpretatur ablingēs populum, uel de-  
clinans populum, uel populus ablingens. Origenes  
homil. 19. in Numeros, & homil. 8. in librum Iudicū.

Amalechites, regio in deserto ad meridiem Iu-  
dæe, trans urbem Petram euntibus Ailam, cuius et Scri-  
ptura recordatur dicens: Amalech habitat in terra ad  
Austrum, sed & iuxta eum alius Chananæus habita-  
bat, qui & dimicauit contra filios Israel in deserto:  
de quibus ita scribitur: Amalech autem & Chana-  
næus habitabant in ualle. Eusebius de locis Hebraicis.

Amam, urbs in tribu Iudæe. Iosue 15. Euseb. in lo-  
cis Hebraicis.

Aman, Macedo natione, apud Asuerum seu Da-  
rium Hytastipis Persarum regem, in summa autoritate  
fuit. Postea cum Mardocheo & genti Iudæicæ exitiū  
strueret, suspensus est in patibulo, quod Mardocheo  
parauerat. Lege librum Esther.

Amma, in desertum euntibus Gabaon. Id. ibid.

Amma, collis in tribu Benjamin iuxta Gabaon, ubi  
Asael frater Ioab confossus fuit ab Abner. 2. Sam. 2.

Amma, populus eius. Philo in interpret. nomin. He-  
braic. de Iesu Naue.

Ammador, populus generationis. Id. ibid.

Amman, cubitus mensura, non brachium. Philo  
in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

Amman, quæ nunc Philadelphia, urbs Arabiæ no-  
bilis, in qua habitauerunt olim Raphaim gens anti-  
qua, quam interfecerunt filij Lot, habitantes pro eis  
in Amman. Eusebius de locis Hebraicis.

Ammata, in tribu Iudæe. Id. ibid.

Amantitis, regio Ammon. 2. Maccab. 4. uel natus  
in regione Ammanitide. 1. Reg. 14. Tobias seruus

Ammanites. Nehemiæ cap. secundo.

Amanon, mons Ciliciæ, qui & thuris: inde Ama-  
na, inquietus, turbulentus, uel dens uigiliarum. Philo  
in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Amarias, summus sacerdos tempore Iosaphat.  
2. Par. 19.

Amarias, Leuites sub Ezechia rege. Ibid. 21.

Amarias, filius Ezechie, auus Sophoniæ prophete.  
1. Soph. 1.

Amarias, sacerdos post captiuitatem Babyloni-  
cam. Neh. 10.

Amarias, Bani filius, qui uxorem alienigenam re-  
pudiavit. Esr. 10.

Amarias, filius Maraioth, è stirpe Leui. 1. Par. 6.  
Esr. 7.

Amarias, è stirpe Leui, filius Hebron, filius Caath.  
1. Par. 23.

Amaria, dicente Domino, uel uerbum Domini.  
Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Habacuc.

Amaritudo, Amari Omnis amaritudo, &c. A-  
maritudo, contraria dulcedini est: unde Amari uul-  
gò appellantur, & dulces. De qua & Hieremias lo-  
quitur, dicens: Et amaritudo tua ascendit super me.  
Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Amas, indignatio, uel furor. Philo in interpret.  
nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Amasa, consobrinus Ioab, natus ex sorore Daul-  
dis Abigail. 1. Par. 2. 2. Sam. 20. interficitur à Ioab.

Amasa, princeps filiorum Ephraim, filius Hadali.  
2. Par. 28.

Amasa, populum tollens, siue leuans. Philo in in-  
terpret. nomin. Hebraic. de tertio Regum.

Amasai, filius Helcanæ, tribus Leuiticæ. 1. Par. 6.  
psaltes Davidis. Ibid. 15.

Amasai, è stirpe Leui, filius Helcie. 1. Par. 6.

Amasias, rex Iudæe, filius Ioas. 2. Reg. 14. 2.  
Par. 25.

Amasias, sacerdos Bethel. Amos 7.

Amasia, pater Iosafat, clari uiri tribus Simeonis. 1.  
Par. 4.

Amasia, filius Zechri, cōsecratus Domino, princeps  
& custos Iosaphat regis. 2. Par. 17.

Amasia, robustus Domini, uel populus elatus. Phi-  
lo in interpret. nomin. Hebraic. de libris Regum.

Amasia, populus Domini, uel fortis Domini, uel  
populum leuans. Id. ibid. de Amos.

Amasia, factura Dei. Id. ibid. de Hieremia.

Amassai, filius Azreel Beniamita, habitauit in  
Hierusalem. Nehem. 11.

Amath, in tribu Aser. Id. ibid.

Amath, in tribu Nepthalim. Id. ibid.

Amath, Amatheos instituit, quæ etiam nunc est,  
& à prouincialibus Amathi uocatur: Macedones ue-  
rò eam Epiphaniam ab uno priscorum uocauerunt. Io-  
sephus lib. 1. cap. 12. antiquitatum Iudæicarum.

Amath, indignatio, uel uter. Philo in interpret. no-  
min. Hebraic. de Numeris.

Amathar, in tribu Zabulon. Eusebius de locis He-  
braicis.

Amathi, pater Ionæ prophete. Ion. 1. 2. Reg. 14.  
Amathi

**Amathi**, indignatio mea, uel ueritas mea, uel fidelis meus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi, libris Regum, & Iobele.

**Amathim**, indignatio, id est bilis eorum. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Amathitis**, regio. 1. Mac. 12.

**Amathus**, filius Chanaan, nepos Cham. Genes. decimo.

**Ammaus**, ubi duces Antiochi castra metantur. 1. Mac. 3. 4.

**Ammaus**, populus abiectus. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.

**Ambulare** dignè uocatione. Ut dignè ambuletis uocatione, qua uocati estis. Dignè uocatione ambulare credendus est, qui ingreditur per eum qui dicit, Ego sum uia: & non declinat neq; ad dextram, neque ad sinistram, & auertit pedem suum ab omni uia mala: completurq; in eo, A Domino gressus hominis diriguntur. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

**Ambulare** latum. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Latum ambulat, quem affectus non ligat carnis: spaciatur, quem rerum sarcinae non coartant. Arnobius in Ps. 118.

**Ambulare** honestè quasi in die. Sicut in die honestè ambulemus. Si ignorantias nostras scientiæ ratio fuget, & indignos actus declinantes, pia queq; & honesta sequemur, in luce sumus positi, & quasi in die honestè ambulamus. Origenes lib. 9. ad Romanos.

**Amech** Casis, id est, uallis Casis, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

**Amelech**, pater Hieremiel. Ierem. 36.

**Ammeta**, lucus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

**Amen**. Amen uox Hebraica lingua significat id quod fiat. Iustinus apologia secunda pro Christianis.

**Amen**, quasi ad confirmationem omnium quæ superius scripta sunt, in fine posuit: per quod uernaculo Hebræorum sermone uera & fidelia esse, quæ sunt scripta, signaret. Origenes lib. 10. ad Romanos.

**Amen**, Septuaginta interpretes, fiat: Aquila, Symmachus & Theodotio, fideliter, siue uerè, interpretati sunt. Et quomodo in Veteri testamento quadam iurandi consuetudine Deus sua uerba confirmat, dicens:

Viuo ego, dicit Dominus: per sanctos quoq; iuratur, Viuit anima tua: ita & Saluator noster in Euangelio per uerbum Amen, uera esse quæ loquitur, ostendit.

Quod Amen, consensum significet audientis, & sit signaculum ueritatis, ad Corinthios quoque prima nos docet, in qua Paulus ait: Caterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? quomodo dicit Amen, super tua benedictione, quoniam quidem nescit quid dicas? Ex quo ostendit, non posse idiotam respondere, uerum esse quod dicitur, nisi intellexerit quod docetur. Hieronymus in 6. ad Galatas.

**Amen**, uerè, siue fideliter. Id. in interpret. nomin. de Matthæo & Apocalypsi.

**Amen**. Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat. Quomodo, inquit, dicit Amen, super tuam benedictionem? Ambrosius in 14. 1. ad Corinth.

**Amen** dico uobis. Iesus dixit de Iuda, cum consueto sibi iureiurando: Amen dico uobis, quoniam uenus ex uobis me tradet. Origenes in 26. Matth.

Si iuramentum erat Christi, Amen: mentitus fuisset dicens, Amen dico tibi, si uerum dixisset Petrus, Quia non te negabo. Id. ibid.

**Amen** amen dico uobis. Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Multum commendat, quod ita pronunciat: quodammodo, si dici fas est, iuratio eius est, Amen amen dico uobis. Amen quippe interpretatur uerum: & tamen non est interpretatum, cum potuisset dici, Verum dico uobis. Nec Grecus hoc interpres ausus est facere, nec Latinus: nam hoc uerbum quod est Amē, nec Grecum, nec Latinum, sed Hebræum. Sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet uelamento secreti: nõ ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatum. Augustinus tract. 41. in Ioannem.

**Amens**. Vocat Spiritus amentem, qui per imperitiam fallitur sensibus, ut amentem intelligamus atque simplicem. Iustinus epistola ad Zenam & Serenum.

**Ames**, robustus. Philo in interpret.

**Amela**, populum tulit. Id. ibid. de secundo Regum.

**Ameth**, regio Assyriorum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ami**, è seruis fuit Salomonis, redux in Iudæam ex captiuitate Babylonica. Esr. 2.

**Amia**, robustus Domini, uel populus Domini. Philo in interp. nomin. Hebr. de libris Regum.

**Amicitia** triplex. Docemur esse triplex genus amicitia. & eorum primum quidem est, idque optimum ac præstantissimum, id quod est ex uirtute. Valida enim est, quæ ex ratione, dilectio. Secundum autem ac medium ex remuneratione. est autem hoc genus aptum ad societatem ac communicationem, lubenter impertiens, & uitæ conducibile. Communis enim est quæ ex gratia amicitia. Vltimum autem ac tertium nos quidem dicimus, id quod est ex consuetudine. Illi uerò id quod ex uoluptate uerti ac mutari potest. Ac mihi quidem pulcherrimè Hippodamus Phythagoreus uideatur describere amicitias. Vna quidem est ex scientia deorum. altera uerò ex hominum suppeditatione.

tertia uerò ex uoluptate animantium. Est ergo una quidem Philosophi amicitia: altera uerò hominis: tertia autem animalis. Reuera enim Dei est imago, homo benefaciens. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Amicus** germanus. Ille germanus est amicus, qui ingruente infortunio tribulationes, & difficultates, & calamitates in tempore tentationis unà cum proximo, perinde ut suas, sine animi consternatione et tumultu & perturbatione tolerat. Maximus, centuria tertia de Charitate.

**Amiel**, populus meus Dei. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris, & secundo Regum.

**Aminadab**, filius Aram, in Aegypto natus, pater Naasson principis tribus Iudæ. Num. 10.

**Aminadab**, filius Caath, è tribu Leuitica. 1. Paralipomenon 6. 15.

**Aminadab**, socer Aaronis. Exod. 6. abnepos Jacob. Matth. 1. Luc. 3. Ruth 4.  
**Abinadab**, populus meus spontaneus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Exodo, Numeris, et lib. Iudicum. Hieronymus ibid. de Mattheo.  
**Aminadab**, pater meus spontaneus, uel urbanus. Philo ibid. de primo Regum.  
**Aminadab**, interpretatur uel gens desiderata, uel populi mei uoluntarij. Autor operis imperfecti homil. 7. in Matth.  
**Amithal**, calefactus ros. Id. ibid. de Hieremia.  
**Amma**, in desertum euntibus Gabaon. Euseb. in locis Hebraic.  
**Ammiel**, filius Gemalli, explorator de tribu Da.  
**Ammiel**, pater Machir. 2. Sam. 9. (Num. 13.  
**Ammiel**, pater Bethsua. 1. Par. 3.  
**Ammiel**, e Leui, ianitor templi, filius Obededom. 2. Par. 26.  
**Ammiod**, populus meus gloriosus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.  
**Ammifaddai**, genitor Abiezzer, principis tribus Dan. Num. 1. 2. 7.  
**Amifaddai**, populus meus sufficiens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.  
**Amital**, uxor Iosie, mater Ioachaz & Sedechie regum. 2. Reg. 23.  
**Amital**, calefactus ros, Philo in interpr. nomin. Hebraic. de libris Regum.  
**Ammiud**, filius Laadan, e stirpe Ephraim, abauus Iosua ducis Hebraeorum. 1. Par. 7. genitor Elisama principis tribus Ephraim. Num. 1. 2. 7.  
**Ammiud**, filius Amri, de stirpe Iudae. 1. Par. 9.  
**Ammiud**, e tribu Simco, genitor Samuelis. Num. 34.  
**Ammiud**, pater Phedael, principis tribus Nephtali. Ibid. (Sam. 13.  
**Ammiud**, genitor fuit Tholomai regis Gessur. 2.  
**Amiuth**, populus meus inclitus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.  
**Ammizabad**, filius Banaie, princeps militiae Dauidis. 1. Par. 27.  
**Ammodo**. Dico enim uobis, non me uidebitis ammodo, &c. futurum secundi aduentus diem hoc in loco significat. Nonne igitur uiderunt eum postea, dices? Sed illud Ammodo, non illam horam, sed uniuersum usq; ad passionem tempus significat. Chrysostomus Homil. 75. in Matth. (Hebraic.  
**Amoeniam**, in tribu Benjamin. Eusebius de locis  
**Ammon**, filius Loth, e filia natus. Genes. 19. a quo descenderunt Ammonitae, ad orientem Iudae sita, ultra Arnon flumen uersus aquilonem positi: quorum regio terra Rephaim reputata est. Deut. 2.  
**Ammon**, filius populi mei, uel populus mæroris. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi, & Iesu Naue.  
**Ammon**, pepercit. Id. ibid. de Numeris.  
**Ammon** nomen significat filius generis. Iosephus lib. 1. cap. 29. antiquit. Iudaicarum.  
**Amna**, sortis Aser. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Amno**, filius David. 2. Sam. 3. stuprat sorore Thamar, ideoq; ab Absalone fratre interficitur. Ibid. 13.

**Amnon**, filius Simonis e tribu Iudae uiri. 1. Par. 4.  
**Amona**, ciuitatis nomen. Ezech. 39.  
**Ammona**, populus eius. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.  
**Ammoni**, comprimens, uel coangustas me. Idem ibid. de primo Regum.  
**Amon**, rex Iuda, pater Iosie. 2. Reg. 21. 2. Par. 33. Matth. 1. Hierem. 1.  
**Amon**, siue (ut habet Iosephus lib. 3. cap. 14. anti. qui Iudaicarum) Achamus princeps ciuitatis Samariae, cuius custodiae traditur Micheas uinctus. 1. Reg. 22. 2. Par. 18. (eis Hebraic.  
**Amon**, ciuitas in tribu Aser. Ios. 19. Eusebius de locis  
**Amon**, trans Iordanem in tribu Gad. haec est Adman, de qua supra diximus. Id. ibid.  
**Amon**, matris fetus. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum. (Hieremia.  
**Amon**, fidelis, uel nutriens, siue onus. Id. ibid. de  
**Amon**, fidelis, uel nutricius, si tamen ab aleph litera exordium habeat: quod si ex ain scribitur, onustus interpretatur. Hieronymus ibid. de Mattheo.  
**Amor**. Amorem, siue diuinum, siue angelicum, siue spiritualem, siue animale, siue naturalem dixerimus, insitiam quandam intelligamus, commiscentemq; uirtutem, superiora quidem mouentem ad inferiorum proidentiam, equalia uero rursus ad socialem sui inuicem communionem, ac postremo loco inferiora ut ad potiora & sublimiora conuertantur adigentem. Arco pagita lib. de diuinis nominibus.  
**Definitio Amoris** haec est, animae uacantis passio. Autor operis imperfecti homil. 40. in Matth.  
**Amora**, populi illuminatio, siue populus eius. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Deuteronomio.  
**Amora**, populus sciens, uel populi illuminatio. Hieronymus ibid. de Mattheo.  
**Amorraeus**, filius Chanaan. Genes. 10. a quo gens Amorraeorum descendit. Genes. 15. ad orientem Iudae habitans. Amorraeam Moses duabus & dimidie tribui distribuit. Iosephus lib. 5. cap. 3. antiquitatis Iudaicarum.  
**Amorraeus** interpretatur amarus, uel amaritudo. Origenes homil. 24. in Iesum Naue.  
**Amorraeum**, amarum, uel loquentem. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.  
**Amorraei**, gens terrae Canaan, quae in duas regiones distributa fuit. Alteram postea tribus Iuda, alteram tribus Ruben & Gad occupauit, cuius metropolis fuit Eshebon. Num. 21. 32.  
**Amorraei** interpretantur, uel in amaritudinem adductes, uel loquentes. Origenes homil. 12. in Numeros.  
**Amorraei** interpretantur amarescentes. Id. homil. 14. in Iesum Naue.  
**Amorraeos** Hebraico sermone extraneos interpretantur. Arnobius in Psal. 136.  
**Amos**, Propheta contemporaneus Esae et Osee.  
**Amos**, pater Esae prophetae, filius Ioas, regis Iudae, & frater Amasiae. Esa. 1. 2. Reg. 19.  
**Amos**, pater Matathie, in genealogia Christi. Luc. 3.  
**Amos**, onerans, aut onerauit. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.  
**Amos**,

Amos, potens, uel fortis, si tamen ab aleph litera incipiat, & finiatur in Sade. quod si exordium sumit ab ain, & consummatur in nun, in populum, transferatur. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Amos interpretatur fortitudo onerantis, uel populum abrumpentis. Auctor operis imperfecti homil. 1. in Matth. eum.

Amoz, fortis, siue robustus, uel populus auulsus, siue populum auellens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de libris Regum & Amos.

Amofa, urbs in tribu Benjamin. Ios. 18.

Amothor, ciuitas Leuitarum in tribu Nephtalim. Ios. 21.

Amphar, locus in tribu Zabulon. Ibid. 19.

Amphipolis, ciuitas & ipsa Macedonia: est & alia eiusdem nominis in Syria. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Amphipolis, populus ore corruens. Id. in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Amplias, amicus S. Pauli, cuius mentio fit Rom. 16.

Ampliarus, populus malleator. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

Amram, filius Caath, pater Moysi & Aaronis.

Exod. 6.

Amram, filius Bani, alienigenam uxorem repudiavit. Efr. 10.

Amram, populus excelsus. Philo in interpret. nomin. Hebr. de Exodo.

Amraphel, rex Sennaar, seu Babyloniorum. Genes. 14. Existimatur fuisse. Nini filius, quem Zamein Ninian Berofus uocat.

Amraphel, dixit ut caderet. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Amri, pater impij regis Achab, edificauit Samariam, ubi cultu peculiare instituit. 2. Reg. 16. Mich. 6.

Amri, filius Bechor, ex tribu Issachar. 1. Par. 7.

Amri, filius Michael princeps trib. Issachar. Ibid. 28.

Amfa, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebr.

Amfi, filius Zachariae Benjamin. Neh. 11.

Amul, filius Phares, nepos Iudae patriarchae. Genes. 46. Num. 26.

Amul, parcēs, Philo in interpret. nomin. Hebr. de Gen.

## A N

Ana, & Ana. Esa. 37. 2. Reg. 18.

Ana, filius Sebeon, filij Seir Horraei. Genes. 26.

Ana, responsio, siue respondens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Anab, in tribu Iuda, nunc usq; uicus in finibus Eleutheropoleos. Est & alia uilla grandis Iudaeorum, nomine Anea. Eusebius de locis Hebraicis.

Anaba, uua, uel humilitas mea. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Anacam, humilis, exurgens. Id. ibid.

Anaceb, cognomentum. Id. ibid. (ris)

Anachim, monile collo sublimi. Id. ibid. de Nume

Anachim, humilitas renuens. Id. ibid. de Michea.

Anacim, humilitas uana, siue humiles uanos, uel humiles consurgentes, aut responsio uana, aut monile colli. Id. ibid. de Exodo.

Ανακαλιωσις, Ut summam instauraret, &c.

Quid est ἀνακαλιωσις? Coaptari. Chrysostomus sermone. 1. ad Ephesios.

Ανακαλιωσις. Apud nos, et in comuni usu, ἀνακαλιωσις dicitur, quando quae longo sermonis tractu sese dicta sunt, in compendium ac breuem summam contrahuntur, atq; omnia quae copiose dicta sunt, breuiter dicuntur. Atq; id etiā hic est. nam quae longo tempore dispensata sunt, in ipso summam resumpsit: hoc est, abbreviauit (Sermonem enim, inquit, consummans & abbrevians in iusticia) & illa complexus est, & alia adiecit: hoc est scilicet summaria abbreviatio. Id. ib.

Ανακαλιωσις, hoc est, in summam collectionem, appellat breuem rerum mutationem. Per dispensationem enim quae est in Christo Domino, & hominum natura resurgit, & incorruptionem induit: & creatura quae uidetur, ab interitu et corruptione liberata incorruptionem assequetur: & eorum qui sub aspectu non calunt populi perpetuo in leticia degent, quoniam effugit dolor, tristitia, & gemitus. Theodoretus ibid.

Analogia. Analogia in Graeco non tā ratio quam mensura competens dici potest, ut quia uno non potest, duobus sermonibus explicetur. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Anam, nubes. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Numeris.

Anamelech, idolum Sepharuaim. 2. Reg. 17.

Anamelech, respondente regi. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de libris Regum.

Ananim, filius fuit Mesraim, nepotis Cham. Gen. 10. 1. Par. 1.

Ananim, respondentes aquae. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Anan, primas quidam Iudaici populi post Babylonicam captiuitatem. Neh. 10.

Anan, gratia. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Ieremia.

Ananeel, turris Hierusalem, sicut in Zacharia libro scriptum est. Eusebius de locis Hebraicis.

Ananeel, gratia Dei. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Zacharia & Hieremia.

Anani, filius Elioenai. 1. Par. 3.

Anani, gratificatus mihi, siue donatus mihi. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de tertio Regum.

Anania, ciuitatis nomen, in qua filij Benjamin habitauerunt post Babylonicam captiuitatem. Neh. 11.

Anania, genitor Maasia. Neh. 3.

Anania, gratia dissipata, siue gratia Dei. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Hieremia & Daniele.

Ananias, unus ex socijs Danielis. Dani. 1. 2.

Ananias, doctor, & baptista S. Pauli apostoli. Act. 9. 22.

Ananias, princeps sacerdotum, qui Paulo ante cognitam causam, colaphum infligi iubet. Ibid. 23.

Ananias mentiens. S. sancto, cum Saphira coniuge obiurgatus à Petro, subita morte corruit coram ipso. Ibid. 5.

Ananias, gratia Domini. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Ananim, filius Mesraim, nepos Cham. Genes. 10.

**Anna**, uxor Helcanæ, mater Samuelis propheta.  
1. Sam. 2.

**Anna**, prophetissa, filia Phanuel, ex tribu Aser,  
Eccl. Luc. 2.

**Anna**, gratia eius. Philo in interpret. nomin. Hebr.  
de primo Regum. Hieronymus ibid. de Luca.

**Anna** est gratia. Origenes homil. 11. in Genesin,  
Et in lib. Regnorum.

**Anna** interpretatur domina. Damascenus lib. 4.  
cap. 15. de Orthodoxa fide.

**Annas**, impius pontifex Hierosolymis, socer Cai-  
phæ, ad quem primum Christus captiuus ductus est.  
Ioan. 18. qui cum alijs Pontificibus Et Phariseis in ne-  
cem Domini conspirauerat. Act. 4.

**Annas**, donans. Hieronymus in interpr. nomin. de  
Actis apostolorum.

**Anas**, Horraeus, socer Esau. Gen. 36.

**Ανάθεμα**, dicitur quasi ἀνάθεμα εἶδος, quasi dicat,  
quæ sit è superis restitutio. Est autem corpus, quod in-  
terit Et dissoluitur, et in terram mutatur. Exibit enim,  
inquit, spiritus eius, Et reuertetur in terram suam. Et  
rursus: Tolles spiritum ipsorum, Et deficient, Et in ter-  
ram suam reuertentur. Porro autem ipse quoq; Crea-  
tor dicit Adæ: Terra es, Et in terram reuertèris. Huius  
ergo quæ sit è superis restitutio, iure uocatur ἀνάθεμα.  
Theodoretus lib. de Diuinis decretis.

**Anatha**, responsio. Philo in interpret. nomin. He-  
braic. de lib. Iudicum.

**Anathema**. Optarim enim ego ipse anathema es-  
se à Christo. Quid est anathema illud? Audi Paulum i-  
psum: Si quis non diligit Dominum Iesum Christum,  
inquit, anathema sit: hoc est, separatus ab omnibus, a-  
lienus ab omnibus. Quemadmodum enim dicatum Deo  
anathema, nemo manibus ausit uel simpliciter contin-  
gere, aut propius accedere: sic Et ab ecclesia separa-  
tum, ab omnibus ipsum abscindens Et quam longissi-  
mè abigens, hoc nomine per contrarium uocat, ma-  
gno infecto terrore, omnibus ab illo segregari, resili-  
re que præcipiens. Nam illi quidem anathemati honoris  
gratia nemo facile appropriare tentat, à segregato ue-  
rò Et abscisso contraria ratione separantur omnes.  
Separatio itaq; pariter est utrinq; eo quod Et illic Et  
istic à multis abalienantur, quo anathema est: separa-  
tionis uerò modus non idem utrobique, sed alter alteri  
contrarius est. Ab illo quippe, tanquam Deo dicato:  
ab isto uerò abstinent, tanquam à Deo abalienato iam,  
Et ab Ecclesia abrupto. Ch. ysoctomus sermone 16.  
ad Romanos.

**Anathema** dicitur, quod Deo repositum Et seposi-  
tum est, nec amplius in communem usum sumitur: aut  
quod à Deo propter uitium alienatum est. Cata-  
thema uerò est, cõsentire cum anathematisantibus. In  
stinus in responsionibus ad orthodoxos.

**Anathema** sit. ἀνάθεμα uerbum proprie Iudeorum  
est: Et positum tam in Iesu Naue, quam in Numeris:  
quando omnia quæ erant in Hiericho Et Madianita-  
rum, detestationi Et anathemati habenda Dominus  
imperauit. Hieronymus in 1. ad Galatas.

**Anath**, pater Sangar. Iud. 3.

**Anathō**, in tribu Zabulō. Eusebius de locis Hebr.

**Anathoth**, filius Bechor, de tribu Benjamin, 1.  
Par. 7.

**Anathoth**, primas quidam Iudeorum post Baby-  
lonicam captiuitatem. Neh. 10.

**Anathoth**, patria Hieremie Prophetæ in tribu Ben-  
iamin. Ios. 21. Hierem. 1. 1. 32. 1. Reg. 2. fuit ciui-  
tas sacerdotalis, absuit à Hierosolymis uno breui mil-  
liari.

**Anathoth**, responsio, siue respondens signum, uel  
obedientia. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Hie-  
remia. (ibid. de Iesu Naue.)

**Anathoth**, obediens, uel respondens signum. Idem  
Anathoth interpretatur obedientia. Origenes ho-  
mil. 8. in Hieremiam.

**Anathotides**, respondens signum. Philo in inter-  
pret. nominum Hebraic. de secundo Regum.

**Anathothia**, uir è tribu Benjamin. 1. Par. 8.

**Andreas** apostolus, natus in oppido Bethsaida, sibi  
to ad litus maris Galilææ. frater Simonis Petri aposto-  
li. fuit initio discipulus Ioannis Baptistæ: quo monstrante  
Christum hac uoce, Ecce agnus Dei, sequitur Chri-  
stum. Postea adduxit Simonem fratrem ad Christum,  
dicens: inuenimus Messiam, Et c. Ioan. 1. Matth. 4. 10.  
Mar. 1. Ioan. 6. 1. 2. Luc. 6.

**Andreas**, decorus, siue decus in statione, uel respon-  
dens pabulo, sed hoc uiolentum. Melius autem est, ut  
secundum Græcam etymologiam ἀνδρῶν ἀνδρῶν, hoc  
est à uiro, uiriliter appelletur. Hieronymus in interpret.  
nomin. de Mattheo, Actis apostolorum, Et in commẽ-  
tarijs in Matth.

**Andreas**, potentia speciosa, uel condemnatus. Ce-  
cumenitus in 1. Actuum apostolorum.

**Andronicus**, præfectus Antiochi Epiphanis,  
corruptus Menelai pontificis muneribus, Oniam ni-  
rum piuum, fratrem Menelai interficit. Ideo ipse paulo  
post in illo ipso uestigio ab Antiocho capitali suppli-  
cio affectus est. 2. Maccab. 4.

**Andronicus**, cognatus S. Pauli, Et ante Paulum ad  
agnitionem Euangelij Christi conuersus. Huius Romæ  
uiuenti salutem optat Paulus. Rom. 16.

**Andronicus**, decorus ad stadium, aut respondens, sibi  
ue cogitans passionem. Hieronymus in interpret. no-  
min. de epist. ad Rom.

**Anē**, nunquid commotus est. Philo in interpret. no-  
min. Hebraic. de Esaiæ. (Gym.)

**Anēi**, nunquid commotus est. Id. ibid. de libris Re-

**Annegeb**, pro quo Aquila austrum, Symmachus  
meridiem transtulerunt. Eusebius de locis He-  
braicis.

**Αντισπῶν**. Et contuli cum eis Euangelium quod  
predico in gētibus. Græcus sermo ἀντισπῶν, aliud quid-  
dam quam apud nos intelligitur: cum scilicet ea quæ  
nouimus, conferimus cum amico, Et quasi in sinu e-  
ius Et conscientiam reponimus, ut pari consilio uel  
probanda sint, uel improbanda quæ nouimus. Hiero-  
nymus in 2. ad Galatas.

**Anem**, ciuitas Leuitarū in tribu Issuchar. 1. Par. 6.

**Anem**, circuli, uel coronæ, siue præcinens. Philo  
in interpret. nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

**Aner**, frater Mambre, amicus Abrahæ. Genes. 14.  
Aner.

**Aner**, ciuitas in tribu Manasse, ut ex 1. Par. 6. colligitur. Hieronymus in questionibus Hebraicis, Aner ex uno de pueris Abraham nomen accepit, qui eo loci habitauit & sepultus est.

**Aner**, lumen, uel illuminatio, uel lucerna, uel ciuitas, uel oculus hominis. Philo in interpret nomin. Hebraic. de Genesi. (Hebraicis.)

**Anerith**, in sorte tribus Issachar. Eusebius de locis Aneugaua, & huius Esaias meminit, quam Aquila transtulit. Ane & Gana, scilicet u syllabam, qua in medio nominis posita est, in coniunctionem & interpretatus: Symmachus uero, sollicitauit & humiliavit. Legimus super hoc in Regnorum libris. Id. ibid.

**Ange**, si interpretetur, sonat festiuitates. Origenes tom. 2. in Ioannem.

**Angelus**. Nec nouum est Spiritui sancto, angelos appellare eos, quos ministros suae uirtutis Deus praefecit. Tertullianus aduersus Iudeos.

**Angeli**, nuncij Latino sermone uocantur: & Euangelium, bonum nuncium explanatur. Arnobius in Psal. 103. Augustinus tract. 24. in Ioannem.

Sicut Graece angeli, Latine nuncij uocantur ita Graeci Apostoli, Latine missi appellantur. Augustinus tract. 54. in Ioannem.

#### ¶ Angeli pro daemonibus.

Certum sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, &c. In promptu est angelos illos intelligere, quibus ignis aeternus a Salvatore cum diabolo dicitur preparatus. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quidam hoc in loco inquit sacerdotes significari: sed absit. De daemonibus enim ei sermo est. De malis autem sacerdotibus tunc loquutus est, cum inquit: Quoniam in uobis iudicatur mundus. Chrysostomus homil. 16. in priorem ad Corinth.

Adit plus dicendo, Angelos iudicabimus: id est, potentias spirituales, quos alio loco tradit in caelestibus degere, eodem genere iudicandos a nobis angelos, quod et mundus iudicabitur. Ambrosius in 6. prioris ad Cor.

**Angeli pro sacerdotibus aut bonis angelis.** Disposita per manus angelorum in manu mediatoris. Aut sacerdotes uocat angelos, aut sentit ipsos etiam angelos subministraisse ferenda legi. Chrysostomus in 3. ad Galatas.

Angelos dicit Dei nuncios, id est, Moysen, Iesum Naue, & ceteros Prophetas usque ad Ioannem Baptistam, de quo Deus dicit: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Ambrosius ibid.

Quod ait, Lex ordinata per angelos: hoc uult intelligi, quod in omni Veteri testamento, ubi angelus primum uisus refertur, & postea quasi Deus loquens inducitur: angelus quidem uere ex ministris pluribus quicumque sit uisus, sed in illo mediator loquatur, qui dicit: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Nec mirum si Deus loquatur in angelis, cum etiam per angelos qui in hominibus sunt, loquatur Deus, in Prophetis, dicente Aggeus: Et ait angelus qui loquebatur in me, ac deinceps inferente: Haec dicit Dominus omnipotens. Neque enim angelus qui esse dictus fuerat in Propheta, ex sua persona audebat loqui, Haec di-

cit Dominus omnipotens. Hieronymus ibid.

**Angeli pro episcopis.** Propterea debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. Angelos episcopos dicit, sicut docetur in Apocalypsi 10. annis. Et quia utique homines sunt, quod non corripere plebem, arguuntur: & quod rectum est in illis, laudatur. Ambrosius in 11. prioris ad Corinth.

**Angeli dij appellati.** Si angelus est homine superior, & Sacrae literae homines appellant deos, nonne conuenit angelos quoque deos a nobis appellari? Responsio: Angelorum quicumque in Dei ordine apparuerunt, aut cum hominibus loquuti sunt, habuerunt ipsi quoque Dei nomen, ut qui cum Iacobo & cum Moise loquutus est. Vocati sunt autem etiam homines dij, utque utriusque propter usum eius mandatum datum est, Dei ordinem & nomen habere. Peracto deinde usu, desinunt uocari dij, qui propter usum aliquem acceperunt Dei nomen. Cum enim commisit angelo procuracionem populi, dicit Moysi de eo: Noli non obedire ei, nam meum nomen est ei impositum. Item cum mandauit magistratibus iudicium populi, dixit eis: Iustum iudicium iudicate, nam iudicium est Dei. Item: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes, ubi eos dixit deos, pro, Dedit uobis honorem meum, & ordinem, & nomen. Igitur tanquam me iudicante, sic iudicate populum. Iustinus in responsionibus ad orthodoxos.

**Angeli sancti qui.** Angelorum sanctorum nomine, omnem sanctam creaturam spiritalem, in Dei secreto atque occulto ministerio constitutam nunc appello. Augustinus lib. 1. Retractionum.

**Angelus lucis.** Ipse Satanas transfiguratur in angelum lucis. Quid est angelus lucis? dicit eum qui fiduciam habet loquendi, & Deo assistit. Sunt enim angeli tenebrarum, diaboli tenebrosi, ac feroces. Chrysostomus homil. 24. in secundam ad Corinth.

#### ¶ Angelorum distinctio & nomina.

Omnes simul caelestes immortalesque substantias in nouem ordines diuinus sermo distinctit, propriisque ac significantibus uocabulis appellauit. Has eximius praceptor noster in ternas tertio repetitas distinctiones, ad S. Trinitatis diuisit imaginem. Ac primam quidem esse ait, quae coram Deo uersetur semper, idque ex diuina dignatione suscepit, ut illi inhaereat iugiter, nullisque medijs interiectis spiritibus inseratur. Nam sanctissimos thronos, & oculis plurimis, alisque praeditos ordines, Cherubim scilicet & Seraphim Hebraeorum uoce appellatos, iuxta Deum nullis medijs insertis aegminibus eminenti propinquitate locatos ait, idque S. Scripturarum tradere expositionem. Secundam uero asseruit, quae potestatibus, dominationibus, uirtutibusque conficitur. Tertiam item, quae in caelestibus functionibus extremum teneat locum, ex angelis & archangelis principatibusque constantem. Dionysius Arcopagita lib. de caelesti hierarchia, cap. 6. Seraphin, Cherubin, & Throni. Sanctorum quidem Seraphin appellatione, ij qui Hebraeae linguae periti sunt, incendentes siue calefacientes: cherubin uero multitudinem scientiae, siue sapientiae effusionem significare aiunt. Appellantur nempe calefacientes, & throni, & sapientiae effusio, congruo scilicet ac diuino illorum habitus signate nomine.

nomine. Seraphin. Nam quod diuinis rebus semper uerno motu, & nunquam laceffente studio in seruiant, ardoreq; ac celeritate mirabili, ac feruore perpetui illius, & nunquam cedentis aut inclinantis æterni motus sui, inferiora etiam agmina ad sui similitudinē potentissimē subuehant, illa ueluti incendētes, atq; ad similitudinem feruoris gratiam exuscitantes, propterea quod summa ui flammantis incendij expurgent, lucidaq; & illuminante proprietate beatissimi spiritus, aperta q; & inextinguibili, & quæ semper eodem se habeat modo, totius obscurissimæ caliginis ac cæcitatē expultrice ac profligatrice sint præditi, Seraphin accepere cognomen. Cherubin. At uero sanctorū Cherubin appellatione, illorum eximia scientia, Deiq; speculatio, summaq; et exuberantis lucis capacitas atq; contemplatio, qua diuinam speciem non per traduces ullos, sed primaria ui sua intuentur gratia quoq; copiosa traditio & communicatio, inuidiæ liuore carens, qua indultam sibi sapientiā in sequentia & inferiora transfundunt, designatur. Throni. Porro altissimarum & eleuatarum sedium nomine, illas ab omni terreni affectus humilitate longissimē remotas esse, sursumq; ad ardua inuolabili studio ferri edocemur, dum illæ ab infimis omnibus iugi intētionē distant, ac circa illum qui uerè excelsus est, totis uiribus incōcūse, stabiliterq; locatæ, diuinum illius aduentū absq; ullius perturbationis ac materiæ impedimento suscipiunt: Deumq; ferentes obsequij deuotione, ad ipsius percipiendos fulgores semper patēt. Ita quidem nomen ipsorum, quantum ipsi intelligimus, ratio est. Id. ibid. cap. 7. Dominationes. Sanctarum dominationum pleno mysterij nomine signari arbitror celsiorem intelligentiā quandam, totius seruitutis ignaram, omniq; submissione infima liberam, nulliq; tyrannicæ dissimilitudini ullo omnino modo seipsam subijcientē. Quæ cum suam asserit libertatē, ut nullis blanditijs cedens, ueraq; dominatio, seruili omni & imminutioni obnoxio opere superior est, nulliq; submissioni cedit: atq; omni dissimilitudine celsior, ueræ dominationis, imò deitatis ipsius summæ dominantis, indeficienti ardentiq; flagrat desiderio, atq; ad illius propriam similitudinē seipsam, in quantum potest, & quæ post se sunt, ad summi boni exemplar effingit: atq; ad nihil eorum quæ frustra uidētur, sed ad id solum quod uerè ac propriè est, tota intētionē cōuersa, summæ semper dominantis deitatis pro uirib. particeps fit. Virtutes. Beatissimarū appellatione Virtutū, uirilem quandam, & (ut sic dixerim) masculinam, incōcūsamq; fortitudinem signari certum est, qua in omnibus diuinis suis actionibus præditæ, ad nullius supernæ illabentis diuini fulgoris perceptionē inualidæ fiunt, atq; ad Dei imitationem potenter assurgūt, neq; per imbecillitatis ignauiam diuinis suis deserunt motus, cæterum intentione perpetua supremā illam (per quam ualent omnia) Virtutem intuentur, eiusq; potens imago pro uiribus fiunt: atq; ad ipsam ut uirtutis totius autorem, ui summam conuerse, ad ea quæ inferiora secundo loco sunt, uirtutis largitate ad diuinæ bonitatis effigiem prodeūt. Potestates. Sanctarū potestatum uocabulo, quæ unam et æqualem cum altissimis Dominationibus at-

que Virtutibus sortē accepere, significari dicimus ornatisimum, & nulla permixtione confusum ad diuinam suscipienda, ac pulcherrimū ordinem, & aptissimam seriem cœlestis spiritalisq; potentia, nequaquam tyrannicæ atq; in deterius uiribus suæ potestatis abutentis, ueram insuperabili cōstantia ordinatisimē ad diuinam tendentis, & quæ post se sunt agmina, Dei imitatione promouentis. Hæ uero summæ illius potestatis (ex qua, ut sint potentes acceperunt) similitudinem in se nituntur exprimere, eamq; (ut angelis fas est) in suis ordinibus de core potētissimæ uirtutis insignibus præferūt. Id. ibid. cap. 8. Principatus. Exprimuntur cœlestium Principatumum nomine, illos ad Dei imaginem principari ac duces esse, cum sacrosancto principalibus uirtutibus conuenientissimo ordine. Atq; præterea, ad summum eos principatū tota intentione cōuersos, aliorum quoque præcipua dignitate duces esse, ac pro uiribus in se effingere supremum illum, suiq; autorem principatum student, principalium decore uirtutum, summum illius diuinumq; ordinem promere.

Archangeli. Sanctissimus archangelorum ordo, æqualis quidem cœlestibus principatibus dicitur. Est enim (ut diximus) ipsorum atq; angelorū functio una, unaq; distinctio. Quia tamen nulla est huiusmodi sacratissima functio, quæ non & primas habeat & medias, extremasq; uirtutes: sanctus archangelorū ordo, quod sit in medio functionis cōstitutus, cōmuni quodam socialiq; iure extrema complectitur. Altissimis namq; principatibus, et s. cōmunicat angelis: illis quidem, quoniam ad supremum illum principatū præcipue intentus est, & ad eius (quantū fas est) formatur imaginem, ac præterea honestissimis atq; ordinatisimis et inuisibilib. ductibus suis Angelos etiam iungit, atq; unum facit. His autem qui iam etiam docēdi atq; dictandi alijs ordinē tenet, dum diuinarū intelligētias rerum à primarijs uirtutibus sumens, eas angelis quoq; præstituta nunciat bonitate, ac per angelos nobis pro modo ac ratione cuiusq; diuinorū sensu aperiēs lucem.

Angeli. Angeli implendi peragūt munus, omnesq; cœlestium spiritū ordines complent, extremo in loco inter eximias illas, immortalesq; substantias, angelicam proprietatem consecuti. Atq; ideo à nobis Angeli rectius quam superiores appellantur, quod scilicet & ipsorum ordo magis circa euidētia & apertiora uersatur, ac mundana fermē negotia ab eis disponūt. Id. ibid. cap. 9.

Angelorum panis. Panem cœli dedit eis, Panem angelorum manducauit homo. Psal. 77. Quis est panis angelorum? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Quomodo panem angelorum manducauit homo? Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Augustinus tract. 13. in Ioannem.

(Iesu Nati.

Ani, pauper. Philo in interpret. nomin. Hebraicæ de

Ania, gratia Domini, uel donas Dominus. Id. ibid.

de Hieremia.

Aniam, filius Semidæ, stirpis Manassæ. i. Par. 7.

Aniel, in tribu Aser: est quædam uilla nomine Be-

toænea, in quindecimo lapide à Casarea, sita in mō-

te, cōtra orientalem plagam, in qua & lauacra dicuntur

tur esse salubria. Eusebius de locis Hebraicis.

Anima, in tribu Iuda. Ios. 13. Est uicus Anea iuxta alterum, de quo supra diximus, ad orientalem plagam respiciens cunctis habitatoribus Christianis. Id. ibid.

Anima, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Anima. Anima Latinis status dicitur, ad Græce uocis imitationem, qui uentum anemon uocant. Cyprianus lib. de duplici martyrio.

Anima est, spiritus ratione præditus & intelligens. Theodoretus lib. de diuinis decretis.

Anima est, substantia phantastica & hormetica: quod Latine licet non tam proprie explanetur, dici tamen potest sensibilis & mobilis. Origenes lib. 2. cap. 8. Peri archon.

Anima est substantia uiuens, simplex & incorporea, & corporeis oculis secundum propriam sui naturam inuisibilis, immortalis, rationalis, intellectualis, infigurabilis, organico utens corpore: illi uitam, augmentationem, sensum & generationem tribuens, non aliud habens præter seipsam, mentem: sed pars ipsius est purissima (quemadmodum enim oculus in corpore, sic mens in anima) liberæ potestatis, uoluntate prædita, & operationis efficax, uertibilis, id est mutabilis uoluntate: quia creata est, hæc omnia secundum naturam ex eius qui illam condidit gratia, adeptæ, ex qua et esse, & natura ita esse suscepit. Damascenus lib. 2. cap. 12. de orthodoxa fide.

#### ¶ Anima pro uniuersa creatura incorporali.

Hæc animam pro uniuersa creatura incorporali posui, non loquens more Scripturarum, quæ animam, quando non translato uerbo utuntur, nescio utrum uelint intelligi, nisi eam qua uiuunt animalia mortalia, in quibus & homines sunt, quando mortales sunt. Augustinus lib. 1. Retractionum.

Anima pro uita. Nomen anima plus est quam esca? Animam hoc loco pro ista uita positam nouerimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Secundum hanc significationem dictum est etiam illud, Qui amat animam suam, perdet illam. Id. lib. 2. super Sermonem Domini in monte.

Anima pro hominibus. Et omnes anime quæ introierunt cum Iacob, septuaginta duæ. In usu esse creditur, animas pro hominibus appellari.

Sciendum, quod in Scriptura sacra quandoque anima dicitur homo, ut hic: In septuaginta quinque animabus intrauit Iacob in Ægyptum. Damascenus libro 3. cap. 18. de Orthodoxa fide.

#### ¶ Quid inter animam & animum interfit.

Anima est, qua uiuimus: animus, quo sentimus & sapimus. Lactantius lib. de opificio Dei. cap. 18.

#### ¶ Quid inter animam & spiritum interfit.

Mediocriter per totam Scripturam diligenter obseruari spiritus & anime differentiam. Mediumque quiddam uiderim esse animam, capacemque uirtutis & uitæ: spiritum uero hominis qui in ipso est, mala recipere minime posse: quippe cum res optime fructus dicantur esse spiritus, & spiritus hominis, non spiri-

tus sancti, ut arbitraretur aliquis. Nam ad distinctionem huius spiritus hominis, Opera carnis nuncupantur ea omnia quæ sunt uituperabilia: quoniam nullum est opus carnis laudabile. Hactenus autem semel inueni spiritum hominis mali dictum à Deo. Hunc enim in modum scriptum est in Deuteronomio: Noluit Sion rex pie agens præterire per ipsum, quod indurauerat Dominus Deus spiritum eius: & occupauit cor eius, ut traderetur in manus tuas, ut in die hac. Origenes tom. 3. in Ioannem.

Anima meretrix. Quæ est anima meretricis? quæ ad se recipit amatores, de quibus dicit Propheta: Meretricata es post amatores tuos. Qui sunt isti amatores, qui intrant ad animam meretricis? nisi contrarie potestates, & demones, qui desiderium capiunt pulchritudinis eius: Id. homil. 12. in Leuiticum.

Anima pura. Anima pura est, quæ affectibus liberata, Dei charitate indefinenter exhilaratur. Maximus centuria prima de Charitate.

Animam suam amare et odisse. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Amat animam suam in hoc mundo, qui desideria eius diuine legi repugnancia facit. At uero odit animam suam in hoc mundo, qui non cedit, neque obsequitur ei, noxia concupiscenti, & diuinis præceptis contraria. Quemadmodum enim eorum quæ odio habentur, nec uocem audire sustinemus, nec uisum uidere delectabit: ita & animam quum contraria suggerit saluti, quæ Deo non placent, cum uehementia auertere oportet, & cumulatissimus inde præmiorum sequitur fructus, utpote quod in uitam æternam custodiatur. Cyrillus lib. 8. cap. 14. in Ioannem.

Animam inuenire. Hoc est inuenire animam, nosce seipsum. Clemens Alexandrinus libro quarto Stromatum.

Animam perdere, & saluam facere. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Si quis amator uitæ presentis, & putans hanc uitam presentem esse optimam, parcat anime suæ, timens mori, & putans animam suam per hanc mortem perire: iste uolens hoc modo saluare animam suam, perdet illam, alienam faciens eam à uita æterna. Si quis autem contemnens uitam presentem propter Christi uerbum, & confidens de uita æterna, usque ad mortem pro ueritate certauerit, perdet quidem animam suam quantum ad uitam presentem, tradens eam pro pietate in mortem, quæ abusu dicitur mors: sed quoniam propter Christum perdit animam suam, magis eam saluam facit in uita æterna. Origenes tract. 2. in Mattheum.

Animam ponere. Potestatem habeo ponendi animam meam, &c. Ponere animam, mori est. Sic & apostolus Petrus Domino dixit: Animam meam pro te ponam. id est, pro te moriar. Augustinus tract. 47. in Ioannem.

Animalis. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Animalis est, qui omnia anime cogitationibus tribuit, & nullo superno egere se arbitratu auxilio: quod demetia est. Chrysostomus homil. 7. in priorem ad Corinth.



**Animus.** Animus aliud quid non est, quam anima suggestus & structus. Tertullianus lib. de anima.

**Annus.** Vocate annum Domini acceptum, & diem retributionis. Annus non qui ex duodecim mensibus est, dicitur: sed omne fidei tempus, in quo audientes praedicationem credunt homines, & acceptabiles Domino fiunt, qui se ei copulant. Irenaeus lib. 2. cap. 38. aduersus haereses.

**Annus acceptus.** Vt praedicem annum Domini acceptum, & diem retributionis. Reuera praedicaui annum acceptum, hoc est, cui non contradicebatur. Primum enim annum post trigesimum annum aduentus sui carnalis praedicaui, & omnes ipsum suscipiebant, & neque Iudaei contradicebant, neque gentes, neque Samaritae: sed omnes libenter ipsum audiebant. Epiphanius lib. 2. tomi primi contra haereses.

**Annus Domini acceptabilis.** Vocate annum Domini acceptum & diem retributionis. Annus Domini acceptabilis dictus est, tempus hoc, in quo uocatur ab eo hi qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo: hoc est, omne ab aduentu eius tempus, usque ad consummationem, in quo ut fructus, eos qui saluantur, acquirit. Bene intelligitur tempus hoc, in quo uocantur & saluantur Domino, annus Domini acceptus: quae subsequitur dies retributionis, id est iudicium. Irenaeus lib. 2. cap. 38. aduersus haereses.

**Anni.** Dies obseruatis, & menses, & tempora, et annos. Quod ait, & annos, puto de septimo remissionis anno dici, & de quinquagesimo, quem illi iubilaeum uocant Hieronymus in 4. ad Galatas.

**Annuere.** Annuere discipulo dilecto Simon Petrus, nec annuisse contentus, inquit illi: Sciscitare quis nam sit ille de quo loquitur. Quamobrem quonia annuere in Prouerbijs assumitur in calumniam (nam malus annuit oculo, annuit & pede, docetque nutibus digitorum, corde peruerso mala machinans: & qui annuit oculis, cum dolo adgregat uiris moerores) dicendum est, malum non esse annuere, sed oculo annuere: hoc est, oculo transuersa tueri, & non recte uidere: & annuere cum dolo, uituperabile est etiam ei. At amanter annuere, Petri officium est. Origenes tomo trigesimo secundo in Ioannem.

**Ano,** dolor eorum. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de tertio Regum.

**Anob,** ciuitas quam expugnauit Iesus: & est usque hodie uilla iuxta Diospolim, quasi quarto milliario ad orientalem plagam, quae uocatur Bethoannaba. Plerique autem affirmant, in octauo ab ea milliario sitam, et appellari Bethannabam. Eusebius de locis Hebraic.

**Anob,** filius Cos, de tribu Iuda. 1. Par. 4.

**Anob,** dicitur ille, qui sine lege est, & nullo iure constringitur. **Anob,** uero iniquus, siue iniustus. Hieronymus in 4. ad Galatas.

**Anon,** rex Ammonitarum, qui contumelia affectu legatos Dauid. 2. Sam. 10.

**Anon,** dolens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

**Anon,** nisi quis renatus fuerit denuo, &c. Quod nos Latini habemus: Denuo, Graeci *ἀνωθεν* dicunt qui sermo utrumque significat, & denuo, & de superiori-

bus. Origenes libro quinto ad Romanos.

**Ante luciferum.** De uentre ante luciferum genui te. Quod ait, Ante luciferum, ante mundi, & ante totius creaturae designat initium. Eusebius lib. 1. cap. 1. historiae Ecclesiasticae.

**Ante secula.** Quam praedestinavit Deus ante secula in gloriam nostram. Quod, ante secula, inquit, aeternum significat. Etenim alio in loco his uerbis uitur: Qui est ante secula. Inuenietur igitur & filius sic aeternus, quippe de quo ait, quod per eum fecit et secula, quod est ante secula esse: creatorem namque ante creaturas esse constat Chrysostomus homil. 7. in priorum ad Corinth.

**Antilibanus,** ea quae sunt supra Libanum, ad orientalem plagam respicientia, Antilibanus appellantur, circa regionem Damasci, quae cecidit in sortem tribus Manasse. Eusebius de locis Hebraicis.

**Antichristus.** Omnis sermo qui profitetur expositionem Scripturae, & fidem earum, non autem habet ueritatem, iuste Antichristus esse intelligendus est, ueniens in nomine Christi, & dicens, Quod ego sum Christus, mentiens, & minime potens ostendere ueritatis formam in se. Origenes in 23. Matthaei.

**Antichristi.** Qui Antichristi interim & semper, nisi Christi rebelles? Tertullianus de praescriptionibus aduersus hereticos.

**Ioannes apostolus** in epistola sua loquitur: Audistis, quia Antichristus uenturus est: nunc autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes haeresiarchas, Antichristos esse: et sub nomine Christi ea docere, quae contraria sunt Christo. Hieronymus in 24. Matthaei.

**Antiochia,** ciuitas Syriae coeles, in qua Barnabas & Paulus apostoli sunt ordinati. Est autem & alia in Pisdia prouincia, in qua idem praedicantes, Iudeis dixerunt: Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repulistis illud, &c. Id. de locis Actorum apostolorum.

**Antiochia,** paupertatis silentium. Id. in interpret. nomin. de epist. ad Galatas, & secunda ad Timotheum.

**Antiochus** cognomine Epiphanes, rex Syriae, filius Antiochi Magni, qui cum Romanis bellum gessit. Epiphanes regnare coepit anno 137. post mortem Alexandri Magni. 1. Macc. 1.

**Antiochus Eupator,** filius Epiphanis, succedit patri in regno. 1. Macc. 6. interficitur a Demetrio patre eius. 1. Macc. 7. 2. Macc. 10. 13.

**Antiochus** *Ἐπιδάμης*, filius Demetrii, Syriae rex. 1.

**Antipas,** seu Antipater, pater Herodis Magni, primi regis Iudaeae. Huius Herodis filius fuit Herodes Antipas rex Galilaeae, qui Ioannem Baptistam interfecit, & Christum in passione contumelia affectu. Luc. 23.

**Antipas** martyr Pergamenus, celebratur Apocal. 2.

**Antipattis,** ciuitas Palaestinae nunc diruta, quam Herodes rex Iudaeae ex patris sui nomine uocauerat. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Anua,** in tribu Zabulon. Est & alia uilla Anua euntibus de Neapoli Aeliam, in decimo milliario. Eusebius de locis Hebraicis.

**Anuilla,** dolens, siue parturiens. Philo in interpret. nomin. Hebraic. de Genesi.

Aod, filius Gera, filij Iemini, unus ex Iudicibus populo Israel. Iud. 3.

Aod, inclitus, gloriosus, Philo in interp. nomin. Hebraic. de Genesi & Exodo.

Aoplithe, uel Aphusoth, quod aquila in libertatem uertit. Eusebius de locis Hebraicis.

Aorabi, terminus Iudaeae, prouinciae ad orientem, respiciens tribus Iudaeae. Est autem & uicus nunc usque grandis, nouem millibus à Neapoli contra orientem descendentibus ad Iordanem & Hiericho, per eam quae appellatur Aorabitenae, sed & consinium Amorraeorum Acrabitenae dicitur: de quo loco non exterrinauit alienigenas tribus Nephthalim, ut in Iudicum libro scriptum est. Id. ibid.

Aoth, laus. Philo in interp. nomin. Hebr. de libro Iudicum.

Apparere, apparuit autem illi angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Bene apparuisse, dicitur ei, qui eum repente conspexit. Hoc enim specialiter aut de angelis, aut de Deo Scriptura diuina tenere cōsuevit: ut quod non potest prauideri, apparere dicatur. Sic enim habes: Apparuit Deus Abraham ad ilicem Mambræ. Nam qui ante non praesentitur, sed repente uideretur aspectu, apparere memoratur. Ambrosius in 1. Lucæ.

Apelles, sincerus fuit Christianus, uelut Paulus Rom. 16. indicat.

Apelles, congregans eos, sed uiolentum. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum, & epistola ad Romanos.

Απειρακτες. Quod nos dicimus missus, Graeci dicunt απειρακτες, hoc est, missus, quod dicitur lingua Hebraica silos. Chrysostomus homil. de Ioanne Baptista.

Apex, Iota unum aut unum apex non praeterit à lege, &c. Apex est, ipsius (iota) aliqua in summo particula. Augustinus lib. 1. super Sermonem Domini in monte.

Apphaim, filius Nadab. 1. Par. 2.

Apphia, cuius mentio fit in epistola Pauli ad Philemonem, existimatur fuisse uxor Philemonis.

Apphia, continēs, siue continentia, uel libera. Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Philemonem.

Appii forum, nomen fori Romae, ab Appio quondam consule tractum: à quo & uia Appia cognominata est. Id. de locis Actorum apostolorum.

Appij forum, libera, uel fortis ubertas. Id. in interp. nomin. eiusdem libri.

Aphar, fodit, siue humus. Philo in interp. nomin. Hebraic. de Numeris.

Aphara, urbs in tribu Benjamin. Ios. 18.

Aphara, uittulus, uel taurus. Philo in interp. nomin. Hebraic. de Iesu Nauæ.

Apharsath, loci nomen est apud Esdram quarto & sexto.

Aphec, ciuitas est, quam rege ipsius trucidato expugnauit Iesus. Eusebius de locis Hebraicis.

Aphes, fortis Afer, in qua habitatores pristini peranserunt. Id. ibid.

Aphes, iuxta Aendor Iezraelis, ubi dimicauit Saul. Id. ibid.

Aphes, furor nouus, aut continenter. Philo in interp. nomin. Hebraic. de primo Regum.

Apheca, urbs in tribu Iuda. Ios. 15. cuius regem interfecit Iosua expugnata urbe. Ibid. 13.

Apheca, terminus Amorraeorum, super Iordanem in sorte tribus Ruben: sed & usq; hodie est castellum grande, Apheca nomine iuxta oppidum Palestinæ. Eusebius de locis Hebraicis.

Aphethi, mirabilis. Philo in interp. nomin. Hebraic. de secundo Regum.

Apher, filius Madian, nepos Abraham. Gene. 25.

Apher, humilis, siue puluis. Philo in interp. nomin. Hebraic. de Genesi.

Apherezei, separati, siue absq; muro. Id. ibid. de Exodo.

Aphes domini, ubi dimicauit Saul, pro quo Aquila posuit, in finibus domini. Eusebius de locis Hebr.

Aphia, pater Sareth, atui regis Saul, ex tribu Benjamin. 1. Samuel. 9.

Aphin, in tribu Benjamin. Euf. de locis Hebraicis.

Aphra, in tribu Benjamin. Est & hodie uicus Esfrem in quinto milliario Bethelis ad orientem respiciens. Id. ibid.

Aphraim, ciuitas tribus Issachar, estq; hodie uilla Affarea nomine in sexto milliario legionis contra septentrionem. Id. ibid.

Aphrica, regio, sic dicta ab Apher nepote Abraham, cuius rei testes citat Hieronymus Alexandrum Polyhistora & Cleodemum.

Aphiba, mater Manasse Regis Iuda. 2. Reg. 21.

Απειρακτες hi sunt, qui postquam peccauerint, non dolent: qui nequaquam sentientes ruinam suam, feruntur in pronum, & tanquam bestiae ferrum uidentes, in mortem ruunt. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Apo calypsis. Sed per reuelationem Iesu Christi. Verbum αποκαλυψω, id est, reuelationis, proprie Scripturarum est, & à nullo sapientium seculi apud Graecos usurpatum. Vnde mihi uidentur, quemadmodum in alijs uerbis quae de Heb. in Graecum Septuaginta interpretes transtulerunt: ita & in hoc magno opere esse cognatos, ut proprietatem peregrini sermonis exprimerent, noua nouis rebus uerba fingentes: et sonare, cum quid tectum & uelatum, ablato de super operimento ostenditur & profertur in lucem. Hoc ut manifestius fiat, accipite exemplum. Moyses cum Deo reuelata & aperta facie loquebatur, id est, absq; uelamine: ad populum autem loquens, quia uultum eius attendere non ualebant, uelamen ponebat in facie. Ante arcam quoq; testamenti uelum oppansum erat, quod cum fuisset reditum, ea quae antea abscondita fuerant, prodebantur, & ut ipso uerbo utar, reuelabantur. Id. in 1. ad Gal.

Apollion, abyssi nomen, Hebraicè Abadon dicta, id est, perdens. Apoc. 5.

Apollo, Iudaeus Alexandrinus, Ephesi institutus in fide Christiana, Corinthi deinde docuit. Act. 18. 19. 1. Cor. 1. 3. 16. Tit. 3.

Apollo, miraculum, uel mirabilem, siue congregans eos. Hieronymus in interpretationibus nominum

num de priore epistola ad Corinthios & Titum.

Apollonia, ciuitas Macedonia: Act. 17. & est altera in prouincia Aphrica, que dicitur Pentapolis. Id. de locis Actorum apostolorum.

Apollonia, disciplina, uel synagoga eorum, sed hoc uiolentum. Idem in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Apollonius, dux Antiochi, à Iuda Macchabeo cesus. 1. Macch. 3.

Apollonius, dux Demetrii iunioris, à Ionatha profligatus. Ibid. 10.

Aporryma, apud solos Thebanos mensuratur, dimidium enim Saite est. Verum autem Saite, sextariorum uiginti duorum est. Epiphanius libro de mensuris & ponderibus.

Apostolus. Apostolus Græcè, Latine missus dicitur. Hieronymus in 1. ad Romanos.

Anisator, hoc est, missus, Hebræorum proprie uocabulum est, quod Silas quoque sonat: cui à mittendo missio nomen impositum est. Id. in 1. Galatas.

Apostoli. Apostolos hæc appellatio missos interpretatur. Tertullianus lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos. Nomen apostolorum quoniam Græcum est, nihil nisi missos significat in Latino. Augustinus tract. 108. in Ioannem.

#### ¶ Vocis Apostolus acceptiones.

Mittit Iesus non solum sanctos, uerum etiam & sanctos & angelos. Nominanturque hi quos mittit (eo quod ab ipso mittantur) apostoli, hoc est, missi. Nam uero horum apostolorum alij sunt homines, alij uirtute præstantiores: nec enim à uero aberrauimus, apostoli nomen his angelis etiam ponentes, de quibus scriptum est: quod omnes sint administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos, qui heredes erunt salutis. Nam si *ἄγγελοι ἀποστόλων* (hoc est, à mittendo, missi) omnesque ab eo, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam, in ministerium mittuntur administratorij spiritus, hi etiam apostoli, hoc est, missi dicentur eius, à quo mittuntur. Atque unusquisque profecto, qui mittitur ab aliquo, apostolus, hoc est, missus, est illius qui misit. Iuxta quod in superioribus est dictum post ea uerba: Non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit ipsum. Hanc ob causam non aberrabit à uero, qui Ioannem etiam dixerit Dei apostolum, propter illud: Erat homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Quia Esaias quoque apostolus erit, propter illud: quem mittam, & quis ibit ad hunc populum? quando respondit, dicens: En ego sum, mitte me. Sed quid de hisce dico, quando in epistola ad Hebræos talis tantusque Seruator noster dictus sit apostolus à Patre? Scriptum est enim: Habentes igitur pontificem magnum, & apostolum Iesum Christum. Quamobrem si Seruator aliquem miserit, qui aliquorum salutem administraret, is qui mittitur, apostolus est Iesu Christi. Verum ut apostolus est eius qui misit, sic quibusdam solis ad quos mittitur, est apostolus. Hanc rem considerans Paulus dicebat: Etiam si alij non sim apostolus, uobis tamen sum: nam signaculum apostolatus mei uos estis in Domino. Proinde licet alicui esse apostolo Iesu

Christi ad unum solum missus: si Dei prouidentia uni soli sermonem is administrauerit. Origenes tom. 32. in Ioannem.

Apostoli pro episcopis. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos. Caput in ecclesia apostolos posuit, qui legati Christi sunt, sicut dicit idem Apostolus: Pro quo legatione fungimur. Upsi sunt episcopi, firmante illud Petro apostolo, & dicente inter cetera de Iuda: Et episcopatum eius accipiat alter. Ambrosius in 12. prioris ad Corinth.

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, &c. Apostoli, episcopi sunt. Id. in 4. ad Ephesios.

Apostoli pro septuaginta discipulis. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos. Non dicit solos duodecim, sed etiam septuaginta, & eos qui postea eandem gratiam assequuti sunt. Nam & ipse postea uocatus eundem ordinem consecutus est, & B. Barnabas, et alij præterea innumerabiles. Iam uero Epaphroditum quoque uocat Apostolum Philippensium. Vestrum, inquit, Apostolum, & adiutorem necessitatis mee. Theodoretus in 12. prioris ad Corinth. Deinde apostolis omnibus. Erant enim & alij quidem apostoli, quemadmodum septuaginta illi. Chrysostomus homil. 38. in priorem ad Corinth.

Rursus apostolos non duodecim solos uocauit: eorum enim iam meminerat, sed omnes qui eum ordinem acceperant. Theodoretus in decimo quinto prioris ad Corinthios.

Apostoli pro duodecim discipulis. Dominus & Saluator noster non multo post initium prædicationis suæ, duodecim ex omnibus discipulis assumpsit, quos & ceteris sectatoribus suis præferens, speciali quodam electionis privilegio apostolos nominauit, cuius nominis uirtus missos indicat. Eusebius libro 1. cap. 12. Ecclesiasticæ historie.

Apostolorum genera. Apostolorum genera quatuor sunt. Vnum, quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem. Aliud, quod à Deo quidem est, sed per hominem. Tertium, quod ab homine, non à Deo. Quartum, quod neque à Deo, neque per hominem, neque ab homine, sed à semetipso. De primo genere potest esse Esaias, ceterique prophetae, & ipse apostolus Paulus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, sed à Deo patre & Christo missus est. De secundo, Iesus filius Naue: qui à Deo quidem est Apostolus constitutus, sed per hominem. Tertium genus est, cum hominum fauore & studio aliquis ordinatur. Ut nunc uidemus plurimos non Dei iudicio, sed redempto fauore uulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est pseudo prophetarum, & pseudo apostolorum. De quibus Apostolus istiusmodi, inquit, pseudo apostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in apostolos Christi, qui dicunt: hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Hieronymus in 1. ad Galatas.

#### A Q

Aqua elementum est humidum & frigidum, graue, & deorsum mobile, & diffundi facillimum. cuius meminit diuina Scriptura, dicens: Et tenebrae erant super abyssum, et spiritus Dei ferebatur super aquam. Damascus.

Damasceus libro secundo, cap. 9. de Orthodoxa fide.

¶ Aqua pro gratia spiritus sancti.

Sed aqua quam ego dabo, fiet ei fons aquae salientis in uitam eternam. Aquam, rursus gratiam spiritus appellauit: quoniam qui adeptus est, diuinae scientiae scaturientem fontem sic adeptus est, ut praeceptis hominum non intygeat: sed facile possit ad potum uerbi caelestis etiam ceteros hortari, quales erant olim Prophetæ atq; Apostoli, et modò qui ministerij illorum sunt successores, de quibus scribitur: Hauriatis aquas cum gaudio de fontibus saluatoris. Cyrillus libro 2. cap. 32. in Ioannem.

Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam eternam. Spiritus sancti gratiam, nunc ignem, nunc aquam Scriptura appellat, ut non substantiae, sed operationis has intelligentias esse demonstrat. Non enim spiritus ex differentibus constat substantijs, cum inuisibilis et unius generis sit. Et Ioannes quidem dicit: Ipse nos baptizabit in S. sancto et igni. Christus autem: flumina de uentre eius fluent aquae uiuae: hoc autem dixit de S. sancto, quem erunt accepturi: itidem et nunc spiritum appellat. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternum. Ita spiritum ignem appellat, ut excitementum et feruorem gratiae et peccatorum assumptionem significet: aquam autem, ut ablutionem et refrigerium, quibus ipsum accipientes animi fruuntur. Etenim tanquam hortum uirentem, et fructiferis et semper florantibus arboribus comantem: ita promptam animam disponit, ut nulla anxietate, nullis satanae insidijs distrabi sinat, sed omnia ardentia malitiae tela extinguat. Chrysostomus homil. 31. in Ioannem.

Aqua uiua. Et dedisset tibi aquam uiuam. Viua aqua dicitur uulgo, illa quae de fonte exit. Illa enim quae colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas, aqua uiua non dicitur. Et si de fonte manauerit, et in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud unde manabat, aduiferit, sed in erupto meatu, tanquam à fonte traiecit separata fuerit: non dicitur aqua uiua. Sed illa aqua uiua dicitur, quae manans excipitur. Augustinus tract. 15. in Ioannem.

Aqua uiua est, quae semper scaturit. Chrysostomus homil. 31. in Ioannem.

Aquam uiuam, uiuificantem spiritus gratiam appellat, per quam humana natura ab ariditate, infocunditateq; quae diaboli artibus infecta fuerat, depulsa ad pristinam pulchritudinem ac uiriditatem irrigata recurrit, magno uirtutum numero florens, et charitate erga Deum suauissimos fructus producens, quod per Esaiam ita futurum Deus praedixit: Glorificabunt me bestiae agri, dracones et strutiones, quia dedi in deserto aquas et flumina in terra inaquosa: ut darem potum populo meo, quem mihi formauit, ut laudes meas enarret. Iusti quoq; animam, quasi infructuosissimam arborem secus aquarum fluentia positam, quidam alius fore narrauit. Multa praeterea Scripturae testimonia, quibus uocabulo aquae S. sanctus intelligitur. Cyrillus libro secundo, capite octuagesimo secundo in Ioannem.

Flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Ut abundantiam et copiam gratiae significet: ut et alibi, fons aquae salientis in uitam eternam, hoc est, multam gratiam consequentur. Alibi uitam eternam, hic aquam uiuam dicit, hoc est semper operantem. Chrysostomus homil. 50. in Ioannem.

Aquae pro populis. Aquas populos significare in Apocalypsi Scriptura diuina declarat, dicens: Aquae quas uidisti, super quas sedet meretrix illa, populi, et turbae, et gentes Ethnicorum sunt et linguae. Cyprianus libro secundo epistolarum, epist. 3.

Significari nomine aquarum populum, aperte nobis indicat Apocalypsis Ioannis: ubi cum ei ostenderentur aquae multae, et interrogasset quid essent, responsum accepit, populos esse. Augustinus tractatu 17. in Ioannem.

Aquae calidae, siue Salinarum, alias Maserephot. Iosuae 11. 13.

Aquae contradictionis in solitudine Sin, quae est Cades, ubi contenderunt filij Israel contra Dominum. Num. 20. Deut. 32. Ezech. 37.

Aquila, iudaeus, in Pontu natus, textor aulaeorum, apud hunc Paulus Corinthi diuertit. Actorum 18. fit eiusdem mentio Romanorum 16. 1. Corinth. 16. 2. Tim. 4.

Aquila, dolens, siue parturiens. Hieronymus in interpretationibus nomin. de Actis apostolorum, epist. ad Roman. 1. ad Corinth. et 2. ad Tim.

Aquilae. Vbiunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae. Aquilae appellantur sancti, quibus innouata est iuuentus ut aquilae: et qui iuxta Esaiam plumescunt, et assumunt alas, ut ad Christi ueniant passionem. Hieronymus in 24. Matth.

A R

Ar, locus uel oppidum Arnonis, quod à Septuaginta interpretibus, per extensam uocalem uel dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Ar, suscitauit, uel uigilia. Philo in interpret. nom. Heb. de Numeris.

Arra. Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Arra est, quaedam parua pars totius. Theodoretus in 1. secunde ad Corinth.

Ara, filius Iether, stirpis Aser 1. Par. 7.

Arab, oppidum Iudae. Ios. 15.

Arab, insidiae. Philo in interpretationibus nomin. Hebraic. de Iesu Naue.

Araba, Aquila planam, Symmachus campestem interpretantur. Porro est et alia uilla Araba nomine, in finibus Diocæsareae, quae olim Saphorine dicebatur: et alia tribus millibus à Scithopoli contra occidentem. Eusebius de locis Hebraicis.

Araba, multa, uel insidiae, occidens, siue uespera. Philo in interpretationibus nominum Hebraic. de Deuteronomio, et Iesu Naue.

Araba, interpretatur insidiae. Origenes homil. 14. in Iesu Naue.

Arabarchen significat principem sacerdotum. Iosephus libro tertio, capite undecimo, antiquitatum Iudaicarum.

Arabatha, urbs Idumae. 1. Macc. 5.

d 2 Arabiae,

Arabiae regio, inter sinum maris rubri, qui Persicus, & eum qui Arabicus dicitur, habet gentes multas, Moabitas, Ammonitas, Idumaeos, Saracenos aliosque quamplurimos. Arabia autem sacra interpretari dicitur, eo quod sit regio thurifera, odores creans hinc eam Graeci *ἰσχυρὰ*, nostri beatam uocauerunt. Hieronymus de locis Aetorum apostolorum.

Arabia interpretatur humilis & occidua. Id. in 1. ad Galatas.

Arabia significat occasum. Id. in 4. ad Galatas.

Arabiam, humilem siue occidentalem. Id. in interpretatione nomin. de epist. ad Galatas.

Arabes, humiles siue campestres. Id. ibidem de Actis apostolorum.

Araboth, Moab, ubi secundo numeratus est populus: quod Aquila interpretatur, humilia siue aequalia Moab, hanc habens consuetudinem, ut eremum propter planitiem *ἰσχυρὰ*, id est, aequalem interpretatur & planam. Denique Symmachus pro Araboth Moab, campestris Moab translulit: & est usque hodie locus iuxta montem Phogor, euntibus à Libiade in Esbum Arabiae contra Hiericho, qui ita appellatur Araba. Hanc Aquila translulit planam, Symmachus interdum campestem, interdum inhabitabilem, Theodotion occidentalem. Eusebius de locis Hebraicis.

Araboth, humilem, planam, atque campestem. Philo in interp. nomin. Hebr. de Deuteronomio.

Araboth, humilia, plana, atque campestris. Id. ibid. de Iesu Naue.

Arach, pars urbis Babylon, quae fuit Tetrapolis. Genes. 10.

Arachæus, filius Chanaan, nepos Cham. Ibid.

Arachites, gentilitium nomen Chusai Davidis amici. 1. Par. 27.

Arachi, longitudo mea. Philo in interp. nomin. Hebr. de secundo Regum.

Arad, oppidum Arabiae Petrae. Huius oppidi regem uincunt Israelitae. Num. 21. 33. Iud. 1.

Arad, fons in tribu Manasse. Iud. 7.

Arad, descendens, siue descendi. Philo in interpret. nomin. Hebr. de Genesi & Numeris.

Arada, uigesima prima mansio Israelitarum. Num. 33.

Arada, obstupuit, admiratus est. Philo in interpret. nomin. Hebr. de Numeris.

Aradi, deponentes. Id. ibid. de Ezechiele.

Aradium, uindemiator meus sufficiens. Idem ibidem de Genesi.

Aradius, filius Chanaan, nepos Cham. Genes. decimo.

Aradius, Aradium insulam habuit: Araceus autem Arcen, quae in Libano posita est. Iosephus libro primo, capite 12. antiquitatum Iudaicarum.

Aradius, obstupescens, uel admirans. Philo in interpretatione nomin. Hebr. de secundo Regum.

Arad, suscitauit descendens, uel suscitauit descensionem. Idem ibidem de Numeris.

Arad, consurrectio descensionis, aut testimonium descendens. Idem ibidem de libris Iudicum.

Aram, filius Sem. Genes. decimo. primo Paralip-

pomenon primo. Aramēnos instituit, quos Graeci Syros appellant. Iosephus libro primo, capite decimo-quarto antiquitatum Iudaicarum.

Aram, Syria, sic dicta ab Aram filio Sem. Genes. decimo.

Aram, filius Efrom, pater Aminadab. Ruth. quarto. Matth. 1. Luc. 3.

Aram filius Somer, è tribu Aser. primo Paralipomenon septimo.

Aram, ciuitas in Galaad, quam possedit Iair filius Segub. Ibidem 2.

Aram, excelsus. Philo in interpretatione nominum Hebr. de Genesi.

Aram interpretatur uisio eorum, uel irritatio eorum, uel elatus, aut lux eorum. Autor operis imperfecti in Matth. homil. 1.

Arama, oppidum tribus Neptalim. Ios. 19.

Aramathai, desiciens eum. Philo in interpretatione nomin. Hebr. de libris Regum.

Arammia, concubina fuit Manasse, quae peperit ei Esrielem. 1. Par. 7.

Aran, urbs Mesopotamiae. Vide infra Charran.

Aran, filius Thare, frater Abraham. Genes. 11.

Aran, filius Disan, nepos Seir. Ibidem 36.

Aran, riscus, arca uel capsula. Philo in interpretatione nomin. H. br. de Genesi.

Aran, iracundus, uel decus. Id. ibid.

Areun, Iesusus fuit, à quo David meratus est arcam. 2. Sam. 24. Iosephus libro septimo, capite decimo tertio antiquitatum Iudaicarum. Hic aliis dicitur Ornan. 1. Paralipomenon 21.

Arran, ira, uel iracundus. Philo in interpretatione nomin. Hebr. de Esai.

Araph, medicamentum, quod si legere uoluerimus ara, interpretatur furibunda. Idem ibid. de Iesu Naue.

Arapha, nomen Gygantis primo Samuelis 21. inde Raphaim.

Ararat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat, arca post diluuium sedisse perhibetur: & dicuntur ibidem usque hodie eius permanere uestigia. Meminit horum montium & Hieremias in uisione contra Babylonem. Iosephus quoque in primo antiquitatum Iudaicarum libro, secularium literarum historias proficiens: Animaduertens, inquit, Noe terram diluuii liberatam, septem alios dies abire permisit: & uniuersa animalia bestiasque patentibus elaustris emittens, ipse cum sua pede egressus est: immolans Deo hostias, gaudensque cum liberis. Hunc locum Armenij exitum uel egressum uocant. Siquidem ibi cultores illarum regionum, arcam primum sedisse testantur, & lignorum quaedam superesse monumenta. Eusebius de locis Hebraicis.

Ararat, Armenia, siue mons uellicatus, uel conuulsus. Philo in interpretatione nominum. de Genesi & libris Regum.

Ararites, montanus. Idem ibidem de secundo Regum.

Aras, elatus. Idem ibidem.

Arath, artifex. Idem ibidem de libris Iudicum.

Arat, ciuitas qua habitauerunt filij Obab, Soceri Moysi

Moyfi in medio Israelis. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Arath, ciuitas Amorrhæorum uicina deserto Cades:  
 & usq; nunc ostenditur uilla ab oppido Malatis in  
 quarto lapide à Chebron uicesimo in tribu Iuda. Idem  
 ibidem.

Arath, terminus & ipse Iudæ, distans à Chebron  
 millibus uiginti ad meridiem, de quo supra positum  
 est. Idem ibidem.

Arba, fuit pater Enac, habitauit in Hebron, quæ  
 aliis Cariatarbe dicta est. Iosue 14.

Arbathi, locus est natalis Abialbon fortis Dauid.  
 secundo Samuelis uigesimotertio. prima Paralipome  
 non 11.

Arbee, nomen urbis, quæ & Hebron, & Mamre  
 dicta est. Genes. 23. 35.

Arbee, quarta, uel quatuor, Philo in interpret.  
 nomin. Hebr. de Genesi.

Arbela, terminus Iudæ, ortum solis aspiciens.  
 Est & usque hodie uicus Arbel trans Iordanem, in  
 finibus Pellæ ciuitatis Palistinæ: & alius hoc uoca-  
 bulo in campo pragrandi distans ab oppido legionis  
 millibus nouem. Eusebius de locis Hebraicis.

Arbi, locus ubi gentiles Arbites. secundo Samue-  
 lis 23.

Arbitrij potestas est, sensus animæ, habens uirtu-  
 tem, qua posuit ad quos uelut actus inclinari. Clemens  
 Romanus lib. 3. recognitionum.

Arboch, corruptè in nostris codicibus scribitur,  
 cum in Hebr. eo legatur Arbee, id est, quatuor, eo  
 quod ibi quatuor patriarchæ, Abraham, Isaac, & Ia-  
 cob sepulti sunt, & Adam magnus, ut in Iesu libro  
 scriptum est: licet eum quidam conditum in loco Cal-  
 uarie suspicentur. Hæc est autem eadem Chebron o-  
 lim metropolis Philistinorum, & habitaculum Gygan-  
 tum, regnumq; postea Dauid in tribu Iuda, ciuitas sa-  
 cerdotalis & fugitiuorum. Distat ad meridianam pla-  
 gam ab Aelia millibus circiter uiginti duobus. quæ  
 Abraham, quæ & Mambre, usq; ad Constantij regis  
 imperium monstrabatur: & Mausoleum eius in præ-  
 sentiarum cernitur. Hæc ergo primum Arbee, postea  
 à Chebron uno filiorum Chaleb fortita uocabulum  
 est. Lege uerba dierum. Eusebius de locis Hebraicis.

Arbor. Aut facite arborem bonam, & fructum  
 eius bonum: &c. in his propositum & uoluntas ho-  
 minis, arbor dici uidetur uel bona uel mala: fructus ue-  
 rò eius opera. Origenes lib. 6 ad Romanos.

Non potest arbor bona malos fructus facere, &c.  
 Arbor est, quippe ipsa anima, id est, ipse homo: fru-  
 ctus uerò opera hominis. Augustinus libro secundo  
 super sermonem Domini in monte.

Arbor scientiæ boni & mali. Ideo arbor il-  
 la appellata est scientiæ discendi boni & mali, non  
 quia inde talia quasi poma pendebant, sed quicquid  
 esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet fructus es-  
 set, ideo sic uocata est, quia homo qui nollet bonum à  
 malo discernere per præceptum, discreturus erat per  
 experimentum, ut tangendo uetitum inueniret sup-  
 plicium. Idem sermone trigesimoquarto de uerbis  
 Domini.

Artem. refert Iosephus hanc esse Petram urbem

nobilem Palestinæ. Eusebius de locis Hebraicis.

Arch, mora. Philo in interpretation. nominum  
 Hebr. de primo Regum.

Archat, pars urbis Babylon. Genes. 10.

Archat, insidiæ Philo in interpretation. nominum  
 Hebr. de Genesi.

Archelaus, filius Herodis Magni, successit patri.  
 Matthæi secundo. & præfuit Iudæe annos nouem,  
 postea propter crudelitatem ab Augusto in Galliam  
 relegatus est.

Archelaus, agnoscens leo. Hieronymus in interp-  
 nomin. de Matthæo.

Archifarath, oppidum uicinum Bethoron, in  
 finibus tribuum Benjamin, & Ephraim. Iosue deci-  
 mosexto.

Archippus, discipulus S. Pauli, docuit Euan-  
 gelium Colossis, ut ex epistola Pauli Colos. 4. & ad  
 Philemonem apparet.

Archippus, longitudo operis, siue insidiæ oris, uel  
 insidiæ dilatati. Hieronymus interp. nomin. de epistola  
 ad Colossenses, & 2. ad Timotheum.

Archippo, longitudini operis. Idem ibidem de e-  
 pist. ad Philemonem.

Archisynagogus, hoc est, synagoge princeps.  
 Origenes in 15. Matth.

Arcturus, stella fixa, primæ magnitudinis, intra  
 pedes Bootæ sita, cuius latitudo Septentrionalis est.  
 grad. 31. min. 30. longitudo sig. 6. grad. 18. min. 8.  
 fit huius stellæ mentio. Am. 5. Iob. 9. 37. 38.

Area, redux è captiuitate Babylonica in Iudæam.  
 Esr. 2. Neh. 6. 7.

Area orne, hæc est Hierusalem. Eusebius de locis  
 Hebraicis.

Areaatad, locus trans Iordanem, in quo planxe-  
 runt quondam Iacob, tertio ab Hiericho lapide. duo-  
 bus millibus ab Iordane, qui nunc uocatur Bet'agla,  
 quod interpretatur locus Gyri, eo quod ibi more plā-  
 gentium circumierint in funere Iacob. Idem ibidem.

Arebba, in tribu Iuda. Ios. 15. Id. ibid.

Arebla, insidiatrix. Philo in interp. nomin. Hebr.  
 de Numeris.

Arechon, oppidum in tribu Dan. Ios. 19.

Ared, filius Benjamin in Aegyptum descendit cum  
 Israele. Genes. 46.

Areæ, filius Olla, è tribu Aser. primo Paralipome-  
 non septimo.

Areli, filius Gad, qui cum Israele in Aegyptum  
 profectus est. Genes. 46. Ab hoc descendit Arelita-  
 rum familia. Num. 26.

Areopagus, Athenarum curia, quæ interpreta-  
 tur uilla Martis, quod ipse ibi quondam cum ascensu  
 duodecim diebus dicatus sit. Hieronymus de locis Acto-  
 rum apostolorum.

Areopagus, primitiua solennitas: sed hoc uiolen-  
 tum est, cum Atheniensis curiæ nomen sit, quæ à Mar-  
 te nomen accepit. Idem in interpretation. nominum  
 de Actis apostolorum.

Ares, ascensus, pro quo Aquila interpretatur sal-  
 tuum, Symmachus montium. Eusebius de locis He-  
 braicis.

**Ares**, sol. Philo in interp. nomin. Hebr. de libro Iudicum, & libris Regum.

**Areta rex**, socer fuit Herodis, cuius prefectus in Damasco Paulum comprehendere nitentur. secundo Cor. 12.

**Arete**, stupor, siue descensio. Hieronymus in interpretation. nomin. de secunda ad Corinth.

**Areth**, fons apud quem Gedeon castrametatus est. Eusebius de locis Hebraicis.

**Arethas**, rex Arabum. 2. Macch. 5.

**Areuna**, existimatur fuisse rex Iebuseorum, qui conuersus ad agnitionem Dei sponte de regno Davidi uictori cesserit. fit eius mentio 2. Sam. 24. in huius area Templum à Salomone edificatum est. 2. Par. 7.

**Arfath**, sanans. Philo in interpretation. nomin. Hebr. de Hieremia.

**Argenteus excusus** est ab initio numisma, hoc autem ex assarijs excusum est. Aiunt Abraham in Chananaam formam eius intulisse. Epiphanius de mensuris & ponderibus.

**Argob**, socius Phacee, interficientis dominum suum regem Israel. 2. Reg. 15.

**Argob**, regio Og, regis Basan super Iordanem, quae cecidit in sortem dimidia tribus Manasse. Ios. 13. & est usq; hodie uicus circa Gerasam urbem Arabiae, quindecim ab ea distans millibus contra occidentem, qui Arga appellatur, quod interpretatur Symmachus, mensuram. Eusebius de locis Hebraicis.

**Argob**, maledicta seblimitas, uel maledicens excelsum. Philo in interpretation. nomin. Hebr. de Deuteronomio, & libris Regum.

**Arguere**, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum &c. Nihil aliud est arguere, quam in memoriam eius peccata reducere, & ad eum quae passus sis exponere. Chrysostomus homil. 61. in Matth.

**Aridai**, filius Aman, Iudeorum hostis, ab Iudeis peremptus. Est. 9.

**Ariel**, redux è captiuitate Babylonica in terram Iuda. Est. 8.

**Ariel**, huius Esaias meminit, quam Aquila & Symmachus interpretati sunt leonem Dei. Hanc esse putant quidam Areopolim, eo quod ibi nunc usq; Ariel idolum colant, uocatum *Αρειος*, id est, à Marte, unde & ciuitatem dictam suspicantur. Mibi autem uidetur iuxta consequentiam textumq; prophetiae, Ariel ibi allegorice Hierusalem siue templum significare, hoc est, leonem Dei, quod forte regnum fuerit & potens. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ariel**, leo Dei. Philo in interpretation. nomin. Hebraic. de secundo Regum, libris Regum, & Ezech.

**Arieli**, leo Dei mei, uel leo Deus meus. Id. ibidem de Genesi & Exodo.

**Arim**, in tribu Benjamin. Est & uilla iuxta Diospolim quae usq; hodie appellatur Betariph. Eusebius de locis Hebraicis.

**Arima**, ubi Scriptura refert sedisse Abimelech. Idem ibidem.

**Arimathæa**, urbs in monte Ephraim, prope Lyddam & Ioppen sita, quae fuit patria Samuelis prophetae, & Iosephi, qui corpus Christi mortui à Pilato

petiuit, & sepulturae mandauit. Luc. 23.

**Arimathia**, altitudo eius, uel exaltatus est ipse. Hieronymus in interp. nomin. de Marco.

**Arioch**, rex Ponti. Genesi. 14.

**Arioch**, princeps militum, regis Babylonici, cuius iussu omnes sapientes in Chaldaea interfestus erat. Daniel. 3.

**Arioch**, ebrius, uel ebrietas. Philo in interpretation. nomin. de Genesi.

**Ariph**, socius coniurationis aduersus Phaccia regem Israel. 2. Reg. 15.

**Arisai**, filius Aman, Iudeorum hostis, ab Iudeis interfestus. Est. 9.

**Aristarchus**, Thessalonicensis, comes itinerum, & socius carceris Pauli. Act. 19. in tumultu Ephesino capitur. Ibid. 20. rursus ex Grecia cum Paulo proficiscitur Hierosolymam. Ibid. 27. una imponitur naui, qua Paulus captiuus Romam uehebatur. fit praeterea eius mentio Colof. 4. & ad Philemonem.

**Aristarchus**, suscitans coronam, uel mons facturae superfluae. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum, epist. ad Colof. & 2. ad Timoth.

**Aristobulus**, Romae habitauit, & familiares suos & Paulo amicos habuit: ijs salutem optat Paulus Rom. 16.

**Aristobulus**, suscitans dolore germen. Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Romanos.

**Arith**, ubi sedit Dauid. est uilla Arath nomine ad occidentem Aeliae. Eusebius de locis Hebraicis.

**Arma**, ad quem locum spoliatorum partem misit Dauid. Id. ibid.

**Arma** enim militiae nostrae non carnalia, sed fortia Deo. Habemus arma, dona spiritus, per quae uictores euadimus, & eos qui resistunt Domino subijcimus. Theodoretus in 10. secunda ad Corinth.

**Arma Dei**. Induimini uos armis Dei, &c. Arma Dei fides est stabilis, per quam solam semper uictus est satanas. Ambrosius in 6. ad Ephes.

**Arma carnalia**. Nam arma nostra non sunt carnalia. Et qualia arma carnalia: diuitiae, gloria, potentia, facundia, autoritas, famulitia, adulationes, simulationes, & alia id genus. Chrysostomus homil. 21. in secundam ad Corinth.

**Arma spiritualia**. Arma spiritualia fides est incorruptae praedicationis. Per haec Deus uincit principes & potestates, quos constat ut sibi usurpent imperium, extolli contra fidem Christi, cogitationibus se hominum inferentes, ut auocent eos à Dei dominio, quas cogitationes destruit ueritas fidei. Ambrosius in 10. secunda ad Corinth.

**Arma fortia**. Arma enim militiae nostrae non carnalia, sed fortia Deo. Ideo fortia, quia incorrupta. Omnia enim carnalia corrupta sunt. Arma ergo ideo, quia repugnant uitij, signum habentia Imperatoris sui Christi, qui hostis est uitiorum. Sicut enim Imperator per milites uindicat suum regnum: ita & Saluator per nos seruos suos defendit unius Dei professionem & disciplinam. Idem ibidem.

**Arma iniquitatis** & iustitiae. Neque exhibitis membra uestra arma iniquitatis peccato, &c. In pra-

In presenti loco membra quæ peccato deseruiunt & iniquitati, arma iniquitatis appellantur: & rursus si peccati concupiscentiam mortificemus in corpore nostro mortali, & in opere iustitiæ laboremus, atque omnibus membris nostris iustitiæ ministremus, effici-mur tanquam ex mortuis uiuentes, peccato scilicet mortui, & iustitiæ uiuentes: & consequenter etiam membra sunt arma iustitiæ Deo. Origenes libro sexto ad Romanos.

Arma lucis. Abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis. Arma lucis sunt assumptio uirtutem. Id. ibid. lib. 9.

Arma lucis induere. Induere arma lucis, gesta sunt bona: quia sicut mali actus tenebris deputantur, quia occulte fiunt: ita & qui bene agunt, palam agunt, quia non uerentur. sed gaudent. Boni ergo actus arma lucis sunt impugnantes tenebras, quæ sunt uitia carnis. Ambrosius in 13. ad Romanos.

Armageddon, loci nomen est, cuius meminit Ioannes, Apocal. 16.

Armageddon, resurrectio testis, siue resurrectio in priora: sed melius mons è latrunculis uel mons glabosus. Hieronymus in interp. nomin. de Apocalypsi.

Armarkabob, in tribu Symeon. Eusebius de locis Hebraicis.

Armatha Sophim, ciuitas Elchane, & Samuelis in regione Tannitica iuxta Diospolim, unde fuit Ioseph, qui in Euangelij ab Arimathia esse scribitur. Idem ibidem.

Armathaim, altitudo eorum. Philo in interpretatione. nomin. Hebr. de primo Regum.

Armenia, in Esaia que est Ararat. Eusebius de locis Hebraicis.

Armon. Vide Aermon.

Armon, anathema mæroris, uel imago tristitiæ. Philo in interp. nomin. Hebr. de libris Iudicum.

Armoni, filius Saul, ex concubina Respha, secundo Samuel. 21.

Armoni, illuminans me, uel anathema, siue cellarium meum, aut domus mea. Philo in interp. nomin. Hebr. de secundo Regum.

Arnan, filius Raphaia. 1. Par. 3.

Arnon, rupes quedam in sublimi porrecta, in finibus Amorreorum inter Moab & Amorraeos. Moab uero Arabie ciuitas est, que nunc Areopolis nominatur. ostendunt regionis illius accolæ locum uallis in prærupta demerse satis horribilem & periculosum, qui à plerisque usque nunc Arnonas appellatur, extenditurque ad septentrionem Areopoleos, in quo & militum ex omni parte præsidia distributa, plenum sanguinis & formidinis testantur ingressum. Hic quondam Moabitarum fuit, & postea Seon rex Amorreorum iure belli eum obtinuit sed & terra filiorum Israel, trans Iordanem incipiens ab Arnone, usque ad montes Herinon & Libanum extenditur. Eusebius de locis Hebraicis.

Arnon, aceruus tristitiæ, siue laus, uel lumen eorum aut maledictio eorum, uel arca mæroris. Philo in interpretationibus. nomin. Hebraicorum de Numeris, Iesu Naue, & libris Regum.

Arnon interpretatur maledictiones eorum. Origenes homil. 13 in Numeros.

Arnonim, iuxta Esaïam uia, nomen est in uisione contra Moab, pro quo Aquila Oronaim posuit, & Symmachus Oranim. Eusebius de locis Hebraicis.

Aroer, oppidum Moabitarum, quod situm est super ripam torrentis Arnon, possessum olim à gento ueterima Omijim, & postea retentum à filiis Lot, id est, Moabitibus, cum priores accolæ subuertissent. Et ostenditur usque hodie in uertice montis illius: sed & torrens per abrupta descendens, in mare mortuum fluit. Cecidit autem Aroer in sortem tribus Gad contra faciem Rabba. Id. ibid.

Aroer, subleuans, uel uacuefactio, uigilis, aut myrica. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Aroer, suffusio uigilia, siue exurgens uigilia, sed melius myrica. Id. ibid. de Iesu Naue.

Aroer, suffossa, sed melius myrica. Idem ibidem de Hieremia.

Arodi, filius Gad patriarchæ. Genes. 46.

Arodi, maledictio sufficiens, siue maledictus. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Arohedim, uindictator sufficiens. Idem ibidem de Genesi.

Aromata, species sunt pigmentorum. Origenes homil. 1. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Arphath, urbs Damasci, quam expugnauit rex Assyriorum, sicut in Esaïa & Hieremia & libris regnorum scribitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Arphaxad, filius Sem. Genesi decimo & undecimo.

Arphaxad, arphaxad eos nominauit, qui nunc Chaldæi uocantur, cum princeps eorum esset. Iosephus libro primo, capite decimoquarto antiquitatum Iudaicarum.

Arphaxad, rex Medorum, qui condidit Egbathana. Iudith 1.

Arfaxath, sanans depopulationem. Philo in interpretatione nominum de Genesi. Hieronymus ibidem de Luca.

Arrabo & pignus. Qui est pignus hereditatis nostre &c. Non id ipsum arrabo quod pignus sonat. Arrabo enim futuri emptioni quasi quoddam testimonium & obligamentum datur. Pignus uero hoc est, *ἄρραβον*, pro mutua pecunia opponitur, ut cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus à creditore reddatur. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Arad, suscitauit descendens, uel suscitauit descensionem. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Arfa, perfectus prætorio, apud Ela regem Israel. 1. Reg. 16.

Asaces, Parthus natione, dissidentibus inter se Syria regibus, Persiam, Mediam, & cetera orientis regna occupauit. fit huius mentio 1. Macch. 14.

Asamel, silentium circumcisionis. Philo in interpretatione. nomin. de Ezechiele.

Artaba. Artaba hæc mensura apud Aegyptios nomen requirit, est autem sextariorum septuaginta duorum, & hæc mensura ex multa diligentia collecta est.

Epipha-



Epiphanius de ponderibus & mensuris.

Artaxerxes, generale nomen est, ut Metasthenes Persa, & Nicolaus Lyra uolunt; regum Persarum, quemadmodum caesar Romanorum Imperatorum. de hoc Esr. cap. 4.

Artaxerlis, lumen silentio tentans. Philo in interpret. nominum de Daniele.

Artemas, unus ex tabellarijs sancti Pauli apostoli. Titum tertio.

Arthemian, anathematizantem, siue conturbantem. Hieronymus in interp. nomin. de Tito.

Arthemis, id est, Diana, suscitans agrotationes: uolentem est. id. ibid. de Actis apostolorum.

Aruboch, ciuitas est, cuius sit mentio primo Regium quarto.

Aruchem, circumrodentem me. Philo in interpretation. nomin. de Genesi.

Aruir, ubi dimicauit Iepte: estq; hodie uilla in monte sita, uicesimo ab Aelia lapide ad septentrionem. Eusebius de locis Hebraicis.

Arunas, illuminati. Philo in interpretationib. nominum de secundo Regum.

Arus, incisa, uel aurigus. Id. ibid. de libris Regum.

## A S

Asa. Rex Iuda. 1. Reg. 15. 2. Par. 14. Matth. 1.

Asa, Leuitica stirpis homo; filius Eleane. primum Paralipomenon nono.

Asa, tollens siue sustollens; uel factura. Philo in interp. nomin. de tertio Regum & Hieremia. Hieronymus ibidem de Matthæo.

Asa interpretatur unguentum. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

Asaar, mare, diluculum. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Alae, factura, id est, pro uia. Idem ibidem de secundo Regum.

Alael, natus ex sorore Dauidis Saruia, frater Iobab, interficitur in bello cum Iosobeth filio Saulis, secundo Samuelis secundo.

Asael, Leuita sub Ezechia. 2. paralip. 37.

Asiel, factura Dei. Philo in interp. nomin. de secundo Regum & Zacharia. Et obturabitur uallis montium meorum, & conglutinabitur conuallis montium usque ad Asael. Significat apud Hebræos ea uox, opus Dei. Eusebius lib. 6. cap. 18. de Demonstratione euangelica.

Asahel, Leuites, à Iosaphat cum alijs emissus ad docendum populum legem Dei. secundo Paralipomenon decimosextimo.

Asaia, seruus Iosiae regis Iuda. Ibid. 34.

Asaia, clarus uir, tribus Simeonis. primo paralipomenon quarto.

Asaia, è leuitica stirpe filius Haggia. Ibidem sexto & decimoquinto.

Asaia, facienti Domino. Philo in interp. nominum de libris Regum.

Asan, in tribu Iuda. Ios. 15. 19. 1. Sam. 30. Est usque hodie uicus nomine Bethasan, ad Aeliam pertinens in decimoquinto ab ea milliario. Eusebius de locis Hebraicis.

Asan, fumus, uel fumans. Philo in interp. nom. de Iesu Naue. & primo Regum.

Asaph, celeberrimus Musicus, & gubernator cantorum in ecclesia populi Iudaici, tempore Dauidis, siue filius Barachia, & decimusquartus à Leui ex familia Gersonitarum. 1. Par. 5. 26. 25.

Asaph, sicut saltuarius, siue custos saltus in terra Chanaan, ad quem Nehemia literas ab Arthabasaba rege Persarum accepit, transiigrando è captiuitate Babilonica. Neh. 2.

Asaph, colligens, uel congregans. Philo in interp. nom. de libris Regum & Esaias.

Asar, in tribu Symeon. Eusebius de locis Hebraicis.

Asaraddon, filius & successor Sennaberib regis Assyriorum. Esa. 37. 2. Reg. 19. regnauit decem annis.

Asaradon, uincens, uel exacutus. Philo in interp. nom. de libris Regum.

Asarcha. Asarcha Hebræi uocant, quod significat pentecosten, id est, quinquagesimum. Iosephus libro 3. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum.

Asarela, filius Asaph, cantoris Dauid è stirpe Leui. 1. Par. 25.

Asarenam, terminus Iudæ ad septentrionem. Eusebius de locis Hebraicis.

Asarmoth, atrium mortis. Philo in interp. nom. de Genesi.

Asarsaul, in tribu Iudæ. Eusebius de locis Hebræis.

Asarsualim, atrium uulpium. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Asbel, filius Benjamin, qui eum Israele Aegyptum concessit. Genes. 45. Inde Asbelite. Num. 27.

Alcalon, urbs nobilis Palestine, que & ipsa antiquitus una fuit de quinque satrapijs Philistinorum, se parata quidem tribui Iudæ perfortem, tamen non uentura ab ea: quia habitatores eius superare non potuit. Eusebius de locis Hebraicis.

Ascalon, appensa, uel ignis infamis, Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Ascalon, ignis insanus, aut ignis ignobilis. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum. (Hier. 15.)

Alcanez, filius Gomer, nepos Iaphet. Genes. 10.

Aschenaz, Aschenez eos instituit: qui nunc Regini uocantur à Græcis. Iosephus libro 1. cap. 11. antiquitatum Iudaicarum.

Ascenez, ignis sic aspersus. Philo in interp. nom. de Genesi & Hieremia.

Aldod, in sorte tribus Iudæ, que nunc uocatur Azotus, in qua derelicti sunt Gygates, qui appellabatur Enakim: & est usque hodie in signe oppidum Palestine. Eusebius de locis Hebraicis.

Asdod, dissolutio, uel effusio, siue incendium. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Asedech, Esaias propheta futuram in Aegypto uaticinatur. Sciendum autem quod in Hebræo pro hoc nomine scriptum sit, heres, quod à siccitate quidam interpretantur in solem. & alij in testam transferant, uolentes uel Heliopolim significari uel Ostracinen. Eusebius de locis Hebraicis.

Asedemoc, arua, uel suburbana. Philo in interp. nominum de Hieremia.

Asedoch,

**Afedoch**, urbs Amorrhæorum, quæ cecidit in sortem tribus Ruben, appellatur autē addito cognomento Afedoch, Phasga quod in lingua nostra resonat, ab eiffum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Afedoch**, alia ciuitas, non quæ supra, licet eodem nomine uocetur, quam expugnauit quondam Iesus, rege eius interfecto. d. ibid.

**Asem**, oppidum in tribu Symeon. Ios. 19.

**Asemona**, castra filiorum Israel in deserto. Eusebius de locis Hebraicis.

**Asemona**, ciuitas in deserto, ad meridiem Iudæ, diuisens Aegyptum & sortem, tribus Iudæ ad mare usque tendentem. d. ibid.

**Asemona**, os eius, ab osse, non ab ore. Philo in interp. nom. de Numeris.

**Afenna**, in tribu Iuda. Ios. 15. Euf. de locis Hebr.

**Afenna**, in tribu Simeon. d. ibid.

**Afenna**, os, uel ossa significare dicitur. Origenes homil. 27. in Numeros.

**Alemneum**, leuantem me. Philo in interp. nom. de Genes.

**Afenec**, ruma. d. ibid.

**Afeph**, atrium, siue uestibulum. d. ibid. de Iesu Naue.

**Afer**, filius Iacob, Genes. 35.

**Afer**, ciuitas tribus Manasse: nunc demonstratur uilla descendentibus à Neapoli Scythopolim, in decimo quinto lapide iuxta uiam publicam. Euf. de locis Heb.

**Afer**, beatificum potest dici, qui Licet gloriam cumulat. Iosephus lib. 1. cap. 27. antiquitatum Iudæarum.

**Afer**, beatitudo, siue beatus. Philo in interp. nom. de Genes. Exod. Ezechiele. & Apocalypsi.

**Afer**, sagitta luminis. d. ibid. de Iesu Naue.

**Aferai**, atrium meum. d. ibid. de secundo Regum.

**Afereel**, beatus Deus. d. ibid. de Numeris.

**Afergadda**, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

**Afergadda**, atrium accinctionis eius. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.

**Aferim**. Deut. 2.

**Afernai**, terminus Iudæ. Eusebius de locis Hebraicis.

**Aferoth**, pars eremi, ubi Maria & Aaron contra Moysen locuti sunt. Habitauerunt autem quondam Euei in Aferoth usque ad urbem Gazam. d. ibid.

**Aferoth**, quartadecima mansio Israelitarum in deserto. Num. 11. 33. Deut. 1.

**Aferoth**, atrium angustiae, siue beatitudinis. Philo in interp. nom. de Numeris.

**Aferoth**, atria, siue uestibula, si tamen per heth, & xade litteram scribatur. Si uero per aleph et sin, beatitudines sonat. d. ibid. de Deuteronomio.

**Aferoth** interpretatur domus perfecta, seu atria perfecta, uel beatitudo. Origenes homilia septima & 27. in Numeros.

**Asiæ regio**, quæ cognominatur minor, abque orientali parte, qua ad Cappadociam, Syriamque progreditur, undiq; circumdata est mari: cuius prouincie sunt Phrygia, Pamphilia, Cilicia, Lycaonia, Galatia, & aliæ multæ: sed specialiter ubi Ephesus ciuitas est, Asia uocatur. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Asia**, eleuata, siue gradiens, auferens, siue pergens, eleuatio uel elatio. Id. in interpret. nomin. de epistolis ad Romanos. 2, ad Corinth. 2. ad Timoth. & Apocalypsi.

**Asiani**, qui Stephano resistebant, uidentur fuisse profeliti Act. 6.

**Asiel**, clarus uir. 1. Par. 4. Asima, idolum Emathiorum. 2. Reg. 17.

**Asina**, arguit Balaam argurem suæ iniquitatis, quia dilexit mercedem iniquitatis. Num. 22. 2. Petr. 2.

**Asiongaber**, in hoc loco classis Iosaphat uel tempestatis attrita est. Fertur autem ipsa esse Esia haud procul ab Ailath in mari rubro. Eusebius de locis Hebraicis.

**Asiongaber**, urbs, sita in sinibus Idumææ ad litus maris Rubri, unde ex Palæstina in Indiam nauigatur. Inde soluens classis Salomonis aurum ex Ophir attulit. 1. Reg. 9. 2. Par. 8.

**Asir**, filius Core, e Leuitica stirpe. 1. Par. 6. Exod. sexto.

**Asir**, filius Abiasaph, eiusdem tribus. 1. Par. 6.

**Asir**, uinctus. Philo in interpret. nom. de Exod.

**Asir** interpretatur eruditio. Origenes in 18. Math. & lib. 10. ad Romanos.

**Asiroth**, ciuitas Sifare principis Iabis. Est autem Iabis trans Iordanem nunc uilla pergrandis à ciuitate Pella, sex millibus distans, pergentibus Gerasam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Asmo**, nouissimum eius. Philo in interpret. nom. de Numeris.

**Asmodæus**, nequam fuit demonium, quod occiderat septem uiros Saræ filie Raguelis. Tob. 3.

**Asmona**, festinus, siue festinans, aut munera. Philo in interpret. nom. de Numeris.

**Asmona**, celeriter numerata. d. ibid. de Iesu Naue.

**Asina**, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

**Asom**, os, ab osse, non ab ore. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

**Asom**, festinantes. d. ibid. de Genes.

**Asor**, ciuitas regni Iabin, quam solam incendit Iesus, quia metropolis erat omnium regnorum Philisthim. Ios. 11. Est & alia uilla usque hodie Asor, in sinibus Aicalonis contra orientem eius, quæ cecidit in sortem tribus Iuda, cuius & Scriptura meminit, appellans eam ad distinctionem ueteris Asor nouam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Asor**, in tribu Nephthalim, quam rex Assyriorum populasse scribitur. d. ibid.

**Asor**, in Arabia. Hierem. 49.

**Asor**, sagitta luminis. Philo in interpret. nom. de primo Regum.

**Asor** interpretatur a ula. Origenes homil. 14. in Iesum Naue.

**Asornoba**, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

**Aspectus**. Videre. Aspectus est, ipsa uis animi qua uidemus, quæ in oculo suum munus exequitur. Videre autem, est uti ipsa uidendi uis, agere & aspicere. Damascenus lib. de duabus Christi uoluntatibus.

**Aspicere**. Attendere. Attendite à falsis Prophetis &c. Non dixit, Aspicite, sed Attendite. Aspicere est,

e simpliciter

simpliciter uidere attendere est, cautè considerare. Vbi enim certa res est & indubitabilis, aspicitur: ubi autem incerta & dubitabilis, attenditur. Autor operis imperfecti homin. 19. in Math.

Afrael, filius Ialleleel, è tribu Iuda. 1. Par. 4.

Afreeel, beatus Deus. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Afrihel, filius Galaad. Num. 26.

Affaramel, locus Iudæe, in quo Simo frater Macabæi eligitur princeps & Sacerdos summus populi Iudæorum. 1. Macc. 14.

Affarmoth, filius Iectan, nepos Heber. Gen. 10.

Affaron, oppidulum prope Ioppen & Lyddam, alibi Saron dicitur. Esa. 35.

Affedim, in tribu Nephtalim. Ios. 19. Eusebius de locis Hebraicis.

Affamoth, urbs tribus Iuda. Ios. 15.

Affleneth, uxor Ioseph, mater Ephraim & Manasse. Gen. 41.

Afferdan, uinculum cutis, siue iudicij, uel exacutus. Philo in interpret. nomin. de Esaia.

Afferemoth, in Hieremia, pro quo in Hebræo scriptum est, Sademoth, quod Aquila interpretatur suburbana. Eusebius de locis Hebraicis.

Afsidæi, id est, pij, probi. 1. Macc. 7. 2. Macc. 14. Illis qui dicti fuerunt Afsidæi Iudæorum, præfuit Iudas Maccabæus.

Afsima, oppidum in terra Iudæ, quod edificauerunt hi, qui ad eam uenerant de Emat. Eusebius de locis Hebraicis.

Affos, ciuitas Asiæ maritima, eadem Apollonia dicta. Hieronymus de locis Aetorum apostolorum.

Affos, oppidulum Cretæ. Act. 27.

Affumptus à Deo. Deus autem illum absumpsit. Affumptus à Deo est, qui ad gratiam uocatus est. Ambrosius in 14. ad Romanos.

Affur, filius Sem, edificauit Niniuem. Gen. 10.

Affur, Ninium instituit ciuitatem, & subiectos sibi Assyrios nominauit, qui fuerunt ualde felices. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiquitatum Iudaicarum.

Affur, dirigens, uel beatus, aut gradiens, siue arguens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Affure, ciuitas Iudæ, quam edificauit Salomon. Eusebius de locis Hebraicis.

Affurim, filius Dedan, filij Abrahæ. Gen. 25.

Affurim, ignis illuminationum. Philo in interpret. nomin. de Ezechiele.

Affuerus, in historia Hester, existimatur esse Darius Histaspis, rex Persarum. Apparet autem fuisse cognomen regum, ut apud nos Augustus, Cæsar.

Affuerus, atrium eius, uel beatitudo. Philo in interpret. nomin. de Daniele.

Affur, beatitudo, siue gressus. Id. ibid. de Numeris.

Affuri, atrium meum. Id. ibid. de secundo Regum.

Affurim, nemus. Id. ibid. de Genesi.

Affaol, in tribu Iuda: & usq; hodie uillula uocabulo Asto, inter Azotum & Asealonem permanet. Eusebius de locis Hebraicis.

Affaroth carnaim, terra gigantum quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlaomor.

Sunt hodieq; duo castella in Batanea hoc uocabulo, nouem inter se millibus separata inter Adaram & Abilam ciuitatem. Id. ibid.

Affaroth, antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt Gygantes, quæ postea cecidit in sortem tribus Manasse, regionis Batanæ, & sex millibus ab Adar urbe Arabiæ separata est. Porro Adar ab Osira uiginti quinq; millibus distat. Id. ibid.

Affaroth, ouilia, uel faciunt exploratores. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Affaroth, caule, præsepia, ouilia, uel atria. Id. ibid. de Deuteronomio.

Affaroth, factura, id est, uicinis exploratorum. Id. ibid. de Iesu Naue, & lib. Iudicum.

Affaroth carnaim, terra Gygantum quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodieq; duo castella in Batanea hoc uocabulo, nouem inter se millibus separata inter Adaram, et Abilam ciuitatem. Eusebius de locis Hebraicis.

Affarten, facturam superfluam, id est, uicinis exploratorum. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Affatem, in tribu Iuda, uicinus & ipse Iudæorum est in Daroma ad Aquilonem loci Anem. Eusebius de locis Hebraicis.

Afftiages, uoluntas, uel consilium festiuitatis. Philo in interpret. nomin. de Daniele.

Affthoreth, idolum Sidoniorum. 1. Reg. 11.

Affutus. Vir autem affutus uix sensim subridebit. Ecclesiast. 21. Affutum nunc dicit prudentem, qui contrario modo quam stultus affectus est. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pedagog. cap. 5.

Affyncritus, discipulus quidam fidelis Romæ, quem salutat Apostolus. Rom. 16.

Affyncritum, dirigens thuribulum. Hieronymus in interpr. nomin. de epist. ad Romanos.

Affyria, Asiæ regio, ab Assur filio Sem sic nominata. Metropolis eius fuit Ninus seu Niniue. Ac prima Monarchia in mundo fuit Assyriorum, ab Abraham usque ad Cyrum. Durauit annos 1234.

Affyrij interpretantur dirigentes. Origenes homil. 19. in Numeros.

Affyrij ex interpretatione nominis gubernantes intelliguntur. Eusebius lib. 7. cap. 1. de demonstratione Euangelica.

Affyriorum, dirigentium. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Affach, ad hunc locum uisit prædæ partem David. 1. Sam. 30. Eusebius de locis Hebraicis.

Affalia, filia Amri Israelitarum regis, uxor Iorans regis Iudæ. Hæc post Ochozie regis Iudæ obitum, omni regij generis Davidis semine sublato, sex annis regnum administrauit, domum Dei destruxit, sanctificata Baal dedicans, tandem iussu Ioiadæ sacerdotis interfecta. 2. Reg. 8. 11.

Affalia, tempus Domini, uel tempus eius, siue temporalis Domini. Philo in interpr. nomin. de libris Reg.

Affalim, ciuitas in terra Zabulon, de qua fuit & ille Aialon, qui iudicauit populum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Athanoth, civitas sortis Beniamin, sacerdotibus separata in tertia ab Aelia milliario, de qua et Hieremias propheta fuit. Id. ibid.

Athaniel, tempus meum Dei. Philo in interpret. nom. de libro Iudicum.

Atharoth, civitas olim Amorrhoeorum trans Iordanem, quae postea cecidit in sortem tribus Gad: uocatus est autem Atharoth, et filius Salma siue Salmo, ut in Paralipomenon scriptum est. Eusebius de locis Hebraicis.

Atharoth, iuxta Rammam in tribu Ioseph. Idem ibidem.

Atharoth, civitas in tribu Ephraim, nunc vicus ad aquilonem Sebaste, in quarto eius milliario Atharus dicitur. Id. ibid.

Atharoth, civitas tribus Beniamin. Sunt autem duae Atharoth haud procul ab Aelia. Id. ibid.

Atharoth Sophan, civitas tribus Gad. Id. ibid.

Atharoth, corona seu corona. Philo in interpret. nom. de Numeris, et Iesu Naue.

Attalia, civitas Pamphiliae maritima. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Attalia, tempus eius, melius declinatio Domini. Id. in interpret. nom. eiusdem libri.

Attalus, rex Pergami, et Asiae minoris, successit patri Eumeni. Huius mentio fit. 1. Macc. 15.

Atarum, exploratorum. Id. ibid. de Numeris.

Athenae, civitas in Achaia philosophiae dicata. Audij, quae cum una sit, plurali numero semper appellari solet: cuius Piraeus portus. Septemplici muro quondam communitus fuisse describitur. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Athene, in tempore dissipatae. Id. in interpret. nom. de epist. ad Thessalonicens.

Athenienses, exploratores, aut respondentes, uel humiles, siue tempore dissipati, sed et hoc uolentium. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Athenobius, legatus nomine Antiochi Grypi, re petit a Iudeis Ioppen, Gazam, et arcem Sion. 1. Macc. 15.

Ather, in tribu Iudaeos. 19. Eusebius de locis Hebraicis.

Athmata, oppidum Iudae. Ios. 15.

Atomus. In momento in ictu oculi. In momento Graece est *ατμός*, id est, in atomo. Atomum autem uocat corpus subtilissimum ac tenuissimum, quod in sole apparet, quod sectionem non suscipit propter nimiam breuitatem. Theodoretus in 15. prioris ad Cor.

Atoniel, tempus eius Dei, uel responsio Dei. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Aua, locus Assyriorum, cuius fit mentio. 2. Reg. 17. 18. 19.

Auachim, non est innocens. Philo in interp. nom. de tertio Regum.

Auan, subuertit eos, siue mouens eos, uel fons. Id. ib.

Auaritia. Mortificate igitur membra uestra terrena, et c. et auaritiam et c. Auaritiam materiam affertus argentem et generantem nominauit. Maxime 2. de charitate.

Neq. in occasione auaritia, Deus testis est. Auaritiam uocauit, praedicare pro pecunijs parandis, aut refacienda. Theodoretus in 2. prioris ad Thessal.

Hoc est auaritia quam *αυαρις* uocant, plus habere, quam constitutum est. Chrysostomus homil. 5. 1. in Acta apostolorum.

Auaritia simulacrorum cultus cur dicta.

Et auaritiam, quae est simulacrorum seruitus. Auaritiam uocauit cultum simulacrorum, quoniam Seruator Mammoram Dominum appellauit, docens, quod qui seruit uicio auaritia, tanquam Deum colit diuitias. Theodoretus in 3. ad Coloss.

Auaritia radix omnium malorum. Radix enim omnium malorum est auaritia. Ideo radix omnium malorum est, quia ut desideria sua expleat, quod impossibile est, et maleficia, et homicidia, et obscenitatem, et quicquid sceleris est perpetrat, nec ad praesens secura, quia semper cupida, et in futuro damnata. Ambrosius in 6. prioris ad Timotheum.

Audire. Amen amen dico uobis, quia uenit hora et nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei, et c. Quid est audient, nisi obaudient. Quantum enim pertinet ad auris auditum, non omnes qui audient, uiuent: multi enim audiunt, et non credunt. Audiendo et non credendo, non obaudiunt: non obaudiendo, non uiuent. Itaque hic, qui audiet, nihil est aliud quam qui obaudient. Augustinus tract. 19. in Ioannem.

Audire. Auribus percipere. Auribus percipite, omnes satrape. Sicut inferiores sunt regibus satrapae, ita et auribus percipere inferius uidetur esse quam audire. Audire namque ad interiorum pertinet hominem: sicut et Dominus dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Auribus uero percipere, ad exteriorum et corporalem pertinet auditum. Origenes homil. 6. in libro Iudicum.

Audire. Agnoscere. Quare dicta mea non agnoscitis, quia non potestis audire sermonem meum. Arbitror ego uocabulum, audire, positum nunc esse pro intelligere quae dicuntur: uocabulum uero agnoscere, pro eo qui percipiens assentitur, illustratus luce cognoscendi ea. Id. tom. 2. 2. in Ioannem.

Sed quaecumque audiet loquetur. Ab illo audiet, a quo procedit. Audire illi scire est: scire uero esse. Augustinus tract. 99. in Ioannem.

Aure audire. Et quae in aure auditis, praedicate super teeta. Quid est, quod aure auditis? et c. id est, quod auditis in secreto soli, praedicate coram omnibus, nulli abscondetes uerbum, quasi qui stet super teeta et clamet. Autor operis imperfecti homil. 25. in Matth.

Auen, uallis est. Am. 1. Praeter ea etiam excelsum, in quo uitulos erexerat Ieroboam. Ose. 10. Siquidem Auen excelsum seu idolum significat. Inde Bethauer dicta.

Augustus. C. Octavianus Caesar Augustus imperator Romanorum, cuius quadragesimo secundo anno Christus natus est. Luc. 2.

Augusti, solenniter factis, aut solennitatem aditum. Hieronymus in interpretatione nominum de Luca.

**Aui**, feri. Philo in interpr. nom. de Deuteronomio.  
**Auil**, stultus, insipiens. Id. ibid. de Hieremia.  
**Auilath**, dolens, siue parturiens. Id. ibid. de primo Regum.  
**Auim**, oppidum in tribu Benjamin. Ios. 18.  
**Auiræ**, habitatores Aua. 2. Reg. 17.  
**Auith**, oppidum Idumæ. Gen. 36.  
**Auith**, iniqua. Philo in interpr. nom. de Gen.  
**Aulon**, non Grecum, ut quidam putant, sed Hebræum uocabulum est: appellatur autem uallis gradis atq; campestris in immensam longitudinem se extendens, quæ circumdatur ab utraq; parte montibus, sibi inuicem succedentibus et coherentibus, qui incipientes a Libano et ultra usq; ad desertion Pharian perueniunt. Suntq; in ipso Aulone, id est, ualle campestri urbes nobiles, Scythopolis, Tyberias stagnumq; propter eam, sed et Hiericho, mare mortuum, et regiones in circuitu, per quas medius Jordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis, et in mare mortuum introiens. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Aun**, inutilis, siue idolum. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.  
**Aunan**, meror eorum, uel labores, seu non est, uel inutile. Id. ibid. de Genesi et Numeris.  
**Auoth**, commemoratio, uel sedes, aut uinculum, siue incunabula, quod Græce dicitur *αὐθ*. Id. ibid. de libro Iudicum.  
**Auothiar**, quod interpretatur *αὐθ*, Ait. Hæc est Basan in qua sunt uici sexaginta in monte Galaad, qui ceciderunt in sortem diuidiæ tribus Manasse, qui locus nunc uocatur Golan in terra Batanea. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Auothiar**, gloria luminis, uel uita luminis, ita tamē ut pronuncietur Auathiar. Philo in interpr. nom. de Deuteronomio.  
**Auothiar**, ciuitas unius de principibus Salomonis. Eusebius de locis Hebr.  
**Auran**, locus in sinibus terræ sanctæ, uersus septentrionem et ortum. Ezech. 47.  
**Auran**, iracundia. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.  
**Aures** unde dicitur: Auribus diditum est nomen diuocibus hauriendis. Vnde Vergilius: Vocemq; his auribus hauri. quia uocem ipsam Græci *αὐθ* uocant ab auditu, per immutationē literæ, aures uelut aures sunt nominatæ. Lactantius lib. de opificio Dei, cap. 8.  
**Qui habet aures audiendi, audiat.** Pronocatur ad auditorum intelligentiam, quoties his sermonibus commouentur. Hieronymus in 13. Matth.  
**Aluibus** percipere. Audite, et auribus percipite, et nolite extolli, et. Auribus percipere est (ut mihi quidam uidetur) auribus quæ dicuntur audire. Origenes homil. 9. in Hieremiam.  
**Aurum**, argentum, & lapides preciosi. Alius autem super edificat aurum, argentum, et lapides preciosos. Et sunt edificia cogitationis, quæ ponuntur super fundamentum fidei quæ est in Christo Iesu. Sed et ipsa sunt, quæ offeruntur et dedicantur ab Israelitis, et regni et sanctorum. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum.

**Auritis**, regio Hierem. 25. quæ aliis dicitur terra Hus, quam in Idumæa fuisse apparet ex dicto Thren. 4. Gaude filia Edom, quæ habitas in terra Hus.  
**Auriti**, conciliatrici. Philo in interpr. nom. de Iob.  
**Aurituca**, Virtus quæ Græce *αὐθ* dicitur, est per quam contenti sumus. Ea igitur est, habitus ijs quæ oportet contentus, et qui per se ea acquirunt, quæ ad beatam uitam conferunt. Clemens Alexandrinus lib. 2. pedagogi cap. 12.  
**Axa**, filia Caleb, uxor Othonielis iudicis. Ios. iudic. moquinto.  
**Axa**, claudicans, uel irascens. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.  
**Axab**, ciuitas in tribu Aser. Ios. 19.  
**Aza**, fortitudo eius. Philo in interpr. nom. de Deuteronomio.  
**Azadada**, confinium Iudæ, respiciens ad Aquilonem. Eusebius de locis Hebr.  
**Azael**, legatus Benadad, regis Syriæ ad Heli. Reg. 8. 10. 12. 31.  
**Azael**, uisus Deo. Philo in interpr. nom. de libris Regum.  
**Azahel**, genitor Ionathan, de quo Esr. 10.  
**Azata**, apprehendens Deum, uel fortitudo Domini, siue fortitudo eius. Philo in interpr. nom. de libris Regum.  
**Azama**, delictum. Id. ibid.  
**Azania**, genitor fuit Iosue Leuitæ. Neshemia de cimo.  
**Azari**, fortitudo eorum. Philo in interpr. nom. de Numeris.  
**Azareth**, terminus Nephthalim: est autem et nunc uicus ad regionem Diocæsareæ, pertinens in campestribus. Eusebius de locis Hebr.  
**Azaph**, colligens. Philo in interpr. nom. de libris Regum.  
**Azara**, crepido. Id. ibid. de Ezech.  
**Azareel**, et tribu Leui cantor Dauidis. 1. Paralipomenon. 25.  
**Azarias**, rex Iudæ, filius Amazie, filij Ios. 2. Regum. 15.  
**Azarias**, socius Danielis. Danielis 1. 2. 1. Maccab. secundo.  
**Azarias**, ducit reliquias populi in Aegyptum. Hierem. 43.  
**Azacia**, auxilium Domini, seu adiutor Dominus. Philo in interpr. nom. de tertio Regum, et libris Regum.  
**Azau**, filius Nachor, fratris Abraham. Gen. 22.  
**Azau**, fortitudo eius. Philo in interpr. nom. de Hieremia.  
**Azauroth Thabor**, oppidum in parte meridionali tribus Zabulon. Ios. 19.  
**Azaz**, filius Samma, et tribu Ruben. 1. Paralipomenon 5.  
**Azazias**, Leuita sub Ezech. 2. Par. 37.  
**Azbai**, genitor Naarai, robusti Dauidis. 7. Par. 1.  
**Azbel**, filius Benjamin. Num. 26.

Azbec, genitor Nehemiae. Nehemia 3.  
 Azecha, ciuitas Chanahorum in parte tribus Iuda, ad quam usque persecutus est Iesus quinq; reges. Sed & hodie uocatur uilla Azecha inter Eleutropollin & Aeliam. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Azecha, fornicato, siue decipula. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue, & primo Regum.  
 Azel, abiens, pergens. Id. ibid. de primo Reg.  
 Azer, siue Iazer, terminus urbis Ammon, quae nunc Philadelphia dicitur, diuidens eam Amorrhoeorumq; regionem: et est in octauo circiter lapide eius, ad solis occasum uicus Iazer usq; in presentem diem permanentes. Euseb. de locis Hebraicis.  
 Azgad, cum suis redux uenit in Iudaeam e captiuitate Babylonica. Esr. 2. 8. Neh. 7.  
 Azta, uidens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.  
 Azmath, fortis morte. Idem ibidem de secundo Regum.  
 Azmoth, filius Adiel, fuit thesaurarius Dauidis. 1. Par. 27.  
 Azmoth, Baur amites, robustus fuit Dauidis. 2. Sam. 23. 1. Par. 11.  
 Azmoth, de tribu Benjamin, filius Ioda, de genere Saulis. 1. Par. 9. 9.  
 Azone, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.  
 Azor, filius Eliakim. Matth. 1.  
 Azor, urbs in tribu Aser. Ios. 11. uide Asor.  
 Azor, atrium, uel sagitta luminis, seu adiutus. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum, libris Regum, et Hieremia.  
 Azor, adiutor. Hieronymus ibid. de Matth. eo.  
 Azotus, quae supra Asdod, usq; hodie non ignobile municipium Palaestinae, & una de quinq; ciuitatibus Allophyllorum, decreta quidem tribui Iuda, sed non retenta ab ea: quia nequaquam ueteres accolas potuit expellere. Euseb. de locis Hebraicis.  
 Azotus, oppidum in signe Palaestinae, quod Hebraice dicitur Asdod, & est una de quinque olim ciuitatibus Allophyllorum. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.  
 Azotus, id est, asdodij, gens patrum mei, uel incendia. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.  
 Azotus, Hebraice uocatur Asdod, & secundum primum nomen etymologiae habet ignis patrum mei. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.  
 Azreel, filius Abasi, e tribu Benjamin. Neh. 11.  
 Azreel, Leuita in Hierusalem. ibid. 12.  
 Azuba, mater Iosaphat, regis Iuda. 2. Paralipom. 20.  
 Azuba, relicta, uel deserta. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.  
 Azur, pater Ananiae pseudoprophetae. Hierem. 28.  
 Azur, pater Iezoniae. Ezech. 11.  
 Azur, adiutus. Philo in interpret. nomin. de Ezech.  
 Azyma. Sicut estis azymi. Azyma ex causa non fermentata farinae dictum est, cum filij Israel eiectione sint de Aegypto: ut fermentum uetustas haberetur, azyma autem nouitas. Abiectione enim ueteribus erroribus Aegyptiorum in nouam legem inducti sunt: haec & Corinthij post paganorum errores in Euangelium Christi

sti inducti sunt. Hortatur ergo ut secundum professionem suam, quam ab Apostolo sub nomine Christi acceperant, & uiuerent iam nouae uiae cultores. hoc est azymos esse. Ambrosius in quintum prioris ad Corinthios.

Prima azymorum. Prima azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: &c. Primam azymorum eam diem uocat, quae ante azyma erat. Consueuerunt enim a uespere semper dies numerare, & eius mentionem facere in uespere cuius Pascha erat immolandum. Quinta enim sabbati accesserunt, quam hic quidem primam azymorum, id est, ante azyma uocat, tempus designans, quo accesserunt. Alius autem: Venit, inquit, dies azymorum, in qua oportebat immolari Pascha. Nam, Venit istud, prope et in ianuis erat, significat: uesperam uidelicet illam a qua incipiebant, commemorans: ideo quiq; Euangelistarum adiungunt, quando immolabatur Pascha. Chrysostomus homil. 82. in Matth.

**B**Aal Tyrionum fuit deus. Iosephus lib. 9. cap. 6. antiquit. Iudae. Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non curauerunt genua sua ante Baal. Baal idoli nomen est, ad cuius cultum populus ille relicta Dei lege deciderat. Origenes lib. 8. ad Rom.

Baal, habens, siue uir, uel uetustas. Philo in interpret. nomin. de Numeris & Iesu Naue.

Baal, habens, siue deuorans. Hieronymus in interpret. nomin. de Epist. ad Romanos.

Baala, oppidum tribus Simeon. Ios. 19.

Baala, mons inter Ioppen & Secronam. ibid. 15.

Baala, habes eam, uel supra. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Baalator, iuxta Ephraim, ubi ab Absalon pecora tondebantur. Eusebius de locis Hebraicis.

Baalach, oppidum in tribu Dan. Ios. 18.

Baalberith, idolum Sichimorum. Iud. 9.

Baalberith, habens pactum. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

Baalermion, mons circa Libanum in finibus Allophyllorum. Eusebius de locis Hebraicis.

Baalach, in tribu Symeonis. Id. ibid.

Baalgad, oppidum ad radices Libani, & montis Hermon. Ios. 11. 12. 13.

Bael haman, rex Idumeae. Gen. 36.

Baalim, Deus filius gentium, quem aliquoties sequuti sunt Iudaei. Iudic. 3. quae deinceps Samuelis iussu sustulerunt. 1. Sam. 7.

Baalim, habentes, siue ascendentes, uel superiores. Philo in interpret. nomin. de 1. Reg.

Baalim, in superioribus, superiores, uel habentes, aut uiri. Id. ibid. de Osee.

Baalim, rex Ammonitarum, tempore captiuitatis Babylonicae. Hierem. 40.

Baalis, habens uirum. Philo in interpret. nominum de Hieremia.

Baalmeon, oppidum terrae Moab, prope Amroer quod postea tribui Ruben attributum est. Iosue 13. Num. 32.

Baalmeon, habens habitaculum siue domicilium, uel descensio humilis. Philo in interpret. nomin. de Numeris, Iesu Naue & Ezechiele.

Baalmesur, habens, uel uir ex principe. Id. ibid. de lib. iudicum.

Baaloth, ascendentes. Id. ibid. de 3. Reg.

Baalpharaim, locus in tribu Benjamin, ubi Dauid Philist. eos uicit. 1. Sam. 17. 2. Par. 14.

Baalsalifa, habens tertium. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Baalthamar, iuxta Gabaa, ubi filij Israel aduersum tribum Benjamin iniere certamen, & usq; hodie Bethamari in supra dictis locis uiculus appellatur. Eusebius de locis Hebraicis.

Baalthamar, habens palmam. Philo in interpret. nomin. de lib. iudicum.

Baalzebub, deuorans muscam. Id. ibid. de libris Regum.

Baana, uenit respondens. Id. ibid. de 2. Reg.

Baasa, ex tribu Issachar, rex Israel annis 24. tempore Ase regis Iudee, deleuit totam familiam Ieroboam. 1. Reg. 15. 16. Hierem. 47.

Baasa, ueniente factura. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Babel, que & Babylon, interpretatur confusio. Erat autem ciuitas regni Nemrod, in qua eorum qui edificauerunt turrim diuise sunt lingue, quorum principem Iosephus fuisse Nemrod affirmat. Testemq; eius historie Sibyllam Græcam exhibens. Locus, inquit, in quo turrim edificauerunt, nunc appellatur Babylon, propter confusionem sermonis eorum, qui altissimam turrim omni studio fabricabantur. Siquidem Hebræi confusionem Babel uocant. De hac turri & diuersitate linguarum, scribit & Sibylla in hunc modum: Cum omnes mortales una lingua uterentur, quidam ex his altissimam turrim edificauerunt, cælum per eam cupientes scanderet. Iij uerb. turbines mitentes euertere turrim, & propriam atque diuersam uniuersis tribuere linguam, unde urbem quoq; contigit appellari Babylonem. Eusebius de locis Hebraicis.

Babylon, metropolis regni Chaldaeorum, ubi eorum qui edificauerunt turrim, lingue diuise sunt, à quo & regio circumposita, Babylonia uocatur. Hanc fuisse potentissimam, et in campis per quadran sitam, ab angulo usq; ad angulum muri, sedecim millia passuum tenuisse, id est simul per circuitum sexaginta quatuor millia, refert Herodotus, & multi alij qui Græcas historias conscripserunt. Arx autem, id est Capitolium illius urbis, est turris que post diluuium edificata, quatuor millia passuum tenere dicitur, cuius post ruinam muri tantum fictiles remansisse, et ob bestias que illic abundant captandas, recuperati esse traduntur. Hieronymus de locis Actorum apost.

Locus in quo turrim edificabāt, nunc Babylon uocatur: dicta propter confusionem, quam circa elocutionem suam tunc habuerunt. Hebræi namq; confusionem Babel appellant. Iosephus lib. 1. cap. 9. antiquitatu Iudæarum.

Babylon confusio interpretatur. Origenes homil. 1. in Ezechielem. Arnobius in. Psalm. 136.

Babylon uel Babel, confusio. Philo in interpret. nomin. de Genesi, Iesu Naue & Psalterio.

Babylon, confusio siue translatio. Hieronymus in interpret. nomin. de 1. Petri, & Apocalypsi.

Bacchides, dux Demetrii regis Syriæ, qui interfecit Iudam Maccabæum. 1. Maccab. 9. 7. 2. Maccab. 8.

Bachal, iugum. Philo in interpret. nomin. de lib. iudicum.

Baci, luctus, siue in uomitu, aut uetus. Idem ibid. de Numeris.

Baculus. Ex ore enim insipientium, inquit Scriptura, baculus contumeliæ. Baculum dicens, fundamentum contumeliæ, cui innititur ei, super quam regnauit scit contumelia. Clemens Alexandrinus libro 2. cap. 7. pædagogi.

Badachar, uenit compungi. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Badacher, dux Hieu, regis Israel. 2. Reg. 9.

Badad, præcipuus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Badan, solus uel in iudicio. Id. ibid. de 1. Reg.

Badrifath, *scilicet*, id est, plaga uerbi gratia, quod dicimus plaga septentrionalis, uel meridiana. Id. ibid. de Leuitico.

Bagazin, in excelsis contemptus. Idem ibidem de Ezechiele.

Bahurim, locus ad quem usq; profecutus est Michol filiam, Saul uir suus lachrymans. Eusebius de locis Hebraicis.

Bala, que est Segor, nunc Zoara nuncupatur, loca de quinq; Sodomorum urbibus Lot precibus reseruata. Imminet autem mari mortuo, & presidium in ea positum est militum Romanorum: habitatoribus quoque proprijs frequentatur, & apud eam gignitur balsamum, & poma pabularum, antiq; que uerbis indicta. Nullum autem moueat quod Segor eadem Zoara dicitur: cum idem sit nomen paruule uel minoris. Sed Segor Hebraice, Zoara Syriace nuncupatur. Id. ibid.

Bala interpretatur absorpta. Id. ibid.

Bala, antiquum nomen urbis Cariathiarim. Ios. 16.

Bala, ancilla Rachel uxoris Iacob, & concubina Iacob, mater Dan & Nephtalim. Gen. 30. Supra tur à Ruben. Gen. 35.

Bala, inueterata, siue habens eam, uel uir eius. Philo in interpret. nomin. de Genesi, & Iesu Naue.

Balaam, uates, consulitur à Balach, & pecunia corrumpitur, ut cupiat maledicere Israelitis, sed à uero Deo impeditur, sicut Esau impeditur, ne fratri Iacob noceat. Num. 22. 24.

Balaam interpretatur populus uanus. Origenes homil. 14. in Numeros.

Balaam, sine populo, uel absq; substantia eorum, siue in eis, aut uanus populus, siue præcipitās eos. Philo in interpret. nomin. de Genesi, Numeris & Deuteronomio. Hieronymus ibid. de epist. Iudæ & Apocalypsi.

Balaan, filius Esau, nepos Seir. Genesis trigesima sexto.

Balaannan, habens gratiam. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Balac,

Balac, elidens. Id. ibid. de Iesu Naue. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Balach, rex Moabitum, qui accersit Balaam.

Num. 22.

Balach exclusio uel deuoratio interpretatur. Origenes homil. 14. in Numeros.

Balach, lingens, uel elidens, aut inuoluens. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Baladan, uenit sibi iudicans, uel uanitas pro semetipso, aut ueniens eam iudicare. Id. ibid. de libris Regum & Esai.

Balagad, habuit accinctum, uel uir accinctus, aut uir pirata, uel fortunatus. Id. ibid. de Iesu Naue.

Balam, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraic.

Balanan, rex Idumae. Gen. 36.

Balanus, id est quercus luctus, sub qua Rebecca nutritrix sepulta est. Eusebius de locis Hebraicis.

Balanus, id est quercus Sicimorum, ubi regnauit Abimelec, quae usque hodie ostenditur in suburbano rupe Neapoleos, prope sepulchrum Ioseph. Id. ibid.

Balator, praedium Absalonis, in qua fratrem Ammon, propter stupratam sororem Thamar interfecit. 2. Sam. 13.

Balator, habens sagittam luminis, uel ascensio atrij. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg.

Balachad, habitus, ab habendo, non habitu, id est cultu uestis. Id. ibid. de Iesu Naue.

Baldad, uetustas sola. Id. ibid. de Iob.

Bale, filius Benjamin. Num. 26.

Bale, oppidum Sodomae uicinum. Gen. 14.

Bale, praecipitans, siue deuorans, uel praecipitauit, aut absorbit. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Numeris.

Baleth, in tribu Dan. Eusebius de locis Hebraic.

Baliloch, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Ballath, in tribu Simeonis. Id. ibid.

Ballath, urbs, quam edificauit Salomon. Id. ibid.

Baloth, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

Balsalifa, oppidum in finibus tribuum Iuda & Ephraim, cuius mentio fit 2. Reg. 4.

Balthasar, cognomen Danielis. Dan. 1.

Balthasar, capillus capitis. Philo in interpret. nomin. de Daniele.

Balthazar, nepos Nabuchodonosor, rex Babylonis, qui abutens uasis aureis, ex templo Hierosolymitano ablatis, interfecit a Dario & Cyro. Dan. 5.

Bama, ubi Saul ungendus in regem, cum Samuele cibum sumpsit. Porro Bama Aquila semper excelsum transtulit. Eusebius de locis Hebraic.

Bama, in quo. Philo in interpret. nomin. de 1. Reg.

Bammech, electa comotio. Id. ibid. de Numeris. 3.

Bamor, in morte, siue excelsa. Id. ibid.

Bamoth, uallis prope Aroer, in regione Moab, per quam fluit Arnon fluius. Num. 21.

Bamoth, excelsa, Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Bamoth, interpretatur aduentus mortis. Origenes homil. 12. in Numeros.

Banaa, capitaneus Isboset, filij Saulis. 2. Samue-  
lis. 3.

Banada, filius decorus. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Banaias, praesuit satellitio, seu custodia corporis Dauid. 2. Sam. 20. 1. Reg. 1. 2.

Banaia, cementarius, id est, edificator Domini, uel edificium Domini. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg. & Ezechiele.

Banaim fontes significat, uel excolationes. Origenes homil. 27. in Numeros.

Bane, in tribu Dan. Eusebius de locis Hebraic.

Baneiachan, 28. mansio Israelitarum in deserto. Num. 33. Deut. 10.

Baneresim, filij tonitru, quod corrupte Boanerges usus obtinuit. Hieronymus in interpret. nomin. de Iohanne.

Baon, in iniquitate. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Baptismum est signaculum fidei. Autor operis imperfecti homil. 5. in Matth.

¶ Constat in nobis quinque baptimata esse. Vnum in uerbo, sicut & Christus dicit: Et uos mundi estis propter uerbum, quod loquutus sum uobis. Secundum in aqua, sicut cunctis est manifestum.

Tertium autem in spiritu, sicut scriptum est: Iohannes quidem baptisauit in aqua, uos autem in spiritu sancto baptisabimini. Quartum uero in igne, quod est tentatio praesens. Quoniam autem baptisantur homines & in igne, testis est Dominus per Esaiam: Et auferam (inquit) sordes filiorum Israel de medio eorum, & sanguinem eorum mundabo in spiritu iudicij, & spiritu combustionis & ardoris. Consequenter enim ait Propheta: Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum. Et postmodum: Transiimus per ignem & aquam, & induxi nos in refrigerium. Sicut enim aurum uel argentum combustis in fornace sordibus colatur: sic homo in fornace tentationis missus, depositis peccatis sanctificatur. Quintum in morte, sicut ipse dicebat: Baptismo habeo baptisari, & quoniam turbor usque dum perficiatur. Id. ibid.

In Christo baptisari, significat credentes in eum ablui. Damasceus lib. 4. cap. 10. de Orthodoxa fide.

Bar, ex Hebraea lingua filium interpretari possis. Epiphanius lib. Ancorato.

Bara, in malicia, siue creatura uel lectus. Philo in interpret. nomin. de Gen. & lib. Iudicum.

Barrabban, latro, quem Iudaei petunt dimitti, & Christum crucifigi. Mat. 27.

Barrabban, filium magistri eorum. Syrum est, non Hebraeum. Hieronymus in interpret. nomin. de Matth.

Barrabbas, filius patris. Id. ibid. de Iohanne.

Barac, fulgurans. Id. ibid. de epist. ad Hebraeos.

Barach, in tribu Dan, usque hodie prope Azotum. Ios. 19. Eusebius de locis Hebraic.

Barach, iudex Israel, maritus Delbore, ex tribu Nephtalim, uicit Sisaram ducem regis Chanaan. Iud. quarto.

Barach interpretatur coruscatio. Origenes homil. 5. in lib. Iudicum.



- Barachel, pater Helii, qui disputauit cum Iob. Iob. 32.
- Barachel, benedixit Deum. Philo in interpret. nomin. de Iob.
- Barachias, pater Zachariae prophetae. Mat. 23.
- Barachias interpretatur, benedictio Dei. Origenes in 23. Matth.
- Barachias benedictionis, filius sibi uult. Eusebius lib. 7. de demonstratione Euangelica, demonstratione 2.
- Barachia lingua nostra benedictus Domini dicitur. Hieronymus in 23. Matth.
- Barachias benedictus Dominus, uel benedicens Dominus. Philo in interpret. nomin. de Esai.
- Barachia, benedictus Domini, uel benedictio Domini. Hieronymus ibid. de Matth.
- Barachiel, benedictio Dei. Philo ibid. de Iob.
- Barach, fulgurans. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.
- Barachus coruscationem Hebraea lingua significat. Iosephus lib. 5. cap. 9. antiquit. Iudaicarum.
- Barannim, creatura nidorum siue tribuli. Id. ibid. de lib. Iudicum.
- Barad, grando. Philo in interpret. nomin. de Iob.
- Barala, in egestate, siue ueniens ad faciendum, uel hauriens. Id. ibid. de 3. Reg.
- Barat, grando. Id. ibid. de Genesi.
- Barath, inter Cades, & Barath, hodieque Agar puteus demonstratur. Eusebius de locis Hebraicis.
- Barca, uiculus appellatur. Id. ibid.
- Barumi, fugit eum quispiam. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg.
- Bari, in commutando, siue puteus, uel in uentre. Id. ibid. de Daniele.
- Baria, in malis, siue in commutatione eius. Id. ibid. de Numeris.
- Bariefus, magus impediens cursum Euangelij in Cypro, subitua caecitate punitur a Paulo. Act. 13.
- Bariona, filius columbae, Syrius est pariter & Hebraeum. Bar, quippe lingua Syra filius, & Iona columba, utroque sermone dicitur. Id. ibid. de Matth.
- Barina in nostra lingua sonat, filius columbae. Id. 16. Matth.
- Barita, pythomissa, quam Graeci εὐλαγία uocant. Philo in interpret. nomin. de 1. Reg.
- Barnabas, Iudaeus. Leuites, natus in Cypro, unus ex primis discipulis Apostolorum, & comes peregrinationis Pauli, fit eius mentio Act. 4. 9. 11. 13. 14. 15.
- Barnabas affluens illum, duxit ad Apostolos, &c. Barnabas ille mitis, quidam & mansuetus homo erat, filium autem consolationis interpretari quis posset ex nomine, unde & amicus Paulo factus est. Chrysostomus homil. 2. 1. in Acta apostolorum.
- Barnabas, filius Prophetae, uel filius ueniens, aut ut plerique putant, filius consolationis. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum, 1. ad Corinth. et Colossenses.
- Barne, filius mutationis. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.
- Barlabas, cognomen Iosephi Iusti. Act. 1.

- Barlaban, filium reuertentem, uel filium quietis, ex Syro & Hebraeo sermone nomen compositum. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.
- Barie mia, filius caecus, quod corrupte quidam Bartineum legunt. Id. ibid. de Ioanne.
- Barimeus, caecus, quem sanat Christus egressus Iericho. Mar. 10.
- Bartholomaeus, Apostolus. Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Act. 1. in India sparsit semina Euangelij, ut scribit Eusebius lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 10. ibidem scribitur iussu Astyagis regis capite multatus esse.
- Bartholomaeus est filius suspendentis aquas. Hieronymus in 3. Marc. Occumenius in 1. Actorum apost.
- Bartholomaeus, filius suspendentis aquas, uel me, Syrius est nomen non Hebraeum. Hieronymus in interpret. nomin. de Mat. & Actis apost.
- Baruch, amicus Hieremiae prophetae. Hieremiae 36.
- Baruch, cuius extat liber inter prophetas, qui inter Apocryphos numeratur.
- Baruch in lingua nostra, benedictus sonat. Hieronymus in 1. ad Ephesios.
- Baruch, benedictus. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.
- Basa, rex Sodomorum. Gen. 14.
- Balamath, delinques. Philo in interpret. nomin. de 3. Reg.
- Balan, regio inter Jordanem, Libanum, fines Caesariae & Ammonitidis comprehensa, quam Moyses occupauit, interfecto rege Og. Num. 21.
- Basan, interpretatur turpitudine. Origenes homil. 12. in Numeros.
- Basan profundum, Hebraei dicunt. Arnobius in Psal. 135.
- Basan, bruchus, siue pinguedo. Nam quod interpretari solet ignominia, uel confusio, Busa dicitur. Philo in interpret. nomin. de Numeris.
- Basan, confusio, siue pinguedo, uel siccitas. Id. ibid. de libris Regum.
- Basar, angustia, siue in angustia, uel infantia. Id. ibid. de Deuteronomio.
- Balchat, in tribu Iuda. Ios. 15. Eusebius de locis Hebraicis.
- Bafecat, adipem. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.
- Bafechad, urbs antiqua Iudaeae. Eusebius de locis Hebraicis.
- Bafechuth, adeps, uel defecatio. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.
- Bafemath, uxor Esau. Gen. 26.
- Bafemoth, in nominibus, siue delinquens, uel ueniens, aut posita. Philo in interpret. nomin. de Genesi.
- Bath, filia uel mensura. Id. ibid. de Ezechiele.
- Bathne, in tribu Aser, & nunc appellatur uicus Bethbehem in octauo milliario Ptolemaidis, contra orientem. Eusebius de locis Hebraicis.
- Bathuel, filius Nachor, fratris Abrahamae, pater Rebeccae. Gen. 22. 24.
- Bathuel, uirgo Dei. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Bathul, in tribu Simeonis. Euseb. de locis Hebraic.  
 Batos significat uas in officina olearia: est autem  
 sextariorum quinquaginta, & est mensura officinae  
 oleariae. Epiphanius de mensuris & ponderibus.  
 Batus capit sextarios septuaginta duos. Iosephus  
 lib. 8. cap. 2. antiquit. Iudaic.  
 Baurim, electi, uel iuuenes. Philo in interpret.  
 nomin. de 2. Reg.  
 Bazeotha, despectio, siue contemptus. Id. ibid. de  
 Iesu Naue.

Baziothia, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

Bean, oppidum regionis Galaad. 1. Mac. 5.  
 Beaticulo. Rectam uiam dicimus beatitudinem,  
 & beatum cui uirtute exornata est anima. Clemens  
 Alexandrinus lib. 1. Stromatum.  
 Beatus est, cui Deus accepto fert iusticiam sine  
 operibus, & cui non imputatur peccatum, cui etiam  
 remisse sunt iniquitates, & obiecta, si qua antea fue-  
 rant peccata. Origenes lib. 4. in epist. ad Romanos.  
 Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod pro-  
 bat. Beatus quis dicitur, non solum si faciat ea, quae  
 competit, sed etsi non faciat ea, quae non competit: ut  
 ille beatus dicitur, qui non abiit in consilio impiorum,  
 et ille nihilominus beatus, qui ambulat in lege Domi-  
 ni. Id. ibid. lib. 10. Vbi est ergo beatitudo uestra? Bea-  
 tus est, qui ambulat in uirtutum uia: sed si ad uirtutes  
 usque peruenerit. Nec prodest a uitijs recessisse, nisi op-  
 tima comprehendat. Quia non tam inuita sunt in bo-  
 nis studijs laudanda quam finis. Hieronymus in 4. ad  
 Galatas.

Becher, filius Ephraim. Num. 26.

Bechor, filius Benjamin. Gen. 46.

Bechor abauis regis Saul. 1. Sam. 9.

Bechor, primogenitus, uel in clitellis, aut in gres-  
 sus est angustus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Bechor, in sagmate, uel ingressus est agnus. Id. ibid.  
 de Numeris.

Bedad, filius Adad, regis Idumaei. Gen. 36.

Bedech, instauratio. Philo in interpret. nomin. de  
 libris Regum.

Beelphegor, idolum Moabitariū, Num. 25. Deut.  
 4. quod Hieronymus in cap. 4. & 9. Osee ait, fuisse  
 Priapum.

Beelphegor est idolum turpitudinis. Origenes ho-  
 mil. 10. in Numeros.

Beelphegor, habens os pellicem, uel pellis, siue  
 superior pellis, aut habens hiauit. Philo in interp.  
 nomin. de Numeris, Deuteronomio & Psalterio.

Beelphegor idoli nomen est, quod apud Madia-  
 nitas praecipue a mulieribus colebatur. Interpretatio-  
 nem nominis ipsius cum requireremus attentius inter  
 Hebraea nomina, hoc tantum inuenimus scriptū, quia  
 Beelphegor species sit turpitudinis. Id. ibid.

Beelsephon, locus Aegypti, ad litus maris Ru-  
 bry, ubi castrametatus populus Israel, insequente Pha-  
 raone, transiit mare rubrum. Exod. 14.

Beelsephon interpretatur ascensio speculae, uel ha-  
 bens speculam, siue turris. Origenes homil. 5. in Exo-  
 dum, & homil. 27. in Numeros.

Beelsephon, habens speculam, uel aquilonem, siue  
 ascensio speculae. Philo in interp. nomin. de Exodo &  
 Numeris.

Beelzebub, Deus Accaron, Philistinorum. 2. Re-  
 gum 1. in Euangelij Math. 12. Luc. 11. nominatur  
 princeps Daemoniorum.

Si patrem familias Beelzebub uocauerunt, &c. Be-  
 elzebub, idolum est Accaron, quod uocatur in regum  
 uolumine idolum muscae. Beel, ipse est Bel siue Baal:  
 Zebub autem musca dicitur. Principem ergo damo-  
 niorum ex spurcissimi idoli appellabāt uocabulo: qui  
 musca dicitur propter immundiciam, quae exterminat  
 suauitatem olei. Hieronymus in 10. Matth.

Beelzebub interpretatum dicitur princeps musca-  
 rum. Augustinus tract. 1. in Ioannem.

Beelzebub, habens muscas, aut uir muscarum. In fi-  
 ne ergo nominis b, littera legenda est, non l, musca e-  
 nim zebub uocatur. Hieronymus interpret. nomin. de  
 Ioanne.

Beeri, pater Osee prophetae. Ose 1.

Beeri, socrus Esau. Genes. 26.

Beeri uox puteos sonat. Origenes tom. 2. in Ioann.

Beeri, puteus meus, uel mei, siue in lumine. Philo  
 in interp. nomin. de Genesi & Osee.

Beelthara, in tribu Manasse separata, Leuitis in  
 regionibus Basanitis. Eusebius de locis Hebraicis.

Bega, excelsa. Philo in interp. nominum de secun-  
 do Regum.

Begumim, fabri cementarij. Idem ibidem de Ie-  
 su Naue.

Bel, idolum Babyloniorum. Eusebius de locis He-  
 braicis.

Bel, uetustas, siue absq. Philo in interp. nomin. de  
 Esaia, Hieremia & Daniele.

Bela, filius Benjamin. Genes. 46.

Bela, rex Idumaeorum. Genes. 36.

Belathala, habita, genere foeminino, ab habendo  
 participium est, non uerbum imperatiuum. Philo in  
 interp. nomin. de Iesu Naue.

Belial. Quae conuentio Christi ad Belial? Belial ap-  
 pellauit diabolum. Theodoretus in 6. 2. ad Cor.

Belial appellat deflorem Hebraica uoce. Chry-  
 sostomus homil. 13. in 2. ad Corinth.

Bella. Audituri estis praelia & opiniones praelio-  
 rum, &c. Bella & bellorum auditum, primos impetus  
 appellat. Id. homil. 76. in Matth.

Belma, locus castrorū Holofernis, prope Bethu-  
 liam. Iudith 7.

Belfathim, locus terrae Moab. Num. 33.

Beluir, caeca angustia, siue caecum lumen uel filius  
 prauaricationis, sed rectius belial dicitur. Hierony-  
 mus in interp. nomin. de 2. ad Cor.

Benachan, filius necessitatis. Philo in interpret.  
 nomin. de Numeris.

Benadab, rex Syriae. 1. Reg. 15. 20. Hier. 49.  
 Amos 1. Moritur. 2. Reg. 8.

Benadab, rex Syriae, filius Hazaelis secundo Re-  
 gum decimotertio.

Benael, edificatio Dei. Philo in interpretation.  
 nominum de Iesu Naue.

**Benebarach**, filius fulguris. Id. ibid.

**Benedictio**. Benedicite persequentibus uos, etc. Sciendum est, quod sermo hic benedictionis, in Scripturis diuerse positus inuenitur. Nam & Deus benedicere uel homines, uel cetera, quae creauit, inuenitur. Item homines uel cetera creaturae Deum benedicere iubentur. Sed Dei quidem benedictio aliquid muneris semper his, qui ab eo benedicuntur, impartit: homines uero Deum benedicere, pro eo quod est laudare, & gratias referre, dicuntur. Origenes lib. 9. ad Roman. Scio enim quoniam ueniens ad uos, in abundantia benedictionis Christi ueniam. Benedictio haec signorum uirtus est, per quam confirmati sunt. Ambrosius in 1. ad Romanos.

Calix benedictionis cui benedicimus, &c. Cum benedictionem dico, eucharistia dico: & dicendo eucharistiam, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio, & magna illa munera commemoro. Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinth.

Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Non in terrenis benedictionibus, sed in spiritualibus. Sunt quippe terrena benedictiones, habere quempiam liberos, affluere opibus, honore & sanitate gaudere: quae terrena benedictio usque ad irrationabilia iumenta descendit. Distum est quippe de illis: Benedixit eis Deus, & dixit: Crescite & multiplicamini.

Spirituales uero benedictiones in caelestibus sunt, quia terra benedictionem non capit spiritualem.

Siquidem & benedictiones illae, quae in Leuitico Dei praeccepta seruantibus promittuntur, uerbi causa, exteris gentibus scenerare, plena esse horrea frumentis, benedictos esse in urbibus, benedictos in agris, & cetera his similia, in Prophetis non uidemus expleta hominibus, qui in melotis, & in caprinis pellibus errauerunt, in egestate, in angustia, in desertis montibus, in speluncis & cauernis petrarum, persecutorum impetus declinantes. Spiritualliter ergo accipienda sunt omnia: & spiritualia non in terrenis locis, sed in caelestibus expectanda. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Quid est spiritualis benedictio in caelestibus? Non in terris, inquit, quemadmodum apud Iudeos legitur, nempe, Bona terra comedetis, terram ingrediimini fluentem melle & lacte, benedicet Deus terram tuam. Hic uero nihil tale, sed quid? Qui diligit me, praeccepta mea seruabit, & ego & Pater ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui audit sermones meos hosce, illosque facit, comparabitur uero prudenti, qui domum suam supra petram aedificauit, & flauerunt in illam uenti, & uenerunt flumina, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Petra uero illa quae est, nisi res spirituales, omni mutatione superiores. Quisquis enim inquit, confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum coram patre meo in caelis. Et quisquis negauerit me, negabo ipsum & ego. Et iterum: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et rursus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Item: Beati estis persecutionem ferentes iusticiae gratia, quoniam merces uestra multa est in caelis. Vides ubique, caelos, nusquam terram,

neque quae sunt in terra? Et iterum: Nostra conuersatio in caelis est, unde & saluatorem expectamus Dominum Iesum. Item: Non quae super terram, sed quae in caelis sunt sapientes. Chrysostomus sermo. 1. in epistola ad Galatas.

Qui autem in benedictione seminat, in benedictione metet. Hic in benedictione seminat, qui bona uoluntate sub spe futurae retributionis hoc facit. Ambrosius in 9. 2. ad Corinth.

Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Aliter benedicatur Deus, & aliter homines. Vnum quidem benedictionis nomen est, sed pro merito personae debet intelligi. Nam & facere dicitur Deus, & homines faciunt. Sed Deus nutu solo impassibiliter facit, homines enim manu, conatu, labore, sudore efficiunt. Deus ergo benedicatur, cum laudibus dignis extollitur. Homines autem sic benedicat Deus, ut donum gratiae suae eis impertiat, non secundum merita eorum, sed secundum misericordiam suam. Idem in 1. ad Ephesios.

Benedic anima mea Domino, &c. Benedicimus nos Dominum, cum facimus aliquod tale opus, quo nomen Domini benedicatur. Nam quomodo potest Deus ab homine benedici, nisi hoc solummodo, quod opus ex omnibus interioribus nostris faciendum est. Arnobius in Ps. 102.

Iuxta beneplacium uoluntatis suae. Beneplacitum, praecipua uoluntas. Beneplacitum primariam uoluntatem dicit, uehementer scilicet, & quae cum desiderio & concupiscentia sit, quam habet erga nos. Chrysostomus sermo. 1. in epist. ad Ephesios.

Benennam, in eis, uel in medio eorum. Idem ibidem.

Beneuolentia nihil est aliud, quam uoluntas boni proximi sui. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 12. pedagogi.

Beneuolentia est, bonorum uoluntas, alteri illius ipsius gratia. Id. lib. 2. Stromatum.

Beniamin, filius Iacob, natu minimus, in cuius partu mater Rachel mortua est. Genesis trigesimo quinto.

Beniamin propter dolorem, qui ob eum matri pro uenerat, appellatus est. Iosephus libro primo, capite 27. antiquitatum Iudaicarum.

Beniamin, filius dexterae. Philo in interp. nomin. de Genesi & Numeris. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos & Ephesios, & Apocalypsi.

Benignitas. Fructus autem spiritus est, benignitas, bonitas, &c. Benignitas siue suauitas, quia apud Graecos *χρηστευτε* utrumque sonat: uirtus est lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorum apta consortio, inuitans ad familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata. Denique & hanc Stoici ita definiunt. Benignitas est uirtus sponte ad benefaciendum exposita. Non multum bonitas a benignitate diuersa est: quia & ipsa ad benefaciendum uidetur exposita. Sed in eo differt: quia potest bonitas esse tristior, & fronte seueris moribus irrugata, bene quidem facere & prestare, quod poscitur, non tamen suauis esse consortio, & sua cunctos inuitare dulcedine. Hanc quoque sectatores

seclatores Zenonis ita definiunt: Bonitas est uirtus, qua prodest, siue uirtus ex qua oritur utilitas, aut uirtus propter semetipsam, aut affectus, qui sors sit utilitatum. Hieronymus in 5. ad Galatas.

Benit, quam construxerunt Samaritani, qui de Babylonis regione transferant. Eusebius de locis Hebraicis.

Benoni, filius doloris mei. Philo in Interp. nom. de Genesi.

Benur, filius aeris, siue filius ignis. Idem ibidem de tertio Regum.

Beon, oppidum in regione Galaaditide. Numer. trigesimo secundo.

Beor, pater Balaam. Numer. uigesimo secundo.

Beor, pater Bela, regis Idumaeorum. Genesis trigesimo sexto.

Beor, impelle. Philo in interp. nomin. de Genesi & Numeris.

Bera, ubi cum Abimelech, Ioathan fugisset, habitauit. Distat autem uicus Bera, ab Eleutheropoli octo millibus, ad aquilonem. Eusebius de locis Hebraicis.

Bera, puteus. Philo in interpretation. nomin. de libro Iudicum.

Beram, puteus altitudinis. Idem ibidem de Iesu Naue.

Beramoth, in tribu Symeonis. Eusebius de locis Hebraicis.

Berea, locus prope Hierusalem. primo Machabeorum nono.

Beri, filius Gad Patriarchae. Genesis quadragesimo sexto.

Beria, filius Aser Patriarchae. ibidem.

Beria, in clamore eius. Philo in interpretationibus nomin. de Genesi.

Berieu, maleficum, siue in malo, nonnulli Bariesu corrupte legunt. Hieronymus in interpretationibus nomin. de Actis apostolorum.

Berith, idolum Sichimitarum. Iud. 9.

Berith, pactum. Philo in interpretationibus nomin. de libro Iudicum.

Bernice, soror Agrippae, postremi regis Iudaeorum. Iosephus lib. 13. cap. 11. antiquit. Iudaeicarum. fit Bernices mentio Actor. uigesimo quinto & uigesimo sexto.

Bernice, eleganter, uel electe commota, uel filius innocens, ex Syro Hebraeoq; compositum. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Bercea, ciuitas in Macedonia, quae uerbum Domini nobiliter accepit. Idem de locis Actorum apostolorum.

Bercea, filius eius, Syrum est. Idem in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Berota, putei eius. Philo in interpretationibus nominum de Ezechiele.

Beroth, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

Beroth, putei. Philo in interpretationibus nominum de Deuteronomio & Iesu Naue.

Berotha, locus in finibus terrae Chanaan, uersus Septentrionem. Ezechiel. 47.

Berothi, putei. Philo in interp. nomin. de 2. Reg. Berla rex Gomorrae. Genes. 14.

Bersabee, in tribu Iuda siue Symeonis est usq; hodie uicus grandis in uicesimo a Chebron milliaro, uersus austrum, in quo & Romanorum militum praesidium positum est. A quo loco termini Iudae terrae incipientes tendebantur usq; ad Dan, quae iuxta Paneadem cernitur. Interpretatur uero Bersabee puteus iuramenti, eo quod ibi Abraham & Isaac foedus cum Abimelech sociauerunt iurantes. Nec mouere debet quempiam, si interdum ciuitates Iudae easdem in tribu Symeonis uel Benjamin reperiatur. Tribus enim Iuda bellicosissimis uiris pollens, & crebro aduersarios superans, in omnibus tribubus tenuit principatum: & idcirco etiam aliarum tribuum sortes in eius interdum funiculo nuncupantur: alioquin in medio tribus Iudae habitasse Symeonem, Scriptura manifestissime docet. Eusebius de locis Hebraicis.

Bersabee interpretatur filia potentis, uel puteus septimus. Autor operis imperfecti homin. 1. in Matth.

Bersabee, puteus satietatis, uel puteus septimus. Philo in interp. nomin. de Genesi & 1. Reg.

Berzellai, Galaadites, homo diues, qui Dauid fugientem in exilium, cum exercitu pauit. 2. Sam. 17. 19. 1. Reg. 1.

Berzellai, ferrum meum. Philo in interp. nomin. de 2. Reg.

Besalan, ad quem locum Dauid praedae partem misit. Eusebius de locis Hebraicis.

Besechar, oppidum tribus Iuda, patria matris Iosiae. 2. Reg. 22.

Beseleel, artifex a Deo delectus ad fabricationem tabernaculi Mosaiici. Exod. trigesimo primo & trigesimo sexto.

Beseleel, in umbra Dei. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Beses, in ipso floruit, uel absciso. Idem ibidem de 1. Reg.

Belor, turris ad quam uenit Dauid. Eusebius de locis Hebraicis.

Besor, torrens, ad quem uenit Dauid. 1. Samuelis trigesimo.

Beltiae producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terrae, &c. Nominem bestiarum, omne quicquid ore uel unguibus seruit, exceptis serpentibus, constat esse comprehensum. Iunilius in 1. Genesis.

Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, etc. Quae sunt istae bestiae? Nempe ille de quibus Psalmista precatur, dicens: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. & in alio loco increpa seras calami. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Beth, in tribu Symeonis. Eusebius de locis Hebraicis.

Beth, domus. Philo in interpretationibus nominum de Psalterio.

Beth domus significat. Eusebius lib. 10. cap. 2. de preparatione Euangelica.

Bethabara, locus ad Iordanem, ubi Ioannes baptisabat. Ioan. 1.

Bethabara si interpreteris, est domus instructionis. Bethania uero domus obedientie. Origenes tom. 8. in euangelium Ioannis.

Bethaben, domus inutilis, uel domus idoli. Philo in interpret. nomin. de Osee.

Bethacad, uicus Samarie ad quem uenit Hieu rex Israel, qui in latissimo campo situs, non amplius quindecim millibus a legionis oppido separatur, pro quo Aquila interpretatur domus curuantium. Symmachus domus singulorum, eo quod angustus & humilis introitus singulos tantum, & nec ipsos stantes ingredi sustineret. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethacaris, uicus in tribu Benjamin. 1. Reg. 1. Hierem. 6.

Bethafeleth, domus salutis. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethafue, domus mali, ab arbore. Id. ibid.

Bethagan, uia per quam Ochoziam fugisse legitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethagan, domus horti. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Bethagla, oppidum inter Iordanem & Galgala situm. Ios. 1. 9. 18.

Bethagla, domus festiuitatis eius. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethaglam, domus festiuitatis eorum. Id. ibid.

Bethagon, locus in quo duae tribus Zabulon & Issachar habent confinia. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethaim, in tribu Benjamin iuxta Gai & Bethel contra Machmas: licet plerique eandem putent esse Bethel. Id. ibid.

Bethalla, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Bethalon, in tribu Benjamin, pro qua Symmachus interpretatur in campestribus. Id. ibid.

Bethaloth, in tribu Iuda. Id. ibid.

Bethana, in tribu Neptalim, & est uilla nomine Bethanea in quindecimo a Caesarea lapide, in qua dicuntur lauacra esse salubria: quam & supra sub nomine Aree posuimus. Id. ibid.

Bethanab, domus humilitatis, uel domus respondens. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethanamra, domus pardorum, siue domus amaritudinis. Id. ibid. de Numeris & Iesu Naue.

Bethanam, domus gratiae aut doni. Id. ibid. de 3. Regum.

Bethanath, oppidum in tribu Neptalim. Ios. 19. Iud. 1.

Bethanath, oppidum in tribu Iuda. Ios. 1. 5.

Bethania, uilla in secundo ab Aelia milliario, in latere montis oliueti, ubi Saluator noster Lazarum suscitauit. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethania, domus afflictionis eius, uel domus obedientie. Hieronymus in interpr. nomin. de Marth.

Bethania domus obedientie interpretatur. Origenes in 21. Matth. Hieronymus ibid.

Bethania, ut Ioannes euangelista inquit, patria Lazari, & Mariae, & Marthae, quindecim stadiis a Hierosolymis distat. Origenes tom. 8. in euangelium Ioannis.

Bethanoth, domus praecinentium. Philo in inter

pretationibus nomin. de Iesu Naue.

Bethaphu, in tribu Iuda uicus trans Raphaim millibus quatuordecim euntibus Aegyptum, qui est terminus Palestinae. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethara, quod interpretatur domus aquae siue putei, quam in expeditione bellandi occupauit Gedeon. Eusebius de locis Hebraicis.

Betharaba, pro qua Symmachus transtulit in locis, quae iuxta inhabitabilem sunt, significans eremum. Id. ibid.

Betharaba, urbs tribus Benjamin. Ios. 18.

Betharaba, domus humilis, uel uesperae. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Betharaba, domus multa, uel grandis. Id. ibid.

Betharam, urbs in tribu Gad. Num. 32. Ios. 1. 2.

Betharam, domus sublimium, siue motuum. Id. ibid.

Betharan, domus irae, seu arcae, uel montium, aut ascensus humilium. Id. ibid. & de Numeris.

Bethalepta, ubi terga uertit Madian. Id. ibid.

Bethasimoth, domus deserta, uel domus adducens mortem. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethauen, dicta est Bethel, postquam Ieroboam aureum uitulum & impiū cultum instituerat. 1. Reg. 12. Osee. 4. 5. 10. Ex Ios. 7. apparet diuersas etiam urbes fuisse Bethauen & Bethel.

Bethauen, domus inutilis. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethaara, trans Iordanem ubi Ioannes in poenitentiam baptisabat: unde & usq; hodie plurimi de fratribus, hoc est de numero credentium, ibi renasci cupientes, uitali gurgite baptizantur. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethacaon, domus sculpturae. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Bethchar, domus agnitionis, uel agni. Id. ibid. de 1. & 2. Reg.

Bethcur, usque ad hunc locum populus Israel fugientes persecutus est alienigenas, appellans eum lapidem adiutorij. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethdagon, in tribu Iuda: sed & usq; hodie grauis uicus Capherdago inter Diospolim & Ianniam demonstratur. Id. ibid.

Bethdago, in tribu Aser prope Ptolemaida. Ios. 19.

Bethdagon domus tritici. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Bethel, uicus in duodecimo, ab Aelia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, quae primum Luza, id est, amygdalum uocabatur. & cecidit in sortem tribus Benjamin iuxta Bethan & Gai, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Porro quod quidam putant secundum errorem Graecorum uoluminum Valamauas antiquitus nuncupatam, uehementer errant. Verbum quippe Hebraeum, & nomen ipsius enititule praeuiter misuerunt, cum ulam significet prius, id est, piper, Luza uero amygdalum, & sit sensus: Vocabatur autem Bethel prius Luza. Necnon & hoc quod Bethauen aliud oppidum suspicantur. Hebraei putant eandem esse Bethel. Sed ex eo tempore quo ibi ab Hieroboam filio Nabat uituli aurei fabricati sunt, & a decem tribubus adorati, uocatum esse Bethauen, id est, domum

domum idoli, quæ ante uocabatur domus Dei. Euseb. de locis Hebraicis.

Bethel, domus Dei. Philo in interpretatione nomin. de Genesi.

Bethel interpretatur domus Dei. Origenes homil. 5. in lib. Iudicum.

Bethel nomen diuinas diuitias Latina lingua significat. Iosephus libro primo, capite 27. antiquitatum Iudaicarum.

Bethemech, quod interpretatur Symmachus locum uallis. Est autem fortis Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethemech, domus uallis. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Bethen, oppidum in tribu Aser. Ios. 19.

Bethen uenter. Philo in interpretationibus nomin. de Iesu Naue.

Bethesda, piscina in Hierusalem, quæ uocabatur *βηθεζαβαϊ*, et à nobis interpretari potest pecualis.

Hæc quinque quondam porticus habuit, ostendunturque gemini lacus: quorum unus hybernis pluuijs adimpleri solet: alter mirum in modum rubens, quasi eruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eos lauare à sacerdotibus solitas ferunt: unde et nomen accepit. Eusebius de locis Hebr.

Bethseor, domus oris pellium. Id. ibid.

Bethsefe, domus oris florentis. Id. ibid.

Bethgamul, oppidum terræ Moab. Hierem. quædragesimo octauo.

Bethiesimoth, oppidum in planicie Moabidos regionis, non procul à Iordane, attributum filijs Ruben. Ios. 13.

Bethim, domibus. Philo in interpretat. nomin. de libris Regum.

Bethlabaoth, in tribu Symeonis. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethlabaot, domus uenientium. Idem ibidem de Iesu Naue.

Bethlehem, ciuitas David, in sorte tribus Iudæ, in qua Dominus noster atque Saluator natus est, in sexto milliario ab Aelia contra meridiana plagam, iuxta uiam quæ ducit Chebron, ubi et sepulchrum Iesse et David ostenditur: et mille circiter passibus, procul turris Ader, quæ interpretatur turris gregis, quodam uaticinio pastores dominicæ natiuitatis conscios ante significans. Sed et propter eandem Bethlehem, regis quondam Iudæ Archelai tumulus ostenditur, qui semita ad cellulam nostram è uia publica diuertentis principium est. Vocatur autem Bethlehem et filius Ephrate, id est Mariæ, ut in Paralipomenon plenius legimus. Id. ibid.

Bethlehem, in tribu Zabulon, ad cuius distinctionem, altera Bethlehem appellatur Iudæ. Ios. 19. Id. ibid.

Est Bethlehem ex interpretatione, domus panis. Id. lib. 7. demonstr. 5. de demonstr. Euangelica.

Bethmach, usque ad hanc persecutus est Iob per duellum Sabe, et post hæc eam ab Assyriorum rege captam legimus. Est autem ascendentibus de Eleutheropoli Aeliam in octauo lapide, nunc uilla quæ Me-

chanum dicitur. Id. de locis Hebraicis.

Bethmacha, domus humilis, uel sori, uel tributi. Philo in interp. nomin. de 2. Reg.

Bethmaon, oppidum est Moabitarum. Hier. 48.

Bethmarchaboth, oppidum in tribu Symeon. Ios. 19.

Bethmarchaboth, domus quadrigarum. Philo in interpretationibus nomin. de Iesu Naue.

Bethnath, in sorte tribus Neptalim. Sed nec de hac pristinos accolat trib. Neptalim ualuit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethnembra, oppidum tribus Gad. Num. 32. Ios. 13.

Bethoron, urbs in tribu Ephraim, non procul ab Emmaus, à Salomone munita. 2. Par. 8. fit eiusdem mentio Ios. 10. 21. Sunt due urbes hoc nomine in tribu Ephraim, Bethoron inferior et superior.

Bethoro, domus iræ. Philo in interp. nomin. de 2. Regum.

Bethphage, uillula in monte oliueti, ad quam uenit Dominus Iesus. Matth. 21. Eusebius de locis Hebr.

Bethphage, domus oris uallium, uel domus buccæ, Syrum est non Hebræum, quidam putant domus maxillarum uocari. Hier. in interp. nomin. de Matth.

Bethphage, interpretatur domus maxillarum. Erat autem uilla sacerdotum, quoniam maxilla propria pars erat sacerdotum ex lege. Origenes in 21. Matth.

Bethphage si interpreteris, uocare potes, domum maxillarum sacratam. Id. tom. 1. in Ioannem.

Bethphales, in tribu Issachar. Ios. 19. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethphelleth, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Bethroob, domus platearum. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg.

Bethsabee, uxor Uriæ, quam David arte interfecto marito rapuit, propter quod adulterium, deinde in horrendas calamitates incidit, et in exilium pulsus est. Ps. 50. 2. Sam. 11.

Bethsabee, filia Sathiritatis: ita tamen ut prima correpta sit syllaba: alioquin ubi producitur, semper domus interpretatur. Philo in interp. nomin. de 2. Reg.

Bethsabee, filia iuramenti: per breuem primam syllabam legendum est. Id. ibid. de 3. Reg.

Bethiatifa, unde uenit homo cum muneribus ad Heliseum prophetam. Est autem uilla in finibus Diospoleos, quindecim ferme ab ea millibus distans, contra septentrionem in regione Tannitica. Eusebius de locis Hebraicis.

Bethsames, in tribu Issachar, non procul à Capernaum. Ios. 19. (Reg.)

Bethsames, domus solis. Philo in interp. nomin. de 3.

Bethsamis, ciuitas sacerdotalis in tribu Benjamin: quæ usque hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo milliario contra orientalem plagam. Ios. 21. Euseb. de locis Hebr.

Bethsamis altera, in tribu Neptalim, in qua cultores pristini permanserunt. Ios. 19. Id. ibid.

Bethsamis, domus solis. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Bethsan, ex hoc oppido tribus Manasse accolae pristinos non potuit expellere: & nunc appellatur Scythopolis, urbs nobilis Palaestinae, quam interdum Scriptura cognominat domum San, quod in nostra lingua interpretatur inimicus. Euseb. de locis Hebraicis.

Bethseca, oppidum in tribu Manasse, cis Iordanem, non procul à fonte Cifon fluminis. Iud. 7.

Bethsur, in tribu Iuda, siue Benjamin: & est hodie Bethsoron uicinus euntibus nobis ab Aelia Chebron in uicesimo lapide, iuxta quem fons ad radices montis ebulliens, ab eadem, in qua gignitur, sorbetur humo. Et Apostolorum acta referunt eunuchum Candacis reginae in hoc esse baptizatum à Philippo. Est & alia uilla Bethsur in tribu Iuda, mille passibus distans ab Eleutheropoli. Euseb. de locis Hebraicis.

Bethsur, domus robusti. Philo in interpretationibus nominum de Iesu Naue.

Bethsura, arx munita, cuius in historia Maccabaeorum crebra mentio fit. Absuit à Hierosolymis quinq; stadijs uersus meridiem. secundo Maccab. 11. 1. Maccab. 4. 6. 9. 10. 11. 14.

Bethul, urbs in tribu Symeon. Ios. 19.

Betula, uirgo. Id. ibid. de Iesu Naue.

Bethulia, urbs exigua, diuinitus defensa aduersus Holofernem. In historia Iudith. Sita autem est prope mare Genesareth seu Tyberiadis, uersus occasum in tribu Manasse.

Bethulia, dolens domus Dei. Philo in interpretat. nomin. de Hieremia.

Bethzaida, ciuitas est Galilaeae, Andreae, Petri et Philippi apostolorum, prope stagnum Genesareth. Ioann. 1. Euseb. de locis Hebr.

Bethzaida, domus frugum, uel uenatorum. Hieronymus in interp. nomin. de Matth.

Bethzachara, oppidum in tribu Benjamin. 1. Macch. 6.

(Macch. 7.)

Bethzecha, nomen loci uicini Hierosolymae. 1.

Betomin, urbs tribus Gad. Ios. 13.

Bezech, urbs regis Adonibezech: & hodie duae uillae sunt nomine Bezech, uicina sibi in decimosextimo lapide à Neapoli descendentibus Scythopolim. Euseb. de locis Hebraicis.

Bezech, fulgur, uel contemptus uanus siue micans. Philo in interp. nomin. de lib. Iudicum.

## B I

Bithynia, prouincia Asiae minoris, quae & quondam Bibraia, & deinde Mygdonia dicta est. Et maior Phrygia, Iera flumine à Galatia determinata, habet ciuitatem eiusdem nominis. Hieronymus de locis Actorum apostolorum

Bithynia, filia speciosa, siue inutilis. Id. in interp. nomin. de Actis apostolorum. (de 1. Petri.)

Bithynia, uirguncula, aut filia Domini. Id. ibidem

## B L

Blasphemia spiritus. Ipsa impoenitentia est spiritus blasphemia, quae non remittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Augustinus serm. 11. de uerbis Domini.

Hae impoenitentia: sic enim uno aliquo nomine possunt utrumq; appellare & blasphemiam & uer-

bun contra S. sanctum quod remissionem non habet in aeternum. Id. ibid.

Hae blasphemia spiritus cui nunquam est ullae remissio, quoniam non omnem, sed quandam intelleximus, eamq; perseverantem duritiam cordis impoenitentis, & c. Id. ibid.

Et clamor, & blasphemia auferatur à uobis & c. Blasphemia non solum aperta est, & de ira nascitur: sed & absq; ira sedata mente profertur: si autem mundi istius quispia gubernatione causetur, & dicat: illud sic esse debuit: hoc uero esse sic debuit: aut certe in ecclesia constitutus, & credens in Deo, labatur in dogmatibus, quae ignorare non licitum est, aliter de Patre & filio & S. sancto sentiens, quam rei ipsius ueritas habet: nõ ita credens in resurrectione mortuorum, ut Scripturae docent: uel certe alienae inuidens sapientiae, eum male sentire commemoret, qui catholicae fidei est: & rursum haeticum pro adulatione, quae sibi obsequitur, catholicum esse contestans, qui dicit dulce amarum, & amarum dulce. Hieronymus in 4. ad Ephes.

Opera filij Dei diabolo applicare, blasphemare est filium Dei, uel S. sanctum. Autor operis imperfecti homil. 30. in Matth.

Blastus, cubicularius Herodis Agrippae regis Iudeorum. Act. 12.

Blastum, habentem lucrum. Hieronymus in interpretationibus nomin. de Actis apostolorum.

## B O

Boanerges. Filij Zebedaei Boanerges, ex firmitate & magnitudine fidei, nominati sunt. Hieronymus in 16. Matth.

Bocci, filius Iogli, ex tribu Dan. Num. 34.

Bochorach, primogenitus tuus. Philo in interp. nomin. de 1. Reg.

Bochori, primogenitus meus. Id. ibid. de 2. Reg.

Bochri, pater Sibae seditiosi. 2. Sam. 20.

Boem, oppidum in simbus tribus Benjamin prope Iordanem. Ios. 15.

Bola, in tribu Symeonis. Euseb. de locis Hebr.

Bonitas. Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum. Arbitror hic apostolum dicere, neminem fecisse bonitatem, hoc est, à nullo eam ad perfectum, & ad integrum consummatam. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Persuasum enim & ipse ego de uobis habeo fratres mei, quod & ipsi pleni estis bonitate. Videtur mihi hoc loco uniuersalem ita uocare uirtutem. Chrysostomus serm. 29. ad Romanos.

Bonus quid est, nisi plenus bonitatis? Nemo bonus, nisi solus Deus. Ambrosius in 18. Lucae.

Si requiramus qui sit uere bonus, & qui perfectam fecerit bonitatem, illum inueniemus solum qui dicit: Ego sum pastor bonus. Et iterum: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Non est ille bonus, qui interrogat de bono, sed qui facit quod bonum est. Autor operis imperfecti homil. 33. in Matth.

Boni. Boni sunt, in quibus spes fidei est. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Bonum

**Bonum.** Idem est bonum & iustum. Quicquid enim iustum est, hoc & bonum est. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra hereses.

Est bonum quod faciat bonum, & est bonum unde facias bonum. Bonum quod facit bonum, Deus est. Non enim facit hominem bonum, nisi ille qui semper est bonus. Ergo ut sis bonus, Deum inuoca. Aliud autem bonum est unde facias bonum, id est, quicquid habueris. Aurum est, argentum est, bonum est, non quod te faciat bonum, sed unde facias bonum. Augustinus serm. 5. de uerbis Domini.

Bonum non est, nisi quod fieri præcepit Deus. Arnobius in Ps. 139.

Scriptura ipsum bonum nihil aliud esse docet, quàm ipsum Deum. Bonus enim, inquit, Dominus omnibus sustententibus eum. Et. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et Saluator: Cur me inquit, dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Eusebius lib. 11. cap. 11. de præparatione Euangelica.

Ne uestrum igitur bonum blasphemetur. Bonum hic aut fidem dicit, aut futuram præmiorum spem, aut perfectam pietatem. Chrysostomus sermone uigesimo sexto ad Romanos.

Bonum uestrum est dilectio, fraterna charitas, unitas, colligatio, cum pace & mansuetudine uiuere. Idem ibidem.

Non ergo blasphemetur bonum uestrum. Hoc est, doctrina dominica cum sit bona & salutaris, non debet per rem frivolum blasphemari. Blasphematur autem cum dubitatur de Dei creatura. Potest & sic intelligi bonum nostrum blasphemari, quia qui bona opera habet, si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum obfuscat, & incipiet bonum eius blasphemari per malum eius, sicut scriptum est in Ezechiele: Iusticia iusti non proficiet, si errauerit. Tale est, si quis decorus forte habeat in fronte, aut nasum collisum unde deformatur species eius. Ideoq; illa monet se standi, quæ bonis reliquis non tollant fauorem. Ambrosius in 14. ad Romanos.

Quam speciosi pedes euangelizantium pacæ, euangelizantium bona. Quæ bona sunt, quæ euangelizant, hoc est quæ annunciant, uideamus. Quæuis hoc ipsum quod dicit euangelizare, interpretetur bonum annunciare, quæ sunt tamen bona quæ bonis addidit, requiramus. Unum & uerum bonum est, Deus, cuius imago bonitatis eius est filius, & spiritus eius, qui dicitur bonus. Istud ergo unum bonum, quia in Deo patre, & filio, & S. sancto est, bona nominauit: hoc est enim quod annunciant euangeliste, secundum præceptum Domini & Saluatoris nostri, dicentis: Ite, docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine Patris, & filij, & S. sancti. Hæc sunt ergo euangelizantium bona. Origenes libro octauo ad Romanos.

Summum bonum est æterna uita. Hæc autem est æterna uita, ut cognoscant homines unum solum uerum Deum, & filium eius Iesum Christum. Idem ibidem libro tertio.

Proprie (ut sacrae literæ uolunt) bona, uirtutes sunt, & quæ ex uirtute geruntur: quemadmodum &

proprie mala, quæ sunt uirtuti contraria. Idem lib. 6. contra Celsum.

Bona illa sunt, quæ sunt spiritualia, diuina, celestia, quæ nos ad Dominum ducunt, quæ nobiscum apud Deum perpetua possessione permanent. Cyprianus de habitu uirginum.

Bona. Abusiue quæ corporis sunt & externa nonnulla in bonis haberi solent, quæ ad naturalem hanc uitam contulerint: quæ uero uitæ officiant & aduersentur, mala credi. Sic enim Iob uxorem alloquitur: Si enim bona accepimus de manu Domini, mala autem cur non sustineamus? Origenes lib. 6. contra Celsum.

Bona pro malis. Ori meo custodiam posui, obsurdus & humiliatus sum, & filius à bonis. Quod à bonis dicit, pro à malis, intelligendum est. Solet enim diuina Scriptura, quando de Deo aliquid dicitur, melioribus uti uerbis. Cyrillus libro duodecimo, cap. 21. in Ioannem.

Ei qui se catechizat in omnibus bonis. Bona in præfenti loco iuxta uulgi consuetudinem, moremq; communem, uictum & uestitum, & cætera quæ homines inter bona numerat, appellauit. Habentes enim uictum & uestitum, his contenti simus. Nec mirum si Paulus ea, quæ erant corpori necessaria, boni appellatione signauit: cum etiam Saluator noster ad eos, qui necdum ad uirtutum culmen ascenderant, sed adhuc humilius incedebant, & sibi addi posebant fidem, dixerit: Si ergo uos cum mali sitis, scitis bona data dare filiis uestris: quanto magis Pater uester celestis, dabit bona petentibus se? Ego puto & Iob cum ad uxorem, quasi unam de insipientibus mulieribus loqueretur, respectu eius, quæ ita putabat de corporalibus diuitijs loquutum: Si bona accepimus de manu Domini: et rursum de angustijs, & pressuris, & tentatione, quæ uictoriam afferant: Quare mala non sustineamus? Cum utiq; mala & bona non in diuitijs & pressuris, sed in uirtutibus ponantur & uitijs, ut iustus loquitur in Psalmo: Quis est homo, qui uult uitam, cupit uidere dies bonos? prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, declina à malo, et fac bonum. Proprie malum dicitur, quod uitandum est: bonum, quod facere debemus. Diues quoq; ille in euangelio, qui mali & boni scientiam non habebat, recte agrorum ubertatem bona arbitratur, dicens: Anima, habes bona posita in annos multos, quiesce, comede, bibe, & letare. Et alius, qui iacebat in purpura, & delictijs affluebat, audit apud inferos ab Abraham: Recepisti bona in uita tua. Hieronymus in 6. ad Galatas. Omnia quæ sunt uel aguntur, aut bona sunt, aut mala, aut indifferentia. Bona illa certum est proprie dici, quæ ad uirtutes animi pertinent: & mala ea sola defini, quæ ad malitiam spectant, contra legem Dei aguntur: cætera uero indifferentia esse, id est neq; bona nec quæ ad uirtutem animi pertinent, neq; mala nominanda, ut sunt diuitiæ, species corporis & sortitudo uel proceritas, atq; ea quæ corporis usibus seruiunt. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Sin autem me audieritis, bona terræ comedetis. Bona terræ humana bona nominans, formã, diuitias, sanitatem, uires, & alimentum. Verè enim bona sunt, ea quæ



ea quæ neq; auris audiuit, neq; unquam in cor ascenderunt. Clemens Alexandrinus libro tertio pædagogici capite decimo.

Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est. Bonum operatur, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ suæ, ut spiritualibus panibus impleatur, & possit commodare esurienti, & necessitatem sustinenti, dans in tempore cibaria conseruis suis. Hieronymus in quartam ad Ephessos.

Prouidemus enim bona non solum coram Deo, uerum etiam corâ hominibus. Prouidet bona corâ Deo, dum quod iubet Deus, circa ministerium sanctorum uel pauperum fieri docet. Coram hominibus uero prouidet bona, quia tales mittit ad hoc opus exhortandum, qui probitate sua non faciant eis scandalum, sed prouocent eos, ne bona doctrina Apostoli per improvidos ministros eius in uituperationem caderet. Ambrosius in 8. 2. ad Corinthios.

Boon, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

Boon, pollex, uel in medio. Philo in interpre. nom. de Iesu Naue.

Booz, maritus Ruth Moabitidis, ex qua genuit Obed, auum Dauidis regis. Ruth 2. 3. 4.

Booz, nomen columnæ in porticu templi Salomonis 1. Reg. 7.

Booz interpretatur in uirtute, uel uirtus in ipso, siue praualens. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matthæum.

Booz, in fortitudine, uel in quo uirtus. Philo in interpre. nomin. de libris Iudicum, Ruth & 3. Reg.

Booz, in quo robur, uel in ipso fortitudo sed melius in fortitudine. Hieronymus ibid. de Matth.

Borconni, quod uertit Aquila in spinas, & Symmachus in tribulos. Eusebius de locis Hebr.

Borooth, in tribu Benjamin, idem ibidem.

Boses, nomen Petri. Idem ibidem.

Bosor, urbs sacerdotalis & fugitiuorum, in tribu Ruben. Deuteron. 4. Ios. 20. 21. in regione Galaad 1. Macch. 5.

Bosor, in angustia, uel tribulatio. Philo in interpre. nomin. de Deuteronomio & Hieremia.

Bosor, in tribulatione, aut carneus, siue pelliceus. Hieronymus ibid. de secundo Petri.

Bosori, annunciatio uel caro. Philo ibidem de primo Regum.

Bosra, urbs Idumææ. Genes. 36. Hieremia 49. Amos 1. Esai. 63.

Bosra, oppidum terræ Moab. Hier. 48.

Bosra, ciuitas Leuitarum in tribu Manasse. Ios. 21.

Bosra, in tribulatione, uel angustia. Philo in interpre. nomin. de Genesi & Esai.

Boz, in terra Cedar, sicut scribit Hieremias. Eusebius de locis Hebraicis.

Βραβρωται. Nemo uos seducat. Græci appellant Βραβρωται, iudices eorum, qui decertant in certaminibus.

Si enim ipsi qui uincunt, suadent sententiam uictoriam. *ἡ γὰρ Βραβρωται* autem est Βραβρωται, hoc est, iudicis certatorum male fungi officio, & quæ uictori-

bus debentur præmia, iniuste tribuere. Theodoretus in secundo ad Colossenses.

Brachium. Maledictus homo, qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à Domino discedit cor eius. Brachium pro potentia posuit operandi. In nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij sui, qui potentiam fragilem atq; inuolidam, id est, humanam sibi sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat à Domino. Augustinus lib. de gratia & libero Arbitrio cap. 4.

Brauium. Ad brauium superne uocationis Dei. Brauium appellauit premium. Theodoretus in 3. ad Philippenses.

Bubastus, ciuitas Aegypti, iuxta Ezechielem cap. 30. Eusebius de locis Hebraicis.

Bubastus, os uel labium experimenti. Philo interpre. nomin. de Ezechiele.

Bulgerminis. Idem ibidem de 3. Reg.

Buthan conuallis appellatur. Origenes homil. 27. in Numeros.

Buz, filius Nachor fratris Abraham. Genes. 22.

Buz, urbs Idumææ. Hier. 22.

Buz, despiciens, siue contemnens, uel despectus, siue contemptus. Philo in interpretation. nomin. de Genesi & Hieremia.

Buzi, pater Ezechielis propheta. Ezech. 1.

Buzi, despectus siue contemptus, uel contempsit me. Philo in interpre. nomin. de Iob, & Ezechiele.

Buzi interpretatur contemptus. Origenes homil. prima in Ezechielem.

Buzites, cōtemptibilem. Philo in interpretation. nominum de Iob.

Byblos, ciuitas Phœnicis, cuius meminit Ezechiele, pro qua in Hebræo continetur Gobel. Eusebius de locis Hebraicis.

## C A



Aath, filius Leui, auus Moysis & Aaronis. Gen. 46. Exod. 6. Num. 4.

Caath, molares dentes, siue patientia uel dolans aut componens. Philo in interpretation. nomin. de Genesi & Exodo.

Caath, est confirmatio, uel patientia. Origenes homil. 27. in Numeros.

Cabba, Syriaca lingua, scortationem significat, Hebræa uero occisionem. Et rursus exponitur, quarta pars mensuræ. Epiphanius, libro primo tom. 2. contra Hæreses.

Cabalaam, præcipitauit. Philo in interpre. nomin. de libris Regum.

Cabrothalia. Hactenus locus ipse cognominatur Cabrothalia, quod interpretari potest, desiderij sepultura. Iosephus lib. 1. cap. 16. antiq. iud. iudic.

Cableel, oppidum tribus Iuda, in finibus Idumææ, Ios. 15. patria Banaia, capitanei Dauidis. 2. Sam. 23.

Cabseel, congregatio Dei. Philo in interpretation. nomin. de secundo Regum.

Cabul, ciuitas in tribu Aser. Ios. 19.

Cabus ex lingua Hebræa, diuersa mensura est, hoc est quarta pars modij.

**Cœnix** autem, & **Hypse**, una mensura est, sed dupli-  
plici nomine appellatur, est autem duorum sextario-  
rum, & aliquantule partis. Epiphanius lib. de mensu-  
ris & ponderibus.

**Cadaver**, quippe à casu nomen accepit. Vbiunq;  
fuerit cadaver, illic congregabuntur aquilæ. Origenes  
homil. 16. in Lucam.

**Cademoth**, desertum, ex quo loco misit legatos  
Moyse ad Seon regem Amorrhæorum. Eusebius de lo-  
cis Hebr.

**Cademoth** altera, ciuitas filiorum Ruben. Id. ibid.

**Cademoth**, à principio mortis, siue principiu mor-  
tis. Philo in interpr. nom. de Deut.

**Cades**, ubi fons est iudicij, & **Cadesbarne** in de-  
serto, quæ coniungitur ciuitati Petra in Arabia, ibi oc-  
cubuit Maria: & Moyse rupe percussa, aquam sitienti  
populo dedit. Mōstratur ibidem usq; in presentē diem  
sepulchrū Mariæ, sed & principes Amalech ibi à Cho-  
dorlaomor cæsi sunt. Id. ibid.

**Cades**, sancta, siue mutata, uel commutatus, siue san-  
ctus. Philo in interpret. nomin. de Genesi, Exod. & Nu-  
meris.

**Cades**, sanctitudo, uel sancta, siue mutata aut immu-  
tata. Id. ibid. de Iesu Naue & Psalterio.

**Cades**, mutata, uel mutatus. Idem ibidem de Eze-  
chiele.

**Cades** interpretatur sanctificatio, uel sanctum. Ori-  
genes homil. 19. in Numeros.

**Cadesbarne**, commutatus, electus, uel mutabilis.  
Philo in interpr. nom. de Numeris.

**Cadesbarne**, commutata, electa, siue sanat electe.  
Id. ibid. de Iesu Naue.

**Cadumim**, commutati, siue effœminati. Id. ibid. de  
libris Regum.

**Cadomi**, torrens, iuxta quem Debora bellum gef-  
sit. Eusebius de locis Hebr.

**Cadranes**, caligo uel tenebra, quem nos per q. li-  
teram quadrantem dicimus. Hieronymus in interp. no-  
min. de Matth.

**Cadumim**, Iud. 5. Torrens Cadumim, id est, anti-  
quus, id est, Cison.

**Cæci**. Et ecce duo cæci &c. Cæcos appellat, qui  
necdum dicere poterant: In lumine tuo uidebimus lu-  
men. Hieronymus in 20. Matth.

**Cæsar**. Reddite quæ sunt cæsaris cæsari. Cæsarem  
non putemus Augustum, sed Tyberium significari pri-  
uigium eius: qui in locum successit ipsius, sub quo pas-  
sus est Dominus. Omnes autem reges Romani, à primo  
Caio cæsare qui Imperium arripuerat, cæsares appel-  
lati sunt. Hieronymus in 22. Matth. & c.

**Cæsar**, possessio principalis. Id. in interpr. nom. de  
Luca.

**Cæsareæ** ciuitates duæ sunt in terra promissio-  
nis. Vna Cæsareæ Palæstinæ in litore magni maris sita  
est, quæ quondam Pyrgos, id est turris Stratonis dicta  
est: sed ab Herode rege Iudææ, nobilior & pulchrior  
& contra uim maris multo utilior instructa, in hono-  
rem cæsaris Augusti Cæsareæ cognominata est: cui e-  
nam templum in ea marmore albo construxit: in qua  
nepos eius Herodes ab angelo percussus, Cornelius

centurio baptisatus, & Agabus propheta zona Pauli  
ligatus est. Altera uerò Cæsareæ Philippi, cuius Euan-  
gelij scriptura meminit, ad radices montis Libani, ubi  
Iordanis fontes sunt, à Philippo tetrarcha eiusdem re-  
gionis facta, & in honorem Tyberij cæsaris cognomi-  
nata est. Sed & tertia Cæsareæ, Cappadociæ metropo-  
lis est, cuius Lucas ita meminit: Profectus ab Epheso,  
& descendens Cæsaream, ascendit & salutauit eccle-  
siam. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Uenit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Philippus  
iste est frater Herodis, tetrarcha Ituræ & Trachoniti-  
dis regionum: qui in honorem Tyberij cæsaris, Cæsa-  
ream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit: et  
est in prouincia Phœnicis: imitatus Herodem patrem,  
qui in honorem Augusti cæsaris appellauit Cæsaream,  
quæ prius turris Stratonis uocabatur: & ex nomine fi-  
liæ eius Iuliam trans Iordanem extruxit. Ille locus  
est Cæsareæ Philippi, ubi Iordanis oritur ad radices  
Libani: & habet duos fontes, unum nomine Ior, & al-  
terum Dan: qui simul mixti, Iordanis nomen efficiunt.  
Id. in 16. Matth.

**Cæsareæ**, possessio principalis. Id. in interpr. no-  
min. de Actis apostolorum.

**Cai**, interpretatur chaos. Origenes homil. 27. in  
Numeros.

**Cain**, filius Adæ, fratricida. Gen. 4.

**Cain**, possessio, uel acquisitio. Philo interpr. nom.  
de Genesi, Hieronymus ibidem de epist. Iudæ & He-  
bræos.

**Cain**, lamentatio. Philo ibid. de Iesu Naue.

**Cain** est possessio. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra  
hereses.

**Cain** apud Hebræos inuidia dicitur. Eusebius libro  
undecimo, capite quarto de Preparatione euange-  
lica.

**Cain** interpretatum, significat possessionem. Iose-  
phus libro primo, capite quarto antiquitatum Iudai-  
carum.

**Cainan**, filius Enos, pronepos Adæ. Genes. quin-  
to.

**Cainan**, lamentatio, uel possessio eorum. Philo in in-  
terpr. nom. de Gen.

**Cainan**, luctus aut lugens. Hieronymus ibidem de  
Luca.

**Caiphas**, summus sacerdos tempore ministerij et  
passionis Christi, à Valerio Grato præside Romano  
Pontifex constitutus erat, etiam si non erat ex Aaronis  
posteris, alio nomine Ioseph dictus. Vide Iosephum li-  
bro 18. cap. 4. 8. antiquit. Iudaicarum.

**Caiphas**, inuestigator, aut sagax, uel uomens ore.  
Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Caius**, hospes Pauli, & baptisatus ab eodem Co-  
rinth. 1. Cor. 1.

**Calaath**, Ecclesia uenit, uel uoces. Philo in in-  
terpr. nom. de Numeris.

**Calamum** quassatum confringere. Arundi-  
nem quassatam non confringet. Qui peccatori non  
porrigit manum, nec portat onus fratris sui iste cala-  
mum quassatum confringit. Hieronymus in 12. Mat-  
thæi.

**Calamo**, regio uicina urbi Babyloni, uel potius pars amplissime urbis Babylonis, quae fuit *ἡ γὰρ ἀνάθη*, Gen. 10. Esa. 10. Am. 6.

**Calceamentum Domini**. In Idum eam extendam calceamentum meum, mihi alienigenae subditi sunt. Calceamentum Domini, Euangelium dicitur: quod ita affectus nostros munit à noxijs huius mundi curis, & cupiditatibus, quae spinarum more pungunt: sicut calcei muniunt pedes corporis, & protegunt à uepribus, & sentibus acuminatis: & quemadmodum à pedibus nostris carnalibus munimenta calceorum, quascunq; molestias atq; Lesiones repellunt, ut si ne offendiculo uias quascunq; peragemus, haud secus Euangelica institutio uitam nostram & mores recte dirigit: ut tali praesidio circumfulti, peregrinationem huius mundi sine aliqua Lesione pertranseamus. Cyrillus lib. 5. cap. 9. in Ioannem.

**Caleb**, unus ex duodecim exploratoribus, à Mose missis ad considerandam terram Chanaan. Numerorum 13. 14.

**Caleph** interpretatur quasi cor. Origenes homil. 18. in Iesum Naue.

**Calicem quidem meum bibetis, & baptismo baptisabimini**. Adhuc querere oportet in loco, quid est calix, & quid est baptismum. Quasi distent enim ab inuicem, sic utrumq; est nominatum. Multi enim utrumq; dicunt ad passionem martyrii pertinere, non attendentes, quoniam nisi duos & diuersos intellectus ostenderet calix & baptismum, nunquam utrumque nominaretur. Nos autem & istam quidem traditionem non reprobamus, alteram autem statuimus: quoniam calix quidem ipsa passio intelligitur esse dolorum. Quod confirmatur non solum eo exemplo, quod dicit: Pater si possibile est, transfer calicem hunc à me, qui cum doloribus bibitur ab eo, qui suscepit certamen martyrii, donec biberit eum sustinens in tentatione martyrii uniuersa quae inferuntur: sed etiam eo quod in alio loco dicitur. Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Nihil enim dignum reddere possumus Deo pro omnibus bonis, quae fecit in nobis, nisi ut calicem salutare promp̄te accipiamus, & nomen Domini inuocemus, ut possumus magnanimit̄re bibere eum: in quo bibendo uota nostra reddimus Domino in conspectu omnis populi eius. Manifeste autem ostendit in his, quoniam calix martyrium est, ex eo quod statim propter bibitum calicem addidit, sic: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Intellectu autem omne martyrium duplex est, quorum unum uocatur calix salutaris, reliquum autem baptisma. Et hoc quidem quod quis perfert dolores, calix est quem bibit omnis, qui sustinet omnia sibi illata, nec reiecit, nec euomit aliquid eorum: quod autem quis in passione remissionem accipit peccatorum, baptismum est. Si enim baptismum indulgentiam peccatorum promittit, sicut accepimus de baptismo aquae & spiritus: remissionem autem accipit peccatorum, & qui martyrii suscipit ba-

ptisimum: sine dubio ipsum martyrium rationabiliter baptismum appellatur. Origenes in uigesimum Matthaei.

Potesis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Aut baptisate, quo ego baptisor, baptisari? Non est calix & baptisatum unum. Calix enim passio est, baptismum autem ipsa mors. Autor operis imperfecti homil. 35. in Matth.

**Calix**. Calicem in Scripturis diuinis, passionem intelligimus: iuxta illud: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et in Psalmo: Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Statimq; insert, quis iste sit calix. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Hieronymus in uigesimum Matthaei.

**Calix benedictionis cui benedicimus**, non ne communicatio sanguinis Christi est? Calicem benedictionis appellauit, quoniam cum praemanibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodam inenerrabilis doni laudamus, benedicentes quod sanguinem effudit, ne in errore permaneremus, neq; tantum effudit, sed nos omnes eius participes effecit. Chrysostomus homilia uigesimaquarta in primam ad Corinth.

**Caluariae**. Locus Caluariae dicitur, non qualemcunq; dispensationem habere, ut illic, qui pro hominibus moriturus fuerat, moreretur. Venit enim ad me traditio quaedam talis, quod corpus Adae primi hominis ibi sepultus est, ubi crucifixus est Christus: ut sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes uiuificentur: ut in loco illo qui dicitur Caluariae locus, id est locus capitis, caput humani generis resurrectionem inueniat cum populo uniuerso per resurrectionem Domini Saluatoris, qui ibi passus est, & resurrexit. Inconueniens enim erat, ut cum multi ex eo nati, remissionem acciperent peccatorum, et beneficium resurrectionis consequerentur, non magis ipse pater omnium hominum huiusmodi gratiam consequeretur. Origenes homilia uigesima septima in Matthaeum. Audiui quendam exposuisse Caluariae locum, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse, quia ibi anti qui hominis sit conditum caput: & hoc esse quod Apostolus dicat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, et illuminabit te Christus. fauorabilis interpretatio, & muleans aurem populi, nec tamen uera. Extra urbem enim & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & caluarie, id est, decollatorum, sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur uexilla martyrii. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus: sic pro omnium salute quasi noxius inter noxijs crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere uoluerit: ideo ibi Dominum crucifixum, ut sanguis ipsius super Adae tumulum distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi sint? Ex quo apparet Caluariam non sepulchrum primi hominis, sed locum significare decollatorum: ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Adam uero sepultus

pulum iuxta Hebron & Arbee, in Iesu filij Naue uolumine legimus Hieronymus in uigesimaseptima Matthaei.

Camelus, Duces caeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Camelum puto esse secundum sensum praesentis loci, & magnitudinem praceptorum iudicium & misericordiam, & fidem. Culicem autem decimas mente, anethi, & cymini, & reliquorum uulium olerum. Idem ibidem uigesimotertio capite.

Campalces aquae duodecim sextariorum aquae mensura est. At Campalces Heliae preparatus quatuor sextariorum mensura est. Cotyla dimidium sextarij est. Appellata est Cotyla, ab eo quod Sextarius in duas partes secetur. Cyathus est sexta pars sextarij. Scriptura Cyathos Medecoth appellat. At cola siue colatoria instrumenta Masmaroth uocat. Eodem autem nomine ambo usi sunt, nam & eundem usum & actionem exhibent. Epiphanius lib. de Mensuris & ponderibus.

Campus planicies terrae dicitur, cui cultura adhibetur & excolitur ab agricolis. Conualles uero saxosa magis & inculta indicant loca. Origenes homil. tertia explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Camon, ciuitas in qua sepultus est Iair, cum primum iudicasset populum israel. Iud. 10. Appellatur autem hodie uicus Cimana in campo latissimo sex milibus a legione ad septentrionalem plagam pergentibus Ptolemaidem. Eusebius de locis Hebraicis.

Camon, resurrectio inutilis. Philo in interpr. nom. de libro iudicium.

Camisaim, in tribu Ephraim. Eusebius de locis Hebraicis.

Camuel, filius Sephtan, diuisor terrae Canaan. Num. 34.

Camuel, resurrectio Dei, uel statio Dei, aut stabit Deus. Philo in interpr. nom. de Genesi & Numeris.

Canaan, uerbo, hoc est, motus eorum, uel negotiator, aut humilis. Id. ibid. de Genesi.

Canaa, in tribu Ephraim. Eusebius de locis Hebr.

Canasusq; ad Sidonem maiorem: est quippe & altera minor ad cuius distinctionem maior haec dicitur. Fuit autem Cana in tribu Aser, ubi Dominus noster atque Saluator aquam conuertit in uinum. Ioan. 2. Unde & Nathanael uerus Israelita Saluatoris testimonio comprobatur & est hodie oppidum in Galilea gentium. Id. ibid.

Cana, possessio siue possidet. Hieronymus in interpr. nom. de Ioanne.

Cana significat adeptam. Epiphanius lib. 2. tomi 1. contra haereses.

Cananaeus, possidens siue possessio. Hieronymus in interpr. nom. de Matth.

Cananaei fuerunt, terras in quibus nunc Iudaea est incolentes: qui uel bello consumpti, uel in loca uicina dispersi, uel in seruitutem deumctorum conditione subiecti, nomen tantum sine patria sede circumferunt. Hilarius canon. 15. in Matth.

Canath, uicus Arabiae, qui nunc Cannatha dicitur:

quam cum cepisset Nabab, appellauit Nabotholiam. Num. 32. Fuit autem in tribu Manasse regione Trachonitidis iuxta Bosfram. Eusebius de locis Hebr.

Canat, emulatio, siue zelotypia. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Cancer. Et sermo eorum ut cancer serpit. Cancer dicitur uulnus, quod in mammillis nascitur foeminarum: cui nisi cito subuentum fuerit, cum uirtus ad cor serpendo peruenerit, nullum remedium est. Hieronymus in 2. ad Timoth.

Candace, Regina Aethiopia. Act. 8.

Candacis, commutata. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

Candelabrum ex auro factum, pondus habebat minas centum, quod Hebraei dicunt cinibares: Graeca lingua interpretatum, talchitum nuncupatur. Iosephus lib. 3. cap. 10. antiquit. Iudaicarum.

Cane, in tribu Manasse. Eusebius de locis Hebr.

Cane, calamus. Notandum quod latinum canna, de lingua Hebraea sumptum est. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Canis. Sicut uirtus animi confert unicuique, ut sit filius Dei: ita malitia montis & uerborum insania atque impudentia facit unumquemque secundum auctoritatem Scripturae appellari canem. Origenes lib. 11. in Matth. ex apologetico Pamphili.

Canes. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Canes ethnici propter idololatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, et cadaueribus mortuorum feruntur in rabiem. Hieronymus in 15. Matthaei.

Nolite sanctum dare canibus: neque mittatis margaritas uestras ante porcos, &c. Quidam canes eos intellegi uolunt, qui post fidem Christi reuertuntur ad uomitum peccatorum suorum. Porcos autem eos qui necdum Euangelio crediderunt, & in luto incredulitatis, uitijque uersantur. Id. ibid. 7. cap.

Canes pro oppugnatoribus ueritatis, porcos pro contempторibus positos non incongrue accipimus. Augustinus lib. 2. super sermon. Domini in monte.

Canes hic significat homines in impietate uiuentes immedicabili, spemque omnino conuersionis in melius non habentes. Porcos uero, in uita luxu dedita & libidini iugiter commorantes. Chrysostomus homil. 24. in Matth.

Canes puto intelligendos gentiles, uel haereticos omnino immundos. Nam & propter actus suos malos immundi sunt: & propter perfidiam suam uel idololatriam amplius sunt immundi. Porcos autem Christianos carnalibus & immundis uoluptatibus deditos: quoniam propter fidem quidem suam mundi sunt, propter actus autem suos sordidos habentur immundi.

Aut canes quidem gentiles, porcos autem haereticos, propter aliquid eorum modicum mundum: quia uel nomen Domini inuocare uidentur, sed ex moribus intellegis, qui sunt canes uel porci. Auctor operis imperfecli homil. 17. in Matth.

Nunc quidem canes appellat corruptores dicens, Cauete canes: nunc autem habentes cauterio notatam conscientiam, & iterum angelos diaboli. Chrysostomus

mus homil. 27. in 1. ad Corinth.

Videte canes. Quoniam ij saepe conuicti quod praedicationem adulterarent & corrumpent, in sua improbitate perseuerabant, eos merito canes uocauit. Theodoretus in 3. ad Philippenses.

Cantica canticorum. Nunc requiramus primò quae sint cantica, quorum canticorum hoc esse canticum dicitur. Puto ergo quod cantica sint illa quae dudum per Prophetas, uel per angelos canebantur. Lex enim dicitur per angelos ministrata in manu mediatoris. Illa ergo omnia quae per illos annunciabantur, cantica erant per amicos sponsi praecedentia. Istud uerò unum canticum est, quod ipse iam sponso sponsam suam suscepturo epithalamij specie erat canendum: in quo sponsa non adhuc per amicos sponsi cantari sibi uult, sed ipse iam sponsi praesentis audire uerba desiderat, dicens: Osculetur me osculo oris sui: unde & omnibus canticis merito praefertur. Videtur enim cetera cantica, quae lex & Propheta cecinerunt, paruulae adhuc sponse, & quae nondum uestibula maturae aetatis ingressa sit decantata: hoc uerò canticum adultae, & iam ualde robustae, & quae capax sit iam uirilis potentiae, perfectiq; mysterij, decantari uidetur. Secundum quod dicitur de ipsa, quod una sit perfecta columna, quae si perfecta, ergo & perfecti uiri sponsa perfecta suscepit uerba doctrinae. Origenes in prologo explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Caph, manus, palma, uel uola. Philo in interpr. nom. de Psalterio.

Caph Latine tamen significat. Eusebius lib. 10. cap. 2. de preparatione Euangelica.

Capharnaum, iuxta stagnum Genesareth, usque hodie oppidum in Galilea gentium situm, in finibus Zabulon & Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

Capharnaum, ager, uel uilla consolationis. Hieronymus in interpr. nom. de Luca, & in 1. Marci.

Capharnaum interpretatur uilla pulcherrima. Id. in 11. Matth.

Capharnaum ager consolationis interpretatur. Origenes in 17. Matth. & tom. 10. in Ioannem. homil. 8. in eundem addit, ager, uel uilla.

Capharsalama, id est, uicus pacis. 1. Macc. 7.

Capheteta, pars muri urbis Hierosolymae uersus orientem. Ibid. 12.

Caphira, urbs Gabaonitarum, quae postea tribui Benjamin attributa est. Ios. 9. 18.

Cappadocia, regio in capite Syriae, id est ad septentrionem. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Cappadocia, manu redempta domino, uiolentum est. Id. in interpr. nom. de Actis apost.

Cappadocia, manus redempta domino, uel manus redimens domino. Id. ibid. de 1. & 2. Petri.

Caprea. Hoc animal (Caprea uel damula) quantum ad graeca uocabula, nomen à uidendo atq; clarius proficiendo sortitum est. Origenes homil. 3. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Capseel, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebr.

Captiui. Praedicare captiuis remissionem. Captiuos fuimus, quos tantis annis uinxerat Satanus, habens captiuos sibiq; subiectos. Venit Iesus praedicare captiuis remissionem, & caecis ut uiderent. Origenes homil. 32. in Lucam.

Captiuitas. Et captiuam ducentia omnem cogitationem, in obedientiam Christi. Licet alludere uideatur captiuitatis appellatio. est enim proprie captiuitas libertatis ablatio. Quare igitur hoc nomine utitur in alio significato? Nam captiuitatis nomen duo signat, nempe exidere à libertate, & ualide capti, ita ut resurgere nequeat. Iuxta hanc secundam acceptionem igitur usus est. Chrysostomus homil. 21. in 10. 2. ad Cor.

Captiuare intellectum. In captiuitatem redigentem omnem intellectum ad obedientiam Christi perducens. Captiuat intellectum, dum contradicentem ratione uincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat, humilem & mansuetum inducit. Ambrosius in 10. 2. ad Corinth.

Capturim, filius fuit Mixraim, frater Phylisij. Gen. 10.

Capturim, manus exploratorum, siue tortorum; sed melius Cappadoces. Philo in interpr. nom. de Gen.

Caput. Caput autem mulieris uir. Caput est, id quod est principale, & quod principatum obtinet. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

Caput ungere. Vos autem ieiunantes ungit caputa uestra, & facies uestras lauare & c. Ungere caput ad leticiam pertinet, lauare autem faciem ad munditiam: & ideo caput ungit, qui letatur interius & mente atq; ratione. Hoc enim recte accipimus caput, quod in anima praeminet, & quo cetera hominis regi & gubernari manifestum est. Augustinus lib. 2. super sermon. Domini in monte.

Carchanis, urbs & regio uicina Euphrati, ubi rex Aegypti à Nabuchodonosor uictus est. 2. Par. 28. Hierem. 46. Esa. 10. 7.

Carcar, ubi filij erant Zebeae & Salmana, quos interfecit Gedeon: & est usq; hodie castellum cognomento Carcaria, unus dici uimere à Petra distans. Eusebius de locis Hebr.

Carcar, inuestigatio. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.

Carchedon, id est Carthago, cuius Esaias & Ezechiel in uisione Tyri recordantur: pro quo in Hebraico Tharsis scriptum est. Eusebius de locis Hebr.

Caree, pater Iohannan & Ionathan, ducum Iudaicorum. Hierem. 40.

Caree, caluus. Philo in interpr. nom. de libris Reg.

Caria, regio Asiae minoris, inclusa ab ortu Lyciae à meridie mari Rhodio, ab occasu mari Icario, à Borea flumine Meandro. fit Cariae mentio 1. Macc. 15.

Cariath, uicus qui sub Gaba metropoli fuit. Eusebius de locis Hebr.

Cariathaa, oppidum in finibus Iudaeae, uersus meridiem & occasum inter Adara & Chasmona. Ios. de cimo quinto.

Cariathaim, ciuitas quam extruxerunt filij Ruben. Nunc autem est uicus Christianis omnibus florens, iuxta Medebam urbem Arabiae, & appellatur

tur Coriatha in decimo milliaro supradictæ urbis, contra occidentalem plagam, uicinus eius loci qui appellatur Bare. Eusebius de locis Hebraicis.

Cariathaim, uilla, uel oppidum eorū. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Cariatham, ciuitas eorum, uel uocatio perfecta, aut ciuitas, siue oppidum eorum. Id. ibid. de Iesu Naue & Hieremia.

Cariatharbe, id est uillula quatuor, quæ et Chebron, de qua iam supra dictum est. Eusebius de locis Hebraicis.

Cariathbaal, ciuitas Iarim in tribu Iuda. Id. ibid.

Cariathbaal, ciuitatem habuit, siue ciuitas habita. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Cariathiarim, quæ & Cariathbaal, ciuitas saluum, una de urbibus Gabaonitarum pertinens ad tribum Iuda, euntibus ab Ælia Diospolim in milliaro uno. De hac fuit Urias propheta, quem interfecit Iochim in Hierusalem, sicut scribit Hieremias. Sed in Paralipomenon libro filius Sabal appellatur Cariathiarim Eusebius de locis Hebraicis.

Cariathiarim, urbs Moabitarum. Hierem. 48.

Cariathiarim, ciuitas, uel uilla syluarum siue saluum. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue, 1. Reg. & Hieremia.

Cariathim, ciuitas eorum. Id. ibid. de Ezechiele.

Cariathsenna, cognomen urbis Dabir. Ios. 15.

Cariathsepher, urbs alio nomine Dabir, à Chaleb expugnata. Ios. 15. Iud. 1.

Carioth, in regione Moabitarum, sicut Hieremias scribit cap. 40. Eusebius de locis Hebraicis.

Carioth, in tribu Iuda. Ios. 15.

Carioth, occursum igni. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Carith, torrens in tribu Zabulon, iuxta quem Helias propheta tempore famis aliquandiu habitauit. 1. Reg. 17.

Carmelus, ubi quondam Nabal Carmelius fuit. 1. Sam. 25. & nunc uilla est Carmelia nomine, decimo lapide oppidi Chebron, uergens ad orientalem plagam, ubi & Romanum presidium est positum. Eusebius de locis Hebraicis.

Carmelus, tenellus, aut mollis, siue cognitio circuncisionis. Philo in interpret. nominum de Iesu Naue. & 3. Reg.

Carnaim, oppidum in regione Galaad. 1. Mac. 5.

Carnaim, cornua. Philo in interpret. nominum de Genesi.

Carnaim Astaroth, nunc uicus est grandis in angulo Batane: & appellatur Carnea trans fluenta Iordanis: traduntque fuisse ibi domum Iob. Eusebius de locis Hebraicis.

Caro pro foemina. Neque ex uoluntate carnis. Carnem pro foemina posuit: quia de costa cum facta esset, Adam dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et Apostolus ait: Qui diligit uxorem suam, seipsum diligit: nemo enim unquam carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo & aliquando spiritus pro marito. Augustinus tract. 2. in Ioannem.

Caro pro toto homine. Et uerbum caro factum est. Nihil aliud dicit, præter quàm quod filius Dei, et Deus natura homo factus est, nec noui quicquam profertur, quum sepe diuina Scriptura solo carnis uocabulo, integrum (ut ita dicam) & totum hominem significet. Effundam (Iobel inquit) à spiritu meo super omnem carnem. Vbi nisi ex parte una totum hominem intelligas, ridiculosè inanimatæ carni spiritus dari uidebitur. Cyrillus lib. 1. cap. 15. in Ioannem.

Caro est illa uetus, de limo secundum Adam facta, plasmatio à Deo, quam uerè factum uerbum Dei manifestauit Ioannes. Irenæus libro primo, cap. 1. aduersus hæreses.

Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Non de carne dicit, quod non possideat regnum cælorum, sed de carnalibus hominibus, qui mala per carnem faciunt: quæ sanè sunt scortatio, simulachrorum cultus, et his similia. Epiph. lib. 1. tom. 3. cōtra hæreses.

Carnem hic opera illa mala appellat, quod ipsum etiam alibi sepe facit, uelut cum ait, Vos uerò non estis in carne, et iterum: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Chrysostomus homilia 42. in primam ad Corinth.

Caro aliquando mundus, id est elementa, aliquando uerò corpus hominis intelligitur, uel ipsa anima sequens corporea uitia. Ambrosius in 6. ad Rom.

Quod enim legi erat impossibile, eo quod infirmaretur per carnem. Carnem iterum & hic, non carnis uocat substantiam & subiectum, sed carnaliores sensus, quo & corpus & legem à culpa liberat. Chrysostomus sermone 13. ad Rom.

Caro pro uase. Caro uas capacitatis nomine dicta est, quæ animam capit & continet: homo uerò de communionem naturæ quæ eam non instrumentum in operationibus habet, sed ministerium. Tertullianus de resurrectione carnis.

Caro est quæ morte subruitur, ut exinde à cadendo cadauer enuntietur. Id. ibid.

Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Carnem sine dubio nominat animas crassiores & peccatrices. Orig. homil. 2. in Psal. 38.

Manifesta sunt autem opera carnis. Rursus carnem appellat, ea quæ caro sentit. Clarum est, quod carnem quidem appellauit carnalem cogitationem, hoc est, animæ ad ea quæ sunt deteriora inclinationem. Theodoretus in 5. ad Galatas.

Caro pro malefactis. Qui uerò sunt Christi, carnem crucifixerunt, &c. Hic carnem appellat malefacta. Chrysostomus ibid.

Caro pro foeno. Omnis caro foenum. Foenum dictum est caro, quia moritur, sed quod ad tempus moritur, nõ resurgat cum crimine. Augustinus serm. 15. de uerbis Domini.

Frequenter Scriptura carnem pro operibus nominat carnis. ut ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Ambrosius in 15. 1. ad Corinth.

Caro pro homine. Quandoque caro dicitur homo, ut hoc in loco: Et uidebit omnis caro salutare Dei. Damascenus lib. 3. cap. 18. de Orthodoxa fide.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, &c.

Neq; hic carnem appellat corpus. Alioqui si hoc senti-  
ret, quomodo consentaneum sit, quod mox dicitur:  
Concupiscit enim, inquiens, aduersus spiritum? Atqui  
corpus non est de eorū numero, quæ mouent, sed quæ  
mouentur: non de eorum numero quæ agunt, sed de eo-  
rum quæ aguntur. Quomodo igitur concupiscit, quan-  
do quidem concupiscentia non carnis est, sed animi?  
Siquidem alibi dicit: Concupiscit anima mea. Et, Quid  
desiderat anima tua? & faciam tibi. Et, Ne ambules iu-  
xta desiderium animæ tuæ. Ac rursus: Sic desiderat ani-  
ma mea. Quomodo igitur Paulus dicit: Caro concupi-  
scit aduersus spiritum? Solet appellare carnem, non cor-  
poris naturam, sed prauam uoluntatem: ueluti quum  
dicit: Vos non estis in carne, sed in spiritu. Et rursus:  
Qui uerò in carne sunt, Deo placere non possunt.  
Chrysostomus in 5. ad Galatas. Carnem hic appellat  
cogitationem terrestrem, socordem & incogitantem.  
hec enim non corporis est accusatio, sed animæ negli-  
gentis crimen: siquidem huius instrumentum est caro.  
Instrumentū autem nullus auersatur, odit ue, sed eum  
potius, qui organum malè tractat. Neque enim fer-  
rum, sed hominem & odimus & punimus. Idem  
ibidem.

Caro pro Ecclesia. Carnis uocabulo Scriptura  
solet appellare mysteria, totamq; Ecclesiam, dicens  
eam Christi esse corpus. Id. ibid.

Omnis caro. Ex operibus legis non iustificabi-  
tur omnis caro coram Deo. Omnem carnem dicens,  
omnem hominē significauit, sicut & propheta Esaias  
ait: Et uidebit omnis caro salutare Dei, id est, uidebit  
omnis homo Christum Domini, in quo salus omnium  
continetur. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, &c. Om-  
nem carnem dixit omnem hominem, à parte totum si-  
gnificans: quemadmodum rursus à parte superiore si-  
gnificatus est homo totus, ubi ait Apostolus: Omnis a-  
nima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quid en-  
nim dixit omnis anima, nisi omnis homo? Augustinus  
tract. 105. in Ioannem.

Nisi abbreviati fuissent dies illi, nō fieret salua om-  
nis caro. Omnem carnem modò iudaicam appellauit.  
Chrysostomus homil. 77. in Matth. eum.

Caro & sanguis. Illud quod ait: Quia caro &  
sanguis non reuelauit tibi, Apostolicæ narrationi com-  
paratur, in qua ait: Continuo non acquieui carni &  
sanguini: Carnem ibi et sanguinem, iudeos significas:  
ut hic quoq; sub alio sensu demonstratur: quod ei non  
per doctrinam Phariseorū, sed per Dei gratiam Chri-  
stus Dei filius reuelatus sit. Hieronymus in decimifex-  
tum Matth. et.

Caro & sanguis regnum Dei hereditare non pos-  
sunt. Quotquot id quod saluat, & format in uitam,  
non habent, hi erunt, & uocabuntur, caro & sanguis,  
quippe qui non habent spiritum Dei in se. Propter  
hoc autem & mortui tales dicti sunt à Domino: Sinite  
enim, inquit, mortuos sepelire mortuos suos: quo-  
niam non habent spiritum uiuificantem hominem. Ire-  
næus lib. 5. p. 12. 304. aduersus hereses.

Hoc enim dico fratres, quia caro & sanguis re-  
gnum Dei non possidebunt: Opera scilicet carnis &

sanguinis. Quibus & ad Galatas scribens, abstulit  
Dei regnum, solitus & aliàs substantiam pro operi-  
bus substantiæ ponere, ut cum dicit: Eos qui in car-  
ne sunt, Deo placere non posse. Quando enim Deo  
placere poterimus, nisi dum in carne hac sumus? A-  
liud tempus operationis nullum opinor est. Sed si in  
carne quinquā constituti, carnis opera fugiamus, tum  
non erimus in carne, dum non in substantia carnis nō  
sumus, sed in culpa. Quod si in nomine carnis, ope-  
ra non substantiam carnis tubemur exponere, operi-  
bus ergo carnis non substantiæ carnis in nomine car-  
nis denegatur Dei regnum. Non enim id damnatur in  
quo malè sit, sed id quod fit. Tertullianus lib. 5. aduer-  
sus Marcionem.

Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita  
sunt. Sicut in hoc loco spiritus pro spiritualibus po-  
suit, ita cum carnem dicit, nō pro carnalibus, sed pro  
carnaliter audire: eos significans, qui semper carnaliter  
desiderabant, cum spiritualia desiderari oporteat.  
Nam si carnaliter ea quis acciperet, nihil sanè lucrare-  
retur. Quid igitur, caro non prodest quicquam? Non  
de ipsa carne dicit, Absit: sed de his, qui carnaliter ac-  
cipiunt quæ dicuntur. Quid autem carnaliter intelli-  
gere? Simpliciter ut res dicuntur, neque aliud quip-  
piam excogitare. Non enim ita iudicanda sunt quæ ui-  
dentur, sed mysteria omnia interioribus oculis consi-  
deranda, hoc est, spiritualiter. Qui non manducat  
carnem meam, & bibit meum sanguinem, non ha-  
bet uitam in semetipso. Quomodo nihil prodest ca-  
ro, sine qua nemo potest uiuere? Vide quod ea parti-  
cula, Caro: non prodest quicquam: non de ipsa carne,  
sed de carnali auditione dictum est. Chrysostomus ho-  
mil. 46. in Ioannem.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, &c. Car-  
nem dicit, mentis inclinationem ad ea quæ sunt dete-  
riora: spiritum autem, gratiam quæ inhabitat: ea enim  
deducit animam ad ea quæ sunt præstantiora. Theo-  
doretus in 5. ad Galatas.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, forni-  
catio, &c. Fructus autem spiritus est charitas, &c.  
Carnem, ut existimo, peccatores, ut spiritum iustos  
dixit. Clemens Alexandrinus libro quarto Stro-  
matum.

Caro, uir. Neque ex uoluntate carnis, neque ex  
uoluntate uiri. Duplex introducitur sexus, ex quo  
in carne nascentium carnaliter numerositas propa-  
gatur. Carnis quidem nomine scemineum, uiri uerò E-  
uangelista masculinū significat habitum. Origenes ho-  
mil. in 1. Ioannis.

Carnis affectus. Affectus carnis inimicitia est  
in Deum. Hoc loco carnis affectum appellat terre-  
stem cogitationem, crassam, secularibus rebus ma-  
lisq; actionibus intentam atque affixam. Chrysosto-  
mus sermone 13. ad Romanos.

Est in nobis & concupiscentia peccati, quæ re-  
gnum habet in carne: & est concupiscentia spiritus,  
quæ regnum habet in mente, secundum id quod supra  
diximus, quia caro concupiscit aduersus spiritum, spi-  
ritus autem aduersus carnem. Cum ergo concupisci-  
mus, quod non licet, uel quod non decet, uel quod non  
expedit,

expedit, concupiscentia est carnis: Cum uero concupiscit & deficit anima nostra quando uiderit salutarem Dei, ista concupiscentia spiritus est. Origenes lib. 6. ad Romanos.

**Carnis interitus.** Tradere huiusmodi hominem satanae in interitum carnis. Quis sit interitus carnis, audi. Quia quod interierit, sine dubio mortuum est. Viuit autem caro in peccatore, mortua est caro in homine iusto. Propter quod & iusti dicunt: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu Christi manifestetur in carne nostra mortali. Et iterum: Mandatum accepimus dicens, mortificate membra uestra quae sunt super terram. Et beatus qui mortuus est peccato, secundum quod dictum est: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita uiuit propter iustificationem. Tradi ergo in interitum carnis tale est, memorietur sensus carnalis in nobis, et non uiuat carnis cupiditas in ea. Ex eo enim quod moritur sensus carnis, ut non secundum carnem sapiamus, spiritus saluus efficitur. Alioquin dum uiuit sensus in nobis carnis, & caro uiuit, non possumus de spiritualibus sapere. Origenes homil. 1. in Psalm. 37.

**Carnis opera.** Manifesta autem sunt opera carnis, &c. Omnia peccata de foris oriuntur ex parte carnis, non ex parte spiritus: ideo non absurde opera carnis dicuntur. Ambrosius in 5. ad Galatas.

**Carnis prudentia.** Nam prudentia carnis mors est. Prudentia carnis peccatum est, quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur, cum res stulta sit, quia secularibus hominibus errores ex uisibilib. concepti, siue in sensu, siue in actu contra legem Dei, prudentia uidentur, maxime quia omnis industria & astutia illorum in eo est, ut peccent. Sapere enim sibi uidentur, si istud diligentius curent, cum nihil stultius sit quam peccare. Est & alia prudentia carnis, quae mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri quod mundi careat ratione. Unde deridet uirginis partum, carnis resurrectionem. Idem in octauum ad Romanos.

**Carnis sapientia.** Sapientia carnis inimicitia est contra Deum. Quum sapientiam carnis dixit, uou carnem dixit non posse legi Dei subijci, sed sapientiam quae est in carne, uelut imperum ipsius dicens ad intemperantias, quem alibi aliquando quidem uetus fermentum malitiae ac prauitatis appellauit, exhortans ut ipsam penitus a nobis expurgemus, aliquando uero legem rebellantem legi mentis, ac captiuam ducentem. Epiphanius libro 2. tomo 1. contra haereses.

**Carnis similitudo.** Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. Hec est similitudo carnis, quia cum eadem caro sit quae & nostra: non tamen ita facta in utero est & nata, sicut & caro nostra. Est enim sanctificata in utero, & nata sine peccato, & neque ipse in illa peccauit. Ideo enim uirginalis uterus electus est ad partum Dominicum, ut in sanctitate differret caro Domini a carne nostra. In causa enim similis est, non in qualitate peccati substantiae. Propterea ergo similem dixit, quia de eadem

substantia carnis non eandem habuit natiuitatem, quia peccato subiectum non fuit corpus Domini. Expiata est autem a Spiritu sancto caro Domini, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Adae ante peccatum, sola tamen sententia data in Adam. Ambrosius in 8. ad Romanos.

**Carnis uita.** Vita carnis tua, anima tua: uita anime tuae, Deus tuus. Augustinus tract. 47. in Ioannem.

**Carne consummari.** Nunc carne consummari. Qui Scripturas iuxta literam sequitur, consummari carne dicitur. Hieronymus in 3. ad Galatas.

**Carnem crucifigere.** Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, &c. hi carnem, id est, mundum crucifigunt, quando haec ex quibus errores oriuntur, condemnant. hunc sensum & Ioannes apostolus secutus ait, Nolite diligere hunc mundum, neque ea quae in hoc mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in hoc mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Qui ergo mundum, & quod in mundo est non concupiscit, hic carnem crucifigit. Ambrosius in 5. ad Galatas.

**Secundum carnem.** Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Quid est secundum carnem? ab externis, a nobilitate, a diuitijs, a sapientia, a circuncisione, & progenitoribus Hebraeis, a magna existimatione. Chrysostomus homil. 24. in 2. ad Corinth.

**Secundum carnem appellauit hic externa, diuitias, nobilitatem, eloquentiam.** Theodoretus in 11. secunda ad Corinthios.

**Secundum carnem ambulare.** Nam in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Secundum carnem ambulare, posuit pro eo quod est, secundum legem uiuere. Theodoretus in 10. 2. ad Cor.

**Non confidere in carne.** Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruiamus, & gloriatur in Christo, & non in carne confidimus. Non confidit in carne, qui omnem utilitatem expectat a Christo, & non seminat in carne, ut de carne metat corruptione, sed in spiritu de quo uita aeterna generatur. Hieronymus in 5. ad Galatas.

**Secundum carnem gloriari.** Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Hoc est secundum carnem gloriari, nobilitatem sibi carnis uindicare. Ambrosius in 11. 2. ad Corinth.

**Secundum carnem militare.** Nam in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Hic secundum carnem militat, qui desiderijs carnis obtemperat. Omnis enim error, caro dicitur. Idem ibidem in 10. cap.

**Secundum carnem uiuere.** Debatores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Quod dicit, ne secundum carnem uiuamus, nihil est aliud, quam ne dominam illam uitam nostram faciamus. Non enim decet, ut illa imperet, sed obediendo sequatur, neque ut uitam nostram dirigat, sed ut spiritus leges quibus obtemperet accipiat. Chrysostomus sermone 14. ad Rom.

**Si enim secundum carnem uiueritis, moriemini.** Quid sit secundum carnem uiuere, saepe iam dictum est, hoc est



est carnis desiderijs indulgere. Origenes libro 6. ad Romanos.

**Placere in carne.** Quicumque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi, &c. Quid est placere in carne? Probari apud homines. Quoniam enim apud Iudaeos probro dabatur, quod à patrijs consuetudinibus desciscerēt, ne hoc, inquit, possit eis exprobrari, uolunt uos corrumpi, per uestrā carnem illis satisfacturi. Hoc autem dicit, ut ostendat illos nequaquam propter Deum quae faciebant facere. Perinde quasi dixisset: Quod sit, non inuititur pietati, propter humanam ambitionem haec omnia fiunt, ut placeant infidelibus, quod fideles irruentur: & inducunt animum, ut Deum offendant, modo placeant hominibus. Hoc enim est in carne placere. Chrysostomus in 6. ad Galatas.

**In carne placere, hominibus placere significat.** Ambrosius ibid.

**In carne esse.** Cum enim essemus in carne, etc. In carne esse, est secundū carnem uiuere. Origenes lib. 6. ad Romanos. Hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur quod lege prohibetur. Igitur in carne esse multis modis intelligitur. Nam omnis incredulus in carne est, id est carnalis: & Christianus sub lege uiuens in carne est, & qui de hominibus aliquid sperat in carne est, & qui male intelligit Christum in carne est, & si quis Christianus luxuriosam habet uitā in carne est. Hoc loco tamen in carne esse sic intelligamus, quia ante fidem in carne eramus. Sub peccato enim uiuebamus, hoc est carnales sensus sequentes, uitij & peccatis subiacebamus. Ambrosius in 7. ad Rom.

**Quod autem nunc uiuo in carne.** Aliud est in carne esse, & in carne uiuere. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt. Unde ad bene uiuentes dicitur: Vos autem non estis in carne. Hieronymus in 2. ad Galatas.

**Eos in carne arbitror esse, qui secundum carnem militant: corpus uero inhabitare, & peregrinari abesse à Domino eos esse, qui sensus Scripturae non intelligentes, corpore toti sunt ipsi Scripturae addicti: alioquin quomodo non peregrinari abesse à Domino (si Dominus spiritus est) qui nondum percipit spiritum uiuificantem, & sensum Scripturae spiritualem? attamen per fidem, qui huiusmodi est, ambulat, peregrinari cum absit ille à corpore, & tendat ad Dominum, qui spiritualia spiritualibus conferens, factus spiritualis omnia diiudicat, ipse à nullo diiudicatus.** Origenes tom. 17. in Ioannem.

**Carnes.** Sicut homines qui in totum carni subiecti sunt, quamuis habeant animam, tamen solummodo carnes dicuntur, testante Scriptura: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam sunt carnes.

**Spirituales.** In quibus autem pars anime praeualet, quamuis sint carnales, spirituales dicuntur, sicut dicit Apostolus: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitet in uobis. Autor operis imperfecti homil. 70. in Matth.

Cum enim in uobis emulatio & contentiones sint, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Indignitatis causam ostendit, quia de homine

qui sperat auxiliū, carnalis est. Qui autem sprete humanitate de Deo sperat, spiritualis est: quia Deus spiritus est. Ambrosius in 3. ad Corinth.

Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Nunc his loquitur, qui propterea quod fecit adhuc uoluptatibus seruebant, carnales erant. Quamuis enim baptisati essent, & sanctum acceperant: tamen quia post baptismum statim ad ueterem hominem fuerant reuersi, cui abrenunciauerant, dicuntur carnales. Id ibid.

Cum enim quis dicat: Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo: nonne homines estis? Sicut gloriantes in Deo, & de ipso omnem gratiam sperantes, dii dicuntur à Deo adoptati: ita & in homine gloriantes, & homines & carnales dicuntur sententia Dei conclusi, qui ait: Ego dixi, dii estis, uos autem sicut homines moriemini. Id ibid.

Potest etiam ita Scriptura accipi. Et ego fratres, non potui loqui uobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus, tanquam infantibus in Christo, ut possint carnales intelligi, qui recentiter instituebantur, erantque catechumeni, & adhuc infantes in Christo. Spirituales enim eos, qui sancto Spiritu iam crediderunt appellauit. Clemens Alexandrinus lib. 1. p. 6. cap. 6.

Eos qui abiiciunt spiritus consilium, carnis autem uoluptatibus seruiunt, & irrationabiliter uiuunt, & effrenati deiciuntur in sua desideria, quippe nullam habentes aspirationem diuini spiritus, sed porcorum & canum more uiuunt, hos iuste Apostolus carnales uocat, quia nihil aliud quam carnalia sentiunt. Irenaeus lib. 3. pag. 303.

**Carnales dicimur, quando totos nos uoluptatibus damus. Spirituales, quando sanctum praeuicimus, id est, cum ipso sapimus instructe, ipso docemur autore. Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiam, de quibus recte dicitur: Animalis autem homo non recipit ea quae sunt spiritus. Stulticia quippe est ei.** Hieronymus in 5. ad Galatas.

**Carpus, episcopus Troadis, apud quem Paulus Biblia & penulam reliquerat.** 2. Tim. 4.

**Carpum, scientem perspicue.** Hieronymus in interpret. nomin. de 2. ad Timotheum.

**Carta, ciuitas Mesopotamiae, apud Romanos Crassii clade, apud nos hospitio Abraham patriarchae & parentis eius morte nobilis. Idem de locis Actorum apostolorum.**

**Carta, in tribu Zabulon separata Leuitis.** Eusebius de locis Hebraicis.

**Carthago, urbs nota in Africa, à colonis Tyrjs aedificata. Facit eius mentionem Ezechiel cap. 27. ubi Tyro poenas denunciat, ubi in Hebraeo est Tharsis. Item Esa. 23.**

**Carthaginis, scrutationis.** Philo in interpret. nomin. de Esaia.

**Cartam, in tribu Neptalim, ciuitas separata Leuitis.** Euseb. de locis Hebraicis.

**Cartham, uocationem perfecit.** Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Casabam**, congregatio eorum. Id. ibid.  
**Casaloth**, oppidum in tribu Isaschar e regione Iezrael. Ios. 19.

**Casleon**, duri fortitudine. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Caseth**, filius Nachor, fratris Abrahæ. Gen. 22.

**Casim**, summitas, uel principium. Id. ibid.

**Casir**, mensis. Id. ibid. de 2. Reg.

**Casus**, uallis in tribu Benjamin. Ios. 18.

**Casphor**, oppidum in regione Galaad. 1. Macc. 5.

**Castigatio** est uituperatio, quæ affert intelligentiam. Clemens Alexandrinus lib. 1. p. pedagog. cap. 9.

**Castitas** duplex. Castitas carnis est, nescire mulierem: castitas spiritualis, fidelem esse Deo. Autor operis imperfecti homil. 15. in Matth.

**Casus**. Quomodo cecidit de celo lucifer. Casum apostasia significauit. Ambrosius in 1. ad Romanos.

*καταβασίς* proprie dicitur, cum quid deorsum iacitur, & in inferiorem locum mittitur de sublimi, uel cum aliqua res sumit exordium. Unde & hi qui ædium futurarum prima iaciunt fundamenta *καταβασίς*, id est deorsum initia fundamentorum iecisse dicuntur.

Hieronymus in 1. ad Ephesios.

**Cata Chrysea**, id est, aurea. Sunt autem montes auri fertiles in deserto procul undecim millibus à Chobreb, iuxta quos Moyses Deuteronomium scripsisse perhibetur, sed & metalli eris quod nostro tempore corrui, montesq; uenarum auri plenos olim fuisse uicinos existimant. Eusebius de locis Hebr.

**Cathar**, siue caath, morsus, uel congregati. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Catechesis** est, quæ per auditum suscipitur institutio. Clemens Alexandrinus lib. 2. p. pedagog. cap. 12.

**Cathedra**. Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisei: &c. Per cathedram doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in Psalmo: In cathedra pestilentie non sedit: & cathedras uendentium columnas euertit: doctrinam debemus accipere. Hieronymus in 23. Matth.

**Catethet**, locus in tribu Zabulon. Ios. 19.

**Cauden**, recursus, aut retentionem siue clangorem. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Cauponari**. Non enim sumus sicut ceteri cauponantes uerbum Dei. Hoc est cauponari, ubi quis adulterat unum, ubi quis pecunia uendit, quod gratis donari oportuit. Chrysostomus homil. 5. in 2. ad Corint.

## C E

**Cedar**, in Ezechiel, principes Cedar. Sed & Esaias & Hieremias in uisione Arabie huius uocabuli reordantur. Est autem regio in eremo Saracenorum à filio Ismaelis Cedar ita cognominata. Eusebius de locis Hebraicis.

**Cedar**, tenebræ, uel tristis, seu mœror. Philo in interpr. nom. de Genesi, Psalterio & Ezechiele. Aiunt Nebrael, Cedar interpretari tenebras. Origenes homil. 1. explanationis prioris in Cantica canticorum.

**Cedar**, nigredo uel obscuritas interpretatur. Id. ibidem hom. 2. explanationis posterioris.

**Cedem**, in Ezechiel, quod Aquila & Symmachus interpretantur orientem. Eusebius de locis Hebr.

**Cedemoth**, prius, uel orientalis. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Cedes**, ciuitas quam cepit Iesus, rege ipsius interfecto. Est autem in sorte tribus Iudæ. Eusebius de locis Hebraicis.

**Cedes**, fortis Neptalim ciuitas sacerdotalis ac fugitiuorum, in Galilea super montem Neptalim. Sed & hanc cepit rex Assyriorum, quæ nunc Cidissus appellatur, in uicesimo Tyri milliario iuxta Paneadem. Id. ibidem.

**Cedma**, frater Cedar, filius Hismael. Gen. 25.

**Cedma**, orientalis, uel antecedens. Philo in interpr. nom. de Gen.

**Cedmonei**, antiqua tristitia, uel orientales. Id. ibidem.

**Cedron**, appellatur torrens siue uallis. Cedron iuxta Hierusalem ad orientalem plagam est: cuius & Ioannes Euangelista meminit. Eusebius de locis Hebr.

**Cedron**, tristis, mœror, siue dolor. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

**Cedson**, in tribu Ruben separata Leuitis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ceila**, ad fundam iacta, siue suscitans eam, aut tollens sibimet. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

*Κεῖλα* uincula mortuorum significant. Origenes tom. 29. in Ioannem.

**Ceila**, in tribu Iuda, ubi quondam sedit Dauid: & nunc uillula Ceila ad orientalem plagam Eletheropoleos pergentibus Chebron, quasi ab octauo milliario, in qua sepulchrum demonstratur Propheta Habacuk. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ceila**, ad fundam iacta, siue suscitans eam, aut tollens sibimet. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

*Κεῖλα* uincula mortuorum significant. Origenes tom. 29. in Ioannem.

**Cenchreæ**, portus Corinthiorum ciuitatis. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Cenchreis**, possidens sectatores. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Romanos.

**Cenchris**. Commendo uobis Phœben sororem nostram ministram ecclesie quæ est Cenchris. Cenchris dicitur locus Corintho uicinus, imo portus ipsius Corinthi. Origenes in præfatione in epist. ad Romanos.

**Cendebeus**, Dux Antiochi *Ζένδεις*, profligatur à Ioanne Hircano, Simontis Maccabæi filio. 1. Maccab. 16.

**Cene**, regio principum Idumæorum. Eusebius de locis Hebr.

**Cenereth**, mare Cenereth dicitur. Num. 34. Deut. 3. Ios. 12. 13. quod Euangelistæ nominant mare Galilee & Tyberiadis, à regione Cenereth, in tribu Neptalim, cuius mentio fit 1. Reg. 15. & Ios. 11. 19. Vel ab urbe in ripa lacus sita, quæ in honorem Tyberij dicta est Tyberias.

**Ceneroth** interpretatur quasi lucernæ. Non Lucernæ, sed quasi lucernæ. Aliud est enim lucerna, aliud quasi lucerna. Ioannes lucerna erat ardens, quia erat angelus lucis. Quasi lucerna autem est ille, qui transfurat se in angelum lucis. Origenes homil. 14. in Iesum Naue.

**Cenez**, Dux Idumææ. Gen. 36.

**Cetex**, zelotypus, uel sessio eius, aut possessio contemptibilis, siue spretio. Philo in interpr. nom. de Gen. & libro Iudicum.

**Cenecei**, Gen. 15. inter populos terræ à posteris Abrahami possidende numerantur.

**Ceni**, regio Philistim. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ceni**, nidus meus, uel possessio, siue ararius meus. Philo in interpr. nom. de Gen. & Numeris.

**Cephas**, cognomē Simonis Petri apostoli. Ioan. 1. Tu es Simon filius Ionæ, tu uocaberis Cephas, quod sonat, si interpreteris Petrus, id est, rupes seu lapis. Sic nominat eum Paulus Gal. 2. & 1. Cor. 9. 15.

**Cephas**. Sicut & ceteri apostoli, & fratres Domini & Cephas: Cephas ipse est Simon Petrus. Ambrosius in 8. 1. ad Corinth.

**Cephas**, Petrus, Syrum est. Hieronymus in interpr. nom. de Ioanne & 1. ad Corinth.

**Cephas**. Clemens in quinto Dispositionum libro Cephas mentionem facit, de quo Paulus dixit: Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restitit. & dicit eum unum esse ex septuaginta discipulis cognomine Petri apostoli. Eusebius lib. 1. cap. 14. Ecclesiasticæ historie.

Quod nos Latine & Græcè petram uocamus, hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter se uiciniam, cephan nuncupant. Hieronymus in 2. ad Galatas.

**Cerethi** & **Pheleti**, sunt due turme satellitum Dauidis, qui præerant custodie corporis regij. Quidam dicunt Cerethi fuisse Sagittarios, Pheleti fundibularios.

**Eubæti** etiam gens Palestinorum hoc nomine. 1. Sam. 30.

**Bonum certamen**. Certa bonum certamen fidei. Bonum certamen est, non pro rebus seculi, sed usque ad mortem pro fidei ueritate certare, sicut scriptum est: In iusticia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iusticia. Hieronymus in 6. 1. ad Timotheum.

**Ceselethhabor**, oppidum in finibus tribuum Zebulon, & Isaschar. Ios. 19.

**Celion**, ciuitas Leuitarum, in tribu Isaschar, sita ad flumen Cison prope Iezrael. Ios. 19. 21.

**Cethim**, Cethimam insulam habuit, que nunc dicitur Cyprus: & ab ea omnes insula, & maritima loca Cethim Hebraicè nominantur. Testis enim sermonis mei est una in Cypro ciuitatum, que antiquam appellationem ualuit retinere. Cythis enim ab his, qui ei Græcum nomen imposuerunt, uocatur: neque sic fugiens Cethi nomen. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiquitatum Iudaicarum.

**Cethis**, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

**Cethron**, in tribu Zabulon, in qua pristini remansere cultores. Eusebius de locis Hebraicis.

**Cethron**, tenebræ eorum, uel thymiam. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Cethura**, secunda uxor Abrahamæ. Genesis uigesimo quinto.

**Cethura**, thymiana interpretatur, quod est incensum, uel bonus odor. Origenes homil. 11. in Genesim.

**Chaber**, coniunctio, uel incantator: sed & hoc per heth literam scribitur. Philo in interpr. nom. de Genesi.

**Chabol**, terminus Aser. Euseb. de locis Hebr.

**Chabomin**, manus uel aceruus spinarum, sed melius preparationis, licet plerique Hebræorum libam, uel crustulam significari putent. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

**Chabon**, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebr.

**Chabon**, quasi intelligens. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Chabrata**, quod interpretatur Aquila <sup>uocatur</sup> id est, iuxta uiam que ducit in Ephrata, id est Bethlehem, ubi cum Rachel Benjamin peperisset, occubuit. Eusebius de locis Hebr.

**Chabratha**, quasi electum, uel electio, siue graue. Philo in interpretation. nominum de Genesi & libri Regum.

**Chabul**, sic nominat Hiram rex Tyri, partem Galilee sibi à Salomone datam. 1. Reg. 9.

**Chabul**, quasi germen. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Chabulan** interpretatum lingua Phœnicia, displicere significat. Iosephus lib. 8. cap. 5. antiquitatum Iudaicarum.

<sup>χάλυξ</sup> Intranses autem in domum, salutate eam. Occulte salutationem Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod enim Græcè dicitur <sup>χάλυξ</sup>, & Latine auē: hoc Hebraico Syroque sermone appellatur, *salon lach*. Hieronymus in 10. Matth.

**Chalab**, de hac cultores pristinos Aser non potuit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

**Chalacad**, pascens, siue nutriens. Philo in interpr. nom. de 3. Regum.

**Chalach**, urbs Assyriorum, quam edificauit Assur egrediens de terra Sennaar. Eusebius de locis Hebraicis.

**Chalamach**, omnem fortitudinem. Philo in interpr. nom. de 2. Reg.

**Chalamad**, consummavit, siue mensus est. Id. ibidem de Ezechiele.

**Chalamar**, omnis amaritudo. Id. ibid.

**Chalanne**, ciuitas regni Nemrod in Babylone, cuius & Esaias meminit, dicens: Et Chalame ubi turris edificata est. Eusebius de locis Hebr.

**Chalanne**, consummatio futura, siue omnes nos. Philo in interpr. nom. de Genesi & Esaiæ.

**Chaldea**, regio Asiæ maioris, cuius metropolis est Babylone. Inde rex Babylonicus dicitur rex Chaldeorum. Hierem. 37. 38. 39. 40. In Daniele Hebraicè *Chaldim*, id est, quasi demones.

**Chaldeorum** regio inter Babyloniam & Arabiam, Tygrin & Euphraten. Hieronymus in locis libri Actorum apostolorum.

**Chaldæi**, quasi demones, uel quasi ubera, uel feroces. Philo in interpr. nom. de Gen.

**Chale**, pars amplissima urbis Ninive. Gen. 10.

**Chaleb**, quasi cor, aut omne cor, uel canis. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Chalec,

Chalec, quasi uiride. Id. ibid. de Gen.  
 Chali, oppidum in tribu Aser. 10f. 29.  
 Cham, filius Nohe. Gen. 10.  
 Cham, calidus. Philo in interpretation. nomin. de Genesi.  
 Cham irrisor exponitur. Arnobius in Psalm. 135.  
 Chamaan, filius Berceilai Galaaditæ. secundi Samuelis 29.  
 Chamdan, uillula iuxta Bethlehem. Eusebius de locis Hebraic.  
 Chamoam, similis eis. Philo in interpr. nom. de Hieremia.  
 Chamos, idolum Moab. Eusebius de locis Hebr.  
 Chamos, congregatus, uel congregans, siue quasi at-  
 trectatio uel atrectans, siue quasi atrectanti uel pal-  
 panti. Philo in interpret. nom. de Numeris, iudicum, 3.  
 Regum & Hieremia.  
 Chamuel, filius Nachor, fratris Abrahæ, pater  
 Syrorum. Gen. 22.  
 Channa, fundum, uel preparatio. Philo in inter-  
 pret. nom. de Ezechiele.  
 Chanaan, filius Cham, obtinuit terram à Sidone  
 usq; ad Gazam, quam Iudæi deinceps possederunt eie-  
 ctis Chananæis. Hieronymus de locis Actorum aposto-  
 lorum.  
 Chanaan, reuersus est, siue quasi respondentes, aut  
 quasi mouentes. Philo in interpr. nom. de Numeris.  
 Chanaan, erubescens, siue negotiator. Id. ibid. de 3.  
 Regum.  
 Chananeus quartus existens filius Cham, quæ  
 nunc Iudæa uocatur inhabitans regionem, à se Chana-  
 neam appellauit. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiquit. Iu-  
 daicarum.  
 Simon Chananeus. Ipse est qui in alio Euageli-  
 sta zelotes. Chana quippe zelus interpretatur. Hiero-  
 nymus in 10. Matth.  
 Primus Simon qui dicitur Petrus. Primus scribitur  
 Simon, cognomento Petrus: ad distinctionem alterius  
 Simonis qui appellatur Chananeus, de uico Cana Ga-  
 lileæ: ubi aquam Dominus uertit in uinum. Idem ibi-  
 dem.  
 Chananeus interpretatur semen pessimum, semen  
 maledictum, semen semper mobile, semen incertum.  
 Origenes homil. 2. in Iesum Naue.  
 Chananeæ, negotiatores. Hieronymus in interp.  
 nom. de Matth.  
 Chananeæ interpretantur uelut commotio. Orige-  
 nes hom. 14. in Iesum Naue.  
 Chananeæ translatus sonat, paratam dimissio-  
 ni. Id. in 15. Matth.  
 Chanani, negotiatores, siue hic pauperculus, aut  
 preparati, uel humilitas. Philo in interpret. nomin. de  
 Exodo.  
 Chanani, negotiator, uel motabilis, aut ipse pauper-  
 culus. Hieronymus ibid. de Matth.  
 Chaos locum uel habitaculum esse nominis con-  
 trariarum uirtutum, quarum rex & princeps diabo-  
 lus est. Origenes hom. 8. in Iesum Naue.  
 Chaphitis, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebrai-  
 cis.

Chapthurim, manus tortorum, uel explorato-  
 rum. Philo in interpr. nom. de Deuteronomio.  
 Chaptor, Cappadocia. Id. ibid.  
 Charadath in nostra lingua sonat idoneus effe-  
 ctus. Origenes hom. 27. in Numeros.  
 Charadda, castra filiorum Israel. Eusebius de lo-  
 cis Hebr.  
 Charcamis, ciuitas iuxta flumen Euphraten. Id. i-  
 bidem.  
 Charitas est, non quando nudis uerbis, aut saluta-  
 tionibus simpliciter, sed præsidio, ipsisq; operibus ex-  
 primitur dilectio, ut cum à penuria soluitur pauper,  
 ægroti adiuantur, qui in periculis sunt liberantur, in  
 fortunio præsis adfistitur, cum flentibus flendo, &  
 gaudentibus gaudento communicatur. Chrysostomus  
 hom. 7. ad Romanos.  
 Charitas boni animi affectus & propositum est,  
 cuius impulsu nihil in rebus humanis Dei cognitioni  
 antepont. Maximus centuria 1. de charitate.  
 Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Cha-  
 ritas uniuersum mandatum quod in actione consistit,  
 complectitur. Theodoretus in 1. ad Colossenses.  
 Charitas significat, quæ in actione consistit uirtu-  
 tem. Id. in 3. 1. ad Thessalonicenses.  
 Multis modis intelligitur charitas, per mansuetu-  
 dinem, per benignitatem, per tolerantiam, per inuidiæ  
 & emulationis uacuitatem, per odij remotionem, per  
 iniuriæ obliuionem. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stro-  
 matum.  
 Charitas non emulatur, &c. Charitas pro eo quod  
 est, qui habet charitatem. Theodoretus in 13. 1. ad  
 Corinthios.  
 Charitas non ficta. Et charitate non ficta. Non  
 fictam charitatem uocat sinceram & germanam, quæ  
 non in figura cernitur, sed re ipsa confirmatur. Id. in 6.  
 2. ad Corinthios.  
 Charitas fraternæ. De charitate autem fraterni-  
 tatis non necesse habuimus scribere uobis. Fraternali  
 charitatem hic uocauit liberalem pecuniæ erogatio-  
 nem. Id. in 4. 1. ad Thessalonicenses.  
 Charitas maior fide. Adcirco & fide, & spe ma-  
 ior charitas dicitur, quia sola erit, per quam delinqui  
 ulter à non poterit. Origenes lib. 6. ad Romanos.  
 Charitas simulata. Vera. In charitate non simu-  
 lata. Simulata charitas in his est, qui in necessitate dese-  
 runt fratres. Vnde hic semper necessitates fratrum suas  
 faciens, simplex erat in charitate. Compatiebatur enim  
 omnibus, sicut alio loco dicit: Quis scandalisatur, &  
 ego non uror? Hæc enim uera charitas est. Si sua utilita-  
 te contempta eius curam agat quem diligere se profite-  
 tur, quod semper fecit Apostolus.  
 Charith, diuisio, siue concisio, uel cognitio. Phi-  
 lo in interpret. nomin. de 3. Regum, & libris Regum.  
 Charmamos, agnus congregatus, siue agnitio,  
 quasi sarmentum. Id. ibid. de Hieremia.  
 Carmel, unde Nabal Carmelus fuit: de qua & su-  
 pra dictum est. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Charmi, filius Ruben. Genes. 46. Numeri uigesi-  
 mosexto.  
 Charmi, pater Achan suris. 10f. 7.

Charmi, uinea mea, uel cognatio mea, siue agnitio aquæ. Philo in interpr. nom. de Gen. & Exod.

Charran, ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam, quæ usq; hodie Charra dicitur: ubi Romanus cæsus est exercitus, & Crassus dux captus. Eusebius de locis Hebraicis.

Charran, ciuitas Assyriorum in regione Theman iuxta Esaiam. Id. ibid.

Charran, foramina, siue ira, uel fodiens eos. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Charan, ira, uel foramen. Id. ibidem de libris Regum.

Charri, ad quem locum persecutus est Ioab, res nouas molientem Sibam. Eusebius de locis Hebraicis.

Chased, quasi populantes. Sunt autem Chaldæi. Philo in interpr. nom. de Gen.

Chaselath, iuxta Thabor terminus Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.

Chaseiatabor, in tribu Zabulon. Id. ibid.

Chaseleu, spes eius. Philo in interpr. nom. de Zacharia.

Chaslon, in tribu Iuda, & in finibus Aeliæ uilla pergrandis. Eusebius de locis Hebraicis.

Chaslon, scelerata tristitia, uel quasi protectio. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Chateb, quasi cor, aut omne cor, siue canis. Id. ibid. de 1. Regum.

Chazbi, ubi geminos Iudæ filios Thamar ædidit. Ostenditur autem nunc locus desertus iuxta Odollam in finibus Eleutheropoleos. Eusebius de locis Hebraicis.

Chazbi, mendacium. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

## C H E

Chebron, quæ quondam appellabatur Arbe, licet malè in Græcis codicibus habeatur Arboch: condita est autem ante septem annos quam Tanis urbs Egypti conderetur. fuit & metropolis Enakim, quos gigantes & potentes intelligere debemus. Eusebius de locis Hebraicis.

Chebron, coniugium, siue incantator, aut uisio sempiterna. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Chebron interpretari dicunt coniunctionem, uel coniugium. Origenes hom. 13. in Iesum Naue.

Chelbon, lactei. Philo in interpr. nom. de Ezech.

Chelab, filius Davidis regis. 2. Sam. 3.

Chellon, reuelatio eorum. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Chelion, prior maritus Ruth Moabitidis. Ruth. 1.

Chelmad, Ezechielis 27. inter gentes, quæ cum Tirij mercaturam exercuerunt, recensetur.

Chelon, quæ Aelon oppidum Moab, sicut & in Hieremia scribitur. Eusebius de locis Hebr.

Chelon, consummatio, siue omnis dolor, uel ab initio. Philo in interpr. nom. de libro Iudicum.

Chelcia, pars Domini. Id. ibid. de Hieremia.

Chelcian, pars mea Dominus est. Id. ibid. de Esa.

Chenna, zelotes, unde in alio loco Chanaanus, in alio zelotes dicitur. Hieronymus ibid. de Marco.

Chenne, regio Mesopotamiæ, cuius mentio fit Ezechielis 27.

Chenner interpretatur spretio literarum. Origenes homil. 20. in Iesum Naue.

Chennereth, mare, ubi est terminus Iudæe in tribu Neptalim. Sed & oppidum quod in honorem Tyberij cæsaris Herodes rex Iudæe postea instauratum appellauit Tyberiadem. ferunt hoc primum appellatum nomine. Eusebius de locis Hebr.

Chenneroth, cithararum signum, aut quasi uernæ. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Chennor, agnitio luminis, uel cætera. Id. ibid. de Ezechiele.

Chenez, filius Heliphaz, nepos Esau. Gen. 36.

Chephira, uicus ad ciuitatem pertinens Gabon in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebr.

Chephri, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Cherchoro, cognita ablatio. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

Chereloth, uidi signum. Id. ibid. de Iesu Naue.

Chereti, interficientes. Id. ibid. de 1. Regum.

Cheretim, disponetes, pro quo melius in Græco dixi diu. Id. ibid. de Ezechiele.

Chermel, molle, uel tenerum, siue cognitio circumcissionis. Melius autem si interpretetur, agnus tener. Id. ibid. de Iesu Naue.

Cherubin sunt animalia uolatilem habentia figuram: quæ à nullo hominum est inspecta. Iosephus lib. 3. cap. 8. antiquit. Iudaicarum.

Cherubim, scientia multiplicata, uel quasi plures. Philo in interpr. nom. de Gen.

Cherubim, scientiæ multitudo, aut scientia & intellectus. Id. ibid. de Exod.

Cherubim, quasi plures, aut uermiculata pictura, uel scientiæ multitudo. Id. ibid. de Numeris, & 1. Reg.

Cherubim in nostram linguam interpretatum plenitudinem scientiarum significat. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Cherubim in nostra lingua multitudo scientiæ interpretatur. Id. hom. 5. in Numeros.

Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ. Id. homil. 1. in Ezechielem.

Cheslon, oppidum uicinum Emaus, in finibus tribuum Benjamin, Iuda & Ephraim. Ios. 15.

Chesluim, filius Mizraim. Gen. 10.

Chesluim, contesta regio eorum. Philo in interpr. nom. de Gen.

Chet, percutiens. Id. ibid.

Cheteus, mentis excessus, siue fixus, uel abscessus. Id. ibid.

Chetti, insaniens, uel metuentes. Id. ibid. de 1. Regum.

Chethim, Cyprus dicitur, in qua ciuitatem condidit Luza. Nam & urbs hodie Cyprium appellatur. Eusebius de locis Hebr.

Chethim, confracti. Philo in interpr. nom. de Gen.

Chethim, insaniens uel formidans, siue signata. Id. ibid. de libro Iudicum.

Chetomene Hebraica lingua lineum significat nos enim linum cheton appellamus. Iosephus lib. 3. cap. 11. antiquitatum Iudaicarum.

Chettura, thymiana offerens, uel copulata, aut iuncta.

in *sta. Philo in interpret. nominum de Genesi.*

## C H I

**Chidon**, scutum, uel clypeus. *Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.*

**Chifara**, catulus eius, uel manus dissipata, siue expiatio. *Quod autem diximus, catulus eius, leonem significat, quem Græci uocant οὐλύρα. Id. ibid.*

**Chimarrus**, id est torrens Cedron, inter montem Oliueti & Hierusalem, ubi Dominum saluatore Iohannes Euangelista narrat traditum. *Eusebius de locis Hebraicis.*

**Chios**, insula ante Bithyniam, cuius nomen Syria lingua masticæ designat, eo quod ibi mastix gignitur.

Hanc aliqui Chiam appellauere à Chione nymphæ Choos. *Hieronymus de locis libri Actorū apost.*

**Chilon**, in tribu Iuda. *Euseb. de locis Hebraic.*

**Chirographum**. Deleto quod aduersum nos erat chirographo in decretis, &c. *Quodnam chirographum? Aut hoc intelligit, quod ad Moysen dixerat: Quæcunq; dixit Deus faciemus, & audiemus. Aut si non istud, quod obedientiam Deo debemus, aut quod diabolus detinuit chirographū, nimirum quod Deus fecerat ad Adam dicens: Quocunq; die comederis ex hoc ligno, morieris. Chrysostomus homil. 6. ad Coloss.*

**Chirographum** est, quando quis debitis obnoxius detinetur. *Id. ibid.*

**Chirographum** quidam dixerunt esse legem. *Post eius enim execrationem dixit, inquit, populus: Quæcunq; dixit Dominus Deus noster faciemus, & audiemus. Sed id erat Iudeorum chirographum non omnium hominum. Existimo ergo etiam corpus nostrum appellari chirographum. Per id enim omnes sceleratas & nefarias actiones suscipimus: per oculos quidem, la scire & impudicè aspicientes: per linguam autem, ea que non decet loquentes: per aures, perniciosam doctrinam suscipientes: manibus autem, furtum, uim, & in aliena inuasionem, & cædem admittentes. Theodorētus in 2. ad Colossenses.*

**Chisil**, in tribu Iuda. *Eusebius de locis Hebraic.*

**Chisil**, robustus. *Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.*

**Cisiloth**, stulti signum.

## C H L

**Chloes**. Perlatum est enim mihi de uobis fratres, ab his qui sunt Chloes. *Quod dicit: Ab his qui sunt Chloes, aliquibus uidentur homines esse manentes & fructificantes in fide Christi: aliquibus uidetur locus esse, ut puta si dicatur, ab his qui sunt Antiochie. Aliquibus autem uidetur scæminam fuisse Deo deuotam, cum qui multi fuissent colètes Deum, quibus fides nõ negaretur, ut quod deferrent de Corinthijs uerum esset. Ambrosius in 1. cap. ad Corinthios.*

**Chloes**, inuestigantes siue omnes, sed melius conclusio siue consummatio. *Hieronym. in interpret. nomin. de 1. ad Corinth.*

## C H O

**Choada**, præcipuū. *Philo in interpret. nomin. de Genesi.*

**Choba**, condemnatio. *Id. ibid.*

**Chobaa**, ad leuam partem Damasci: est autem

**Chobaa** uilla in iisdem regionibus, habens accolæ Hebræos: qui credentes in Christum, omnia legis præcepta custodiunt. *Et à principe hæreseos Hebionitæ nuncupantur. Contra huiusmodi dogma Paulus apostolus scribit ad Galatas. Eusebius de locis Hebraicis.*

**Chobar**, flumen Babylonium, sicut in Ezechiele & Hieremia scribitur. *Id. ibid.*

**Chobar**, grauitudo uel grauitas siue iuxta electum. *Philo in interpret. nomin. de Ezechiele.*

**Chobar** interpretatur grauitudo. *Origenes homil. 1. in Ezechielem.*

**Chodorlahomor**, rex Elamitarum seu Persarum. *Gen. 14.*

**Chodorlahomor**, quasi generatio manipuli, siue quasi decorum manipuli. *Philo in interpret. nomin. de Genesi.*

**Chodchod**. Carthaginenses. *Id. ib. de Ezechiele.*

**Chomarim**, ubi Iosias simulachra cõbussit. *Eusebius de locis Hebraicis. (bris Reg.)*

**Chomarim**, editui. *Philo in interpret. nomin. de li-*

**Chomor**, lacestones. *Id. ibid. de Ezechiele.*

**Chorath**, torrens trans Iordanem, ubi absconditus est Elias è regione eiusdem fluminis. *Euseb. de locis Hebraicis.*

**Chore**, filius Isuar, patris Moysi, pronepos Leui. *Exod. 6. mouet seditionem aduersus Moysen, & hinc terra absorbetur. Num. 16.*

**Chore**, filius Esau. *Gen. 36.*

**Chore**, caluit. *Philo in interpret. nomin. de Genesi.*

**Choritæ**, orti ex Chore. *1. Par. 9.*

**Choreb**, mons Dei in regione Madian iuxta montem Sina supra Arabiã in deserto: cui iungitur mons & desertum Saracenorum quod uocatur Pharã. *Mibi autem uidetur quod duplici nomine idem mons, nunc Sina, nunc Choreb uocetur. Eusebius de locis Hebraicis.*

**Chorethi**, dissipans siue disperdens. *Philo in interpret. nomin. de 2. Regum.*

**Chorozain**, oppidum Galilee, quod Christus propter incredulitatẽ miserabiliter deplorat & plangit. *Est autem nunc desertum in secundo lapide à Capharnaum. Euseb. de locis Hebraic.*

**Chorozain**, hoc mysterium meum. *Hieronym. in interpret. nomin. de Matthæo.*

**Chorreus**, iracundus, siue de foramine, quẽ Græci τρυγαν uocant. *Philo in interpr. nomin. de Deuteron.*

**Chorræi**, incolæ Idumee, siue Arabiae Petree, expulsi postea per filios Esau. *Deut. 2. Gen. 36.*

**Chorræi**, de foraminibus, quos uocant Trogloditas. *Philo in interpret. nomin. de Genesi.*

**Chorri** siue **Corræus**, farina, aut farinatus, seu post me, uel foramen meum. *Id. ibid.*

**Chota**, regio Assyriorum. *Euseb. de locis Hebraic.*

**Chozbi**, calix in me, siue immola mihi. *Philo in interpret. nomin. de Numeris.*

## C H R.

¶ **Christus**. *Quis sit Christus, Catholicis loquor, nostis, quia bene credidistis: non uerbum tantum, nec caro tantum, sed uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis. Augustinus tract. 18. in Ioannem.*

¶ **Quid est Christus?** *Verbũ & homo. Nec sic*

homo ut sola caro: sed quia homo constat ex carne et anima, totus homo in Christo. Non enim partem deteriorem suscepisset, & partem meliorem deseruisset: pars quippe hominis melior est anima quam corpus. Quia ergo totus homo in Christo, quid est Christus? Verbum, inquam, & homo. Quid est uerbum & homo? Verbum, anima, & caro. Id. ibid. tract. 47.

Quomodo est unus homo anima & corpus, sic unus Christus uerbum & homo. Videte quid dixerim, & intelligite. Anima & corpus due res sunt, sed unus homo: uerbum & homo due res sunt, sed unus Christus. Id. ibid.

Christus dicitur eximio quodam religionis ritum sicut regum sunt quedam communia nomina, ita ut apud Persas Artaxerxes, apud Romanos Caesar, apud Aegyptios Pharaon, ita apud Iudeos Christus communi nomine rex appellatur. Causa autem huius appellationis haec est. Quoniam quidem cum esset filius Dei & initium omnium, homo factus est: hunc primum Pater oleo perunxit, quod ex ligno uita fuerat sumptum: ex illo ergo unguento Christus appellatur. Clemens Romanus lib. 1. Recognitionum.

In Christi nomine subauditur, qui unxit, & ipse qui unctus est, & ipsa unctio in qua unctus est. Et unxit quidem pater, unctus est uero filius, in Spiritu qui est unctio, quemadmodum per Esaiam ait sermo: Spiritus Dei super me, propter quod unxit me, significans & ungentem Patrem, & unctum filium, & unctionem qui est Spiritus. Iren. lib. 3. cap. 10. aduersus haereses.

Hoc nomen Christus, in Domino & Seruatore nostro, quod homo factum est uerbum significat. Emanuel autem, Deum qui est nobiscum, Deum & hominem. Illud autem, Deus uerbum ita dictum, simplicem naturam, quae est mundo prior, tempore superior, & incorporea significat. Theodor. dialogo impatibilis.

Iesus Christus, hoc est unctus, appellatus est, propter unctionem Spiritus. Dicit enim psalmista David, Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae pro confortibus tuis. Id. lib. de Diuinis decretis.

Christus nomen non est, sed potius appellatio: unctus enim significatur. Unctus autem non magis nomen est, quam uestitus, quam calceatus, accidens nomini res. Tertullianus aduersus Praxeam.

Christi uocabulum quantum ad proprietatem appellationis ipsius pertinet, uerbi in carne positi & mundum Deo reconcilians indicium est, sicut Paulus dicit, Quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Origenes lib. 9. ad Rom.

Quod Graece Christus dicitur, hoc apud Latinos unctus sine linitus interpretatur. Faustinus lib. de fide contra Arianos.

Christus unde dicatur. Christus dicitur à chrismate, quod est unctio, quae Domino nomen accommodauit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est à Deo patre, sicut in Actis: Collecti sunt enim uero in ista ciuitate aduersus sanctum filium tuum, quem unxisti. Tertullianus de Baptismo.

Christi nomen à chrismate dictum est. Christina autem Graece, Latine unctio nuncupatur. Ideo autem nos unxit, quia uictor contra diabolum fecit.

Augustinus tractatu trigesimo tertio in Ioannem.

Pater, Deus, Creator, Dominus, Herus, non nomina sunt, sed à beneficentia desumpta uocabula. At filius ille qui solus proprie dicitur filius, sermo ille qui ante res creatas apud Patrem erat, ex ipso genitus: Christus quidem, eo quod unctus sit, & per ipsum Deus designat ordinatque omnia, uocatur non uulgate significationis nomine, sicut & Dei uocabulum non tam nomen est, quam inenarrabilis rei hominibus imata opinio: Iesus uero hominem & seruatorem significat & nominat. Iustinus apologia 1. pro Christianis.

Christus Iesus. Tunc praecipit discipulis suis ut nemini diceret, quia ipse esset Iesus Christus. Christus commune dignitatis est nomen: Iesus proprium uocabulum Saluatoris. Hieron. in 16. Mathaei.

Christus significat Regem, Iesus significat Saluatorem. Augustin. tract. 73. in Ioan.

Filius Dei, & uerbum ac sapientia Patris, quia uerus rex est omnium seculorum, & quia uerus pontifex est futurorum bonorum, & quia uerus propheta est, quippe qui inspiret & repleat prophetas, ideo uere & Christus nominatus est. Euseb. lib. 1. cap. 1. Ecclesiast. historiae.

Christus filius Dei. Christus est filius Dei ueritatis, qui homo factus est. Theodoretus dialogo impatibilis.

Christus filius hominis. Christus filium hominis seipsum dicebat, uel quia natus de uirgine oriunda à Dauide, Iacobo, Isaac, Abrahamoque: uel quia ipse Abraham etiam reliquorum deinceps pater est, ex quibus Mariae stirps deducitur. Scimus enim patres filiarum, etiam liberorum patres esse, quos illae pariunt. Iustinus in colloquio cum Tryphone.

Christus filius hominis, propter hoc quod in nouis simis temporibus in carne natus est, dicitur. Eusebius lib. 1. cap. 1. ecclesiast. historiae.

Seruator noster Christus hominis filius, propter postremam ipsius per assumptam carnem humanitatem, per oraculum propheticum nominatur. Danielis 7. Niceph. lib. 1. cap. 3. historiae ecclesiast.

Si corpus & animam filius Dei accepit humanam, ea ratione etiam filius hominis appellatus est. Theodoret. dialogo impatibilis.

#### ¶ Christi nomina.

Christus est plenitudo omnia in omnibus adimplentis, est uia, est uir, est sponsus. Respondi enim, inquit, uos uni uiro, uirginē castā. Est radix, potus, cibus et uita. uiuo enim, inquit, non iam ego, sed uiuit in me Christus. Est apostolus, summus sacerdos, praceptor, pater, frater, coheres, & sepultura & cruce nobiscum comunicans. Consepulti siquidem, inquit, illi sumus, et institij facti simul cum illa per similitudinem mortis eius. Est etiam simplex nobis factus. Pro Christo enim legatione, inquit, fungimur, tanquam Deo uos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini Deo. Et ad Patrem aduocatus noster est, etenim interpellat, inquit, pro nobis. Domus etiā simul & hospes. Ille enim, inquit, in me manet, & ego in illo. Et amicus. Vos siquidem, inquit, amici mei estis. Et fundamentum est & lapis angularis, & nos ipsius sumus & membra, &

et agricultura, et edificatio, et palmites, et cooperarij. Chrysoſtomus homil. 24. ad Romanos.

Varijs diuerſisq; Chriſtum nominibus diuina oracula appellare conſueuerunt. Nam modò illum uocant Iacob: Iacob puer meus, ſuſcipiam eum, Iſrael electus meus, ſuſcepit eum anima mea, iudicium gentibus proferet, et quæ ſequentur. quibus ad extremum illud additur, Donec ponat in terra iudicium, et in nomine eius gentes ſperabunt. Modò eundem Salomonè et Dauid nominant. Salomonè quidem, ut in 71. Pſal. qui Salomonem quidem inſcriptus eſt, planè autem quæ ad Chriſtum referenda ſunt, continet. illud enim: Et dominabitur à mari uſq; ad mare, et à flumine uſque ad fines orbis terræ, et omnes gentes ſeruient ei: et quæcunq; ipſa hæc deinceps Pſalmus continet, uni utique Chriſto ſunt accommodanda. Dauid uerò rursus appellatus eſt Chriſtus in Pſalm. 83. quando quidem nuſquam ipſi Dauid, ſed uni illi, quæ in hoc item dicuntur, conuenire poſſunt, ueluti illud, ipſe inuocabit me, pater meus eſt tu, et ego primogenitum eum ponam, excelſum præ Regibus terræ, in æternū ſeruabo illi miſericordiam meam. Et rursus: Semen eius in æternum manet, et ſedes eius ut ſol in conſpectu meo, et ut luna perfectæ in æternum. Sic igitur unà cum alijs innumerabilibus Chriſti appellationibus, quibus illum diuina oracula ſignificant, eadem ratione ut Iudas quoque in iſs, quæ modò exponebamus, ſit appellatus, fieri poteſt, quum de tribu Iuda ſit natus. Conſtat enim ex Apoſtolo, Saluatorem ac Dominum noſtrum de tribu Iudæ ortum eſſe. Euſebius lib. 8. demonſtr. u. de demonſtratione Euangelica.

Dum cum Patre eſt, atque uniuerſi prouidentiam diuina uirtute adminiſtrat, cælum ipſum unà cum terra, et naturas quæ in illis continentur, atque eas quæ ſupra cælum ipſum intelliguntur diuinas et incorporeas tuetur et curat, Dei uerbum, et Dei ſapientia, et Dei uirtus, et princeps, et dux, et rex. Quinctiam et Deus et Dominus in diuinis oraculis cum laude et gloria nominatur, et illuminator quidem incorporearum, intelligentiumq; naturarum. Sol uero iuſtitiæ ac lumen ueritatis eſt dictus, qui ſuſteruit, atque operam ſuam immiſcet paternis diſpoſitionibus, ex quo Patris miniſter et opifeſ nuncupatur. Solus uerò certo ordine nouit Deo obtemperare, qui etiam medijs intercedit inter Deum, qui genitus non eſt, et eas res quæ poſt ipſam genitæ ſunt: qui uniuerſi curationem aſſumpſit, et Patri pro omnibus qui illi parens eſt conſecratus, ſoluſq; illum omnibus miſerem, propitiuſq; reddit: qui pontifex æternus, ac præterea Chriſtus Patris uocatur. Sic enim apud Hebræos olim appellabantur, qui imaginem primi per quædam ſigna referebant. Ac dum angelorum quidam ordinibus imperat, atque ipſ præeſt, magni conſilij angelus eſſe dicitur, et militiæ cœleſtis dux, ac maximus copiarum Domini imperator. Dum uerò ad hæc noſtra deſcendit, noſtramq; ipſorum rationalem naturam, et ſuæ imaginis cauſa et bonitate Patris aſſumit, ex quo ſanè paruulis atq; inſipientibus, ac pro pmodum pecoribus imperare uidetur, paſtor ouium dictus eſt. Quatenus uerò animarum ægrotantiū me-

delam pollicetur, merito ſaluator ac medicus dicitur. Hoc enim apud Hebræos Ieſu appellatio ſignificat. Ceterum quum ipſi humano quoque inſtrumento opus eſſet, quo etiam hominibus ſeipſum oſtenderet, patrisq; ſui agnoſcendi et colendi ueram rationem doceret, ne huic quidem recuſauit modum: ſed ſtrenuiſſimè naturam noſtram ingreſſus, ad homines acceſſit, ad Deum hominis ſpecie, ingens miraculum oſtendit, ut non ſolum obſcurè ac latenter, ſine carne et ſine corpore præeſſet, uerum ipſis quoque corporeis obuitibus patens, hominumq; oculis miracula quæ ſupra hominem ſunt exhibens intuenta, ſic quidem ad corporis etiam aures, linguæ, uocisq; articulate fungens officio, documenta hominibus præberet, diuinumq; reuera atq; admirabile ſpectaculum, quale nullum aliud adhuc uifum eſſe memoratur: quippe quod et ſaluare, et idem beneficium omnibus ſentiretur, ipſe ſeipſum oſtenderet. Sicq; etiam Deus uerbum, filius hominis dicebatur. et quatenus ad homines uenerat, ut animis humanis medicinam, ſanitatẽq; afferret, Ieſus nominabatur. Nam ipſius Ieſu apud Hebræos appellatio, ſaluatorem planè ſignificat. Id. ibid. lib. 4. cap. 10.

Chriſtus oſtium dici poterit, quoniam per ipſum ingredimur, et uia, quoniam per ipſum uadimus, et columna, quia ipſe eſt fundamentum ueritatis, et nubes, quia intexit filios Iſrael, aut etiam columna, propter luciditatem, ignis, quem illuminauit in deſerto, et manna, quia negauerant ipſum panem cœleſtem, et panis, quia per ipſum fortificamur, et angelus, quoniam magni conſilij angelus eſt, æquiuocum enim eſt angeli nomen. Suſcepit enim Rhaab angelos, et non erant angeli, qui miſi erant alijs, quam qui annunciauerunt de loco. Sic etiam unigenitus, quoniam annunciauit uoluntatem Patris hominibus, magni conſilij angelus eſt, dum in mundo magnum conſilium annunciat. Et lapis, non inſenſibilis lapis dicitur, ſed abuſiue, eò quòd offeudiculum fuit Iudæis, nobis autem fundamentum ſalutis, et lapis angularis, eò quòd conſtruxit uetus et nouum teſtamentum, circumciſionemq; ac præputium in unam unitatem. Agnus autem propter innocentiam, et quòd per ipſum, peccatum ab hominibus ſublatur eſt, in eo quòd ipſe Patri oblatuſ eſt ouicula ad maſtationem. Nam uenit ut pro nobis pateretur, paſſionis exors, quòd nos ſaluaremur. Et ſi quid aliud eſt eiſdem uſus, quòd conſert ad ſalutem filiorum hominum, abuſiue à diuina Scriptura ad ipſum refertur. Epiphanius libro ſecundo, tomo 2. contra hæreſes.

Chriſtus angelus magni conſilij. Chriſtus dictus eſt magni conſilij angelus, id eſt nunciuſ officij, non nature uocabulo. Magnum enim cogitatum Patris, ſuper hominis ſcilicet ſubſtitutione, annunciaturus ſeculo, erat. Non ideo tamen ſic angelus intelligendus ut Gabriel aut Michael. Tertullianus de carne Chriſti.

Dominus Ieſus Chriſtus non ideo agnus dicitur, quaſi qui mutatus ſit, et conuerſus ſit in ſpeciem agni. Dicitur tamen agnus, quia uoluntas, et bonitas eius, qua Deum repropitiuſ hominibus, et peccatorum indulgen-



indulgentiam dedit, talis exitit humano generi quasi agni hostia immaculata & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur. Origenes homilia 24. in Numeros.

Agnus Dei. Ioannes ait, ostendens ipsum: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: non inquit, qui tollit aliquando, neq; item, qui abstulit quidem ante, nunc autem non tollit: sed tollit, inquit, quod assidue hoc agit, id est, tollit ab unoquoq; in mundo existente peccatum, neque cessat tollere, quoad e toto mundo sublatum fuerit peccatum, ac Seruator tradiderit Patri regnum paratum, eo quod nullum, ac ne leue quidem peccatum superfuturum sit debellandū a Patre: & rursus suscipiens omnia Dei in toto seipso perfectē, quando impletur illud, ut sit Deus omnia in omnibus. Id. Tom. 1. in Ioannem.

Apostolus. Christus Apostolus dicitur, id est, missus a patre, quippe qui ad euangelizandum pauperibus missum se dicit. Id. ibid. lib. 1. ad Romanos.

Archangelus. Quia ipse Dominus in iussu et in uoce archangeli. Est enim, ut ipse dixit ad Iesum filiū Naue, dux & princeps exercitus Domini: propter quod archangelus dicitur. Ambrosius in 4. ad Thesalonicensis.

Caput omnium. Christus caput omnium dicitur, ut per ipsum omnes subsistere uideantur. Id. in 1. ad Colossenses.

Qui est caput omnis principatus et potestatis. Hic posuit caput, pro eo quod est, imperium, aut magistratus. Theodoretus ibidem.

Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexu & coniunctiones, &c. Caput Christum Dominum nominauit. Corpus autem cœtum Ecclesie. Idem ibidem.

Caput omnis uiri. Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput Christus est. Hoc dicit diuinus Apostolus, quod cuiuslibet uiri Christus caput est, scilicet credentium: uel scilicet autem caput est, non quatenus Deus, sed quatenus homo est. Corpus enim eius dicitur. Oportet autem caput esse eiusdem generis cum corpore. Quod ad humanitatem ergo attinet, nostrū est caput, ergo & in ea eius caput Deus est. Sin autem uolunt hoc etiam dictum esse in diuinitate: sciāt quod quemadmodum nostrum, qui naturam humanam habemus, in ipsum autem credimus, quod ad humanitatem attinet, caput dicitur, quod enim ad eam spectat, est eiusdem nobiscum substantie, ita Pater, qui eius caput appellatur, eandem cum eo substantiam indicat, & est, quod ad diuinitatē quidem attinet, eiusdem cum Patre substantie: eiusdem autem nobiscum, quod ad humanitatem attinet, eius autem caput ut Pater & causa nominatur. Id. in 11. 2. ad Corinth.

Christi caput Deus. Caput autē Christi, Deus. Dignum est ut filij caput Pater dicatur, quasi genitor eius. Aliter tamen caput uiri Christus est, & aliter uir mulieris, et aliter Deus caput Christi est. Deus autem ideo caput Christi est, quia de eo uel ab eo genitus est. Mulieris uero caput ideo uir est, quia ex eius costis Dei uirtute formata est. Christus autem ideo caput uiri est, quia per ipsum cum nō esset, formatus est.

Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam: quia & personæ discrepant et substantiæ. Ambrosius ibid.

Christi ciuitas. Et uenit in ciuitatem suam. Ciuitatem eius non aliam intelligimus quam Nazareth: unde et Nazareus appellatus est. Hieronymus in 9. Mat.

Propriam hic ciuitatem eius Capernaum appellauit. Bethlehem enim ipsum tulit, Nazareth educauit, sed Capernaum perpetuum ipsius erat habitaculum. Chrysostomus homil. 30. in Mattheum.

Christus cor Dei. Nos intelligere debemus, cor Dei esse eius eam uim, quæ intelligentiam efficiat, & uniuersa disponat: sermonem uero illud esse, quod que in illo sunt corde, renunciet. Quis uero Patris consilium his, qui inter mortales digni extiterint, quicq; horum naturam superauerint, renunciat, nisi Seruator? Origenes tom. 1. in Ioannem.

Consiliarius. Vocabitur nomē eius Emmanuel, admirabilis, consiliarius, &c. Consiliarius dicitur est paruulus iste, qui & alibi dicitur magni consilij angelus, eo quod secreta Dei quæ ab hominibus erant abscondita, publicè reuelauit: & cum nemo nosset Patrem nisi filius, ipse arcana Dei referans, indaginem trinitatis explicuit, loquens Patri, & a Patre responsum accipiens, & Spiritum sanctum infundens discipulis, generationis & processionis intimas rationes, subtiliter astruens personarum proprietates, & indissolubilis essentia unitatem. Cyprianus serm. de natiuitate Christi.

Christi corpus. In ædificationem corporis Christi. Hæc dona dedit ad ædificationem & utilitatē credentium: eos enim appellauit corpus Christi. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Christus imago Dei. Iure imago Dei Christus intelligitur, utpote qui genitura sit ingenite nature. Eusebius lib. 3. cap. 1. de demonstratione Euangelica.

Vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Christum Dei imaginem, utpote Deum de Deo, appellauit. In seipso enim Patrem ostendit. Quamobrem dicit: Qui me uidit, uidit Patrem. Theodoretus in 4. 2. ad Corinthios.

Imago est inuisibilis Dei patris Saluator noster, quantum ad ipsum quidem Patrem ueritas: quantum autem ad nos quibus reuelat Patrem, imago est per quam cognoscimus Patrem, quæ nemo alius nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Reuelat autem per hoc quod ipse intelligitur. A quo enim ipse fuerit intellectus, consequenter intelligetur & Pater, secundum hoc quod ipse dixit: Qui me uidet, uidet & Patrem. Origenes lib. 1. cap. 2. Peri archon.

Deus. Dux. Deus est, qui filius Dei uerus est. Dux autem et princeps ideo, quia caput omnium est, quia per ipsum omnia. Ambrosius in 4. 1. ad Thessal.

Dies. Christum diem dicitur, in Psalmis declarat Spiritus sanctus: Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: a Domino factus est. & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit Dominus, ambulemus et iucundemur in eo.

Sol. Item quod sol appellatus sit, Malachim propheta testatur, dicens: Vobis autem qui timetis nomen Domini

Dominus, oriatur sol iusticie, & in alis eius curatio est. Cyprianus sermo. de oratione dominica.

Dominus Dauid. Quomodo Dauid in spiritu uocat eum Dominum, &c. Dominus Dauid uocatur, non secundum id quod de eo natus est: sed iuxta id, quod natus ex Patre semper fuit preueniens ipsum carnis sue Patrem. Hieronymus in 22. Matthei.

Dominus noster. Gratia uobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Deum patrem nostrum appellat, quia ab ipso sunt omnia & condita & restaurata: Christum autem Dominum nostrum, quia redemit nos offerens se pro nobis. Ambrosius in 1. ad Ephesios.

Figura expressa substantie Dei. Vide ne forte quoniam filius Dei qui uerbum eius & sapientia dicitur, & solus nouit Patrem, & reuelat quibus uult, id est, qui capaces uerbi ipsius & sapientie fuerint, secum dum hoc ipsum quod intelligi atq; agnosci facit Deum, figuram substantie atq; substantie eius dicatur exprimeret: id est, cum semetipsum primum describit sapientia ea, que reuelare uult ceteris, ex quibus ab illis agnoscitur & intelligitur Deus, & hoc dicatur figura expressa substantie Dei. Origenes lib. 1. cap. 2. Peri archon.

Filius dilectionis. Et transtulit in regnum filij dilectionis sue. filium dilectionis Christum Dominum uocauit, docens eum amari, non ut creaturam & seruum, sed ut filium. Non est enim filius dilectionis: sed dilectus filius, hoc est, uerus & proprius. Ita etiam Isaac nominatus est. Accipe enim, inquit, filium tuum dilectum, pro eo quod est, uerum ac proprium, & qui est tibi alijs pretiosior. Theodoretus in 1. ad Coloss.

Forma Dei. Qui cum in forma Dei esset, &c. 1. deo forma & imago Dei appellatus est, ut intelligeretur non ipse Pater esse Deus, sed hoc esse quod Deus est. Ambrosius in 2. ad Philippens.

Fons uitae. Perspicuum est principium, fontemque uite sincerioris ac purioris, atq; a mixtione cuiuscunque rei alienae, proprie in primo genio omnis creature existere, a qua qui Christi sunt participes sumentes, ueram uiuunt uitam: cum hi, qui prae ter ipsum uiuere existimantur, ut ueram lucem non habent, ita ne ueram quidem uiuant uitam. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Christi filij. Deus iudicium tuum regi da, id est Christo regnato, & iusticiam tuam filio regis, id est populo Christi. filij enim eius sunt, qui in ipso renascuntur. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

Fratres. Ex eo quod fecistis uni ex minimis istis fratribus meis, mihi fecistis. Abusu quidem omnes credentes in Christo fratres sunt Christi: Reuera autem fratres eius sunt, qui perfecti sunt, & imitatores eius sunt, sicut ille qui dixit: imitatores mei estote, sicut & ego Christi: qui possunt dicere. Pater noster qui es in caelis. Origenes in 25. Matthei.

Christus iusticia. Veritas. Vita. Lex. Sicut Christus est iusticia, ex qua omnes iusti fiunt: & ipse est ueritas, ex qua omnes in ueritate consistunt: & ipse est uita, ex qua omnes uiuunt: ita & ipse est lex, ex qua omnes in lege sunt. Id. lib. 3. ad Romanos.

Iusticia. Sanctificatio. Redemptio. Christus factus est mihi iusticia, & sanctificatio ac redemptio.

Iusticia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit. Sanctificatio uero, quia per aquam & spiritum & uerbum suum me liberauit. Redemptio uero est sanguis ipsius, dum precium redemptionis agni ueri pro me se ipsum tradidit, propitiationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in caelo & terra, mysterium ante secula & generationes occultum, implens temporibus decretis. Epiphanius lib. 3. tom. 1.

Iusticia Dei. Christus Dei iusticia est in fide. Iusticia enim ipse est, quia quod promiserat Deus, in ipso impleuit. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Christo ingratus. Non sum ingratus gratie Dei. Hic non est ingratus Christo, qui in fide eius perdurat, sciens nullius se habere beneficium, nisi huius: & ad contumeliam eius proficere, si alterum ei comparet, cuius auxilium habere non potuit. Idem in 2. ad Galatas.

Lapis. Lapis est Christus reprobatus ab aedificantibus, & in caput anguli ordinatus, quoniam enim lapides uiui aedificantur in fundamento, ipso Iesu Christo Domino nostro existente summo angulari lapide, alijs lapidibus Apostolorum et Prophetarum, eo quod ipse sit pars structurae, quae est ex lapidibus uiuentibus in regione uiuentium lapis appellatur. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Lapis angularis. Christus angularis lapis dicitur, qui fecit utrumque unum. Angulus enim duos parietes copulat de diuerso uenientes. Quid tam diuersum, quam circumcisio & praeputium? Habes unum parietem de Iudaea, alterum parietem de gentibus, sed angulari lapide copulantur. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Angulus in aedificio non est, nisi cum duo parietes ex diuerso uenientes in illum conueniunt, & quadam unitate iunguntur. Augustinus sermo. 18. de uerbis Domini.

Lux. Ego lux in mundum ueni. Lucem seipsum appollat, quod errores pellat, & intellectus auferat tenebras. Chrysostomus homil. 68. in Ioannem.

Lux hominum. Hinc fit lux hominum, quando homines a uitio obscurati luce egent lucente in tenebris, & a tenebris non apprehensa: lux non futurus, nisi homines obscurati fuissent. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Lux hominum, uera, mundi. Ut eo quod illuminet, illustretque, eas hominum partes, quas principes uocamus, uel generatim omnium, qui rationis sunt capaces, lux est hominum, & lux uera, & lux mundi: sic eo quod autor sit omnis mortalitatis deponende, ingenerandi que, eam, quam proprie uocamus uitam, resurgentibus ex mortuis ijs, qui eum sincere receperint, appellatur resurrectio. Id. ibid.

Minister circumcisionis. Quomodo Christus minister fuerit circumcisionis ad stabiliendas promissiones patrum, duplici modo intelligi potest. Siue pro eo quod circumcisionem in carne sua suscepit ipse, ut manifestissime nosceretur quod ex semine Abraham ueniens, cui promiserat Deus: Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes, completeret in semetipso quae patribus fuerant repromissa: & ut per hoc secundum propositum

propositum totius epistolæ ordinem, quo nunc eos qui ex circumcissione crediderant, nunc etiam eos qui ex gentibus aduersum se inuicem superbientes refrenat ac reprimat, doceret non esse penitus iudicandos eos qui in legis obseruationibus demorantur, quando quidem Christus etiam in carne sua circumcissionis minister fuisse dicatur, de qua idem Apostolus dicit: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto est in carne circumcissio, sed qui in occulto Iudæus est, et circumcissio cordis, quæ spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et secundam quod idem Apostolus in alijs dicit: In quo etiam circumcissi estis in circumcissione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione corporis Christi consepulti ei in baptismum. Per huiusmodi ergo circumcissionem certum est promissiones patrum esse completas. Id. lib. 10. ad Romanos.

Christi mens. Nos Christi mentem habemus: Saluatoris mentem nullam rem aliam, quam S. sanctum appellantes, qui quæ scire opus erat, aperte reuelabat. Cyrillus lib. 10. cap. 41. in Ioannem.

Membra, Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Non de alio quodam homine spiritali dicens hæc, non enim ille complectitur meretricem, sed corpus nostrum, id est caro quæ cum sanctimonia perseuerat et mundicia, membra dixit esse Christi. Quando autem complectitur meretricem, membra fieri meretricis, et propter hoc dixit, Si quis templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Irenæus lib. 5. pag. 302. aduersus hæreses.

Christus Nazarenus. Prophetæ Christum Nazarenum uocant, eo quod illic educatus est, et conuersatus. Chrysostomus hom. 19. in Ioannem.

Christi os. Gladius acutus est os filij Dei, quoniam uiuus est sermo Dei, et efficax, et penetrantior quouis gladio utriusque incidente, et pertingens usque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumque, et medullarum, et discretor cogitationum, et notionum cordis. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Christus ostium. Iam ostium quoque: Seruator in scriptis est: quoniam in Patre non licet esse ei, qui non peruenerit apud Patrem, primum ab imo ascendentem ad filij diuinitatem, per quam quis manu duci potest etiam ad paternam: generis autem humani amans cum sit, et qualemcumque animorum ad meliorem frugem inclinationem admittat, eorum qui ad *λογον*, id est ad rationem, non festinant, sed ouium instar exquisitam, sed irrationalem mansuetudinem, et lenitatem habet, pastor efficitur. Homines enim et iumenta seruat Dominus. Id. ibidem.

Ostium. Pastor. Qui ingreditur per ostium, hic est pastor ouium, etc. Quando nos Patri offert ostium: cum nostri curam gerit, pastorem se proficitur. Chrysostomus hom. 53. in Ioannem.

Tenete quomodo Dominus Iesus Christus, et ostium sit et pastor: ostium pandendo se, pastor intrando per se. Augustinus ibid. tract. 47.

Dei oleum. Huius supremæ atque ingenitæ diuinæ essentia uirtutem illam, quæ omnia ualet, omne bonum præstat, omnem pulchritudinem ministrat, diuinus

Spiritus, proprio et conuenienti exemplo conferens atque accommodans, Dei oleum appellat. Quare et Christum, et unctum eum, qui illius particeps sit, uocat. Euseb. lib. 4. cap. 15. de demonstratione Euangelicæ.

Pastor. Rex. Ut aliquos cernere est, quibus Christus est pastor, propter suam ipsorum mansuetudinem et firmitatem, quæ inest in irrationali parte animæ. Sic etiam aliquos uideas, quibus rex sit ipse Christus, ob eam animæ partem, quæ rationis magis est capax, per quam accedunt ad Dei cultum. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Pontifex. Ob eam causam magnus est Pontifex, quoniam regno Patris omnia restituit, faciens ea repleti, quæ in unoquoque mortalium desunt, ut capiant paternam gloriam. Id. ibid.

Primitiæ dormientium. Surrexit Christus ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt, etc. Quo cognoscas et hoc, ob quam causam primitiæ eorum qui obdormierunt Christus dicitur, et quidem quum ipse non inceperit resurgere, nam ante ipsum resurrexerunt per ipsum Lazarus, et filius uiduæ, et alij tum per Heliam, tum per Helissæum. At quando quidam illi omnes ubi resurrexerunt, rursus mortui sunt, sic Christus primitiæ eorum, qui obdormierunt est. Quum enim resurrexerit, non amplius moritur, sicut quæ futura est resurrectio per ipsius uitam ac benignitatem. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hæreses.

Primogenitus. Dicitur et primogenitus, sicut dixit apostolus: Qui est primogenitus omnis creaturæ. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Recte primogenitus qui ante omnem creaturam non factus sed natus est, ad cuius exemplum Deus homines in filios sibi adoptare dignatus est. Est et primogenitus in regeneratione Christus. Est et primogenitus ex mortuis, cuius natura ignoratur. Est et primogenitus post uictoriam ascendens in caelos. Primogenitus igitur in omnibus frater noster dicitur, quia homo dignatus est nasci. Dominus uero est, quia Deus noster est, sicut dicit propheta Hieremias: Hic est Deus noster. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Primogenitus omnis creaturæ. Si primogenitus omnis creaturæ ab apostolo dictus est Christus, quomodo omnis creaturæ primogenitus esse potuit, nisi quoniam secundum diuinitatem ante omnem creaturam ex patre Deo sermo processit? Tertullianus lib. de Trinitate.

Est primogenitus creaturæ: non quod forem habeat creaturam, sed quod ante omnem creaturam sit genitus. *πρωτογενεος*, hoc est, primogenitum, hoc est, primum uocauit apostolus. Ita etiam dictus est Primogenitus ex mortuis, primus enim resurrexit. Theodoretus in 1. ad Coloss.

Primogenitus ex mortuis. Simile considerare possumus de eo, quod primogenitus ex mortuis dicitur. Nam si ponamus mulierem deceptam non fuisse, nec Adam deliquisse, sed creatum hominem ad immortalitatem, immortalitatem obtinuisse, neque in puluere mortis descendisset Christus, neque mortuus fuisset non existente peccato, aut erga humanum genus amore moriendum.

moriendū illi erat. Ac si hæc non fecisset, minimè fuisset primogenitus ex mortuis. Origenes tom. 1. in Ioan.

**Primus & ultimus.** Primus & ultimus est Seruator, non quod non sit etiam mediā, sed idcirco duorum extremorum uocabulo gaudet, ut declaret se omnia fuisse. Id. ibid.

**Principium.** Christus idcirco dictus est principium, quia sapientia sit dicente per Solomonem sapientia: Deus creauit me principium uiarum suarum, ad opera eius: ut sit in principio uerbum, hoc est in sapientia. Id. ibid.

Quod si diligenter examinemus, omnia ipsius cognomina, solum quia sit sapientia, principium est, ne principium quidem existens in quantum est *Ador*, id est uerbum, uel ratio. Quando quidem uerbum, uel ratio in principio erat. Id. ibid.

**Apertius principium, ac finis** secundum communē loquendi consuetudinem, de re continua, & unita dicitur: ut domus principium est fundamentum, & finis fastigium. Et sanè summo angulari lapide existente Christo, toti corpori unito eorum, qui seruantur, adaptandum est exemplum hoc. omnia enim, & in omnibus est Christus unigenitus, qui ut principium est in eo est homine, quem assumpsit, ut finis autem in ultimo, sanctorum scilicet, etiam in his, qui sunt in medio existens. Est etiam Christus, ut principium quidē, in Adam: ut finis autem, in aduentu suo. Iuxta illud, *Utinus Adam in spiritum uiuificantem.* Veruntamen hoc dictum congruet etiam explicationi harum uocum, primus & ultimus. Id. ibid.

**Propitiator.** Quem proposuit Deus propitiatorum &c. Vno eodemq; sensu apostoli propitiatorum uel propitiationem, uel ut in Latinis codicibus frequentius inuenitur, propitiatorem nominant Christum. Sed nihil interest siue propitiator, siue propitiatorum, siue propitiatio, siue etiam exoratio scriptum sit, cum apud Græcos uno semper eodemq; sermone profertur. Id. lib. 3. ad Romanos.

**Mater Christi.** Ecce mater tua et fratres tui foris stant, querentes te. Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credentiū animis generat. Hieronymus in 1. 2. Mat.

**Lux.** Non erat ille lux. Quamuis & Bille Baptista, & uiri sancti omnes, lux esse à Scriptura dicuntur (Vos enim lux mundi estis, Saluator inquit. & de Baptista rursus scribitur. Parauit lucernam Christo meo. Ille erat lucerna ardens & lucens) non ignoramus tamen unde gratiam, largitionemq; luminis consequuti sunt. Non enim propria sancti luce illuminantur, nec proprium lucerna possidet lumen: sed illuminatione ueritatis splendentes, quasi luminaria mundi sunt uitæ uerba retinentes. Vita uerò cuius uerba retinentes lux efficiuntur, nulla profectò alia est, quam ille qui dicit. Ego sum uita. Vita igitur uerè lux est, cuius participatione non consequitione naturæ, cetera lux esse profectò uidentur. Cyrillus lib. 1. cap. 7. in Ioannem.

**Lux uera.** Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Lux uera filius est Dei, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quicumq; rationalis est, particeps uerè lucis efficiuntur. Rationalis autem est omnis homo.

Cum igitur omnes homines rationales sint, in quibusdam uirtus rationis augetur, in quibusdam minuitur.

Origenes hom. 1. 1. in Hieremiam.

**Mediator.** Disposita per manus angelorum in manu mediatoris. Mediatorem hic appellat Christum, declarans quod is ante legem fuerit, ipseq; legem tulerit. Chrysostomus in 3. ad Galatas.

**Manus mediatoris.** Manum mediatoris, potentiam & uirtutem eius debemus accipere. Qui cum secundū Deum unum sit ipse cum Patre, secundū mediatoris officium alius ab eo intelligitur. Hieronymus ibid.

**In manu mediatoris.** Siue Mosi (ut quidam putant) siue Christi. Nam & Moses, aiunt, inter Deum & populum medius fuit. Id. ibid.

**Nazaræus.** Quoniam Nazaræus uocabitur. Nazaræus sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat. Hieronymus in 2. Matthæi.

**Nazarenus.** Per omnes Prophetas Iesus Nazarenus uocatus, quod est sanctus. Auctor operis imperfecti hom. 2. in Matthæum.

**Nazoræus.** Ipse Dominus Iesus Nazoræus uocabatur, quemadmodum habent Euangelia & Actus apostolorum, propterea quod in Nazareth ciuitate, quæ nunc uicus est, educatus esset in domo Ioseph, natus uerò secundum carnem in Bethleem ex Maria uirgine desponsa ipsi Ioseph, qui in eandem ciuitatem transmigravit, postquam à Bethleem digressus in Galilea habitauit. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hæreses. Nazoræus significat sanctum. Id. ibid. lib. 3. tom. 2.

**Odor mortis in mortem.** Apostolus 2. ad Corinth. ait: Quoniam Christi suauis odor sumus Deo in his qui saluantur, & in his qui pereunt, quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam uerò odor uitæ in uitam. Quibus est odor mortis in mortem, nisi his qui non credunt, neq; subiecti sunt uerbo Dei? Qui sunt autem qui et tunc semetipsos morti tradiderunt? hi scilicet qui non credunt, neq; subiecti sunt Deo.

Rursum autem qui saluati sunt, & acceperunt hereditatem: hi scilicet qui credunt Deo, & eam quæ est erga illum dilectionem custodierunt. Quemadmodum Chaleb Ieffone, & Iesus Naue, & pueri innocentes, qui neq; malitiæ sensum habuerunt. Irenæus lib. 4. capite 47. aduersus hæreses.

**Christi plenitudo.** In mensuram ætatis plenitudinis Christi. Plenitudo Christi, caput & membra. Quid est caput & membra? Christus & Ecclesia. Rogare enim nobis hoc superbè, nisi ipse dignetur hoc promittere, qui per apostolum eundem dicit, Vos autem estis corpus Christi & membra. Augustinus tract. 2. 1. in Ioannem.

**Christus redemptio.** Est redemptio nostra Christus, eò quod in captiuitatem abducti opus habuimus redemptione. Origenes tom. 1. in Ioannem.

**Rex filius regis.** Haudquaquã nos latere debet, uocabulum Christi ad eam naturam, qua est homo, præcipue pertinere: iuxta quã etiã anima ipsius dicitur turbata, et pertristis fuisse: uocabulum uerò regis referri ad diuinitatem: id quod ex 1. & 70. Psalmo confirmare licet, dicente: Deus iudicium tuum regi da, & iusti-

ciam tuam filio regis, ut iudicet populum suum in iusticia, & pauperes tuos in iudicio: apertè enim Salomoni inscriptus hic Psalmus de Christo prophetat. Operèq; precium est uidere, cui regi optet à Deo Propheta iudicium dari: & cui filio regis, & cuius regis iusticiam. Meum itaq; est iudicium, præcipuam primo geniti totius creaturæ naturam, cui ob præstantiam datum sit iudicium, regem dici: filium uerò regis, eum quem assumpsit hominem, ab illa formatum, & effigiatum secundum iusticiam. Id. ibid.

In ruinam & in resurrectionem. Christus uenit in ruinam & in resurrectionem multorum. in ruinam quidem non credentium ei, quibus & maiorem damnationem quam Sodomorum & Gomorræ in iudicio comminatus. in resurrectionem autem credentium, & facientium uoluntatem Patris eius, qui est in cælis. Ireneus lib. 5. pag. 332. aduersus hæreses.

Sanctificatio. Ipsa siquidem sanctificatio, unde sancti sumunt sanctificationem, & redemptio, Christus nobis factus est: & unusquisq; nostrum illa sanctificatione sanctificatur, et illa redemptione redimitur. Origenes tom. 1. in Ioannem.

Sapientia. Sapientia dicitur, sicut & Salomon dixit: Dominus creauit me initium uiarum suarum, & in opera sua antequam aliquid faceret, ante secula fundauit me. In initio priusquam terram faceret, priusquam produceret fontes aquarum, antequam formarentur montes, ante omnes autem colles genuit me. Origenes lib. 1. cap. 2. peri archon.

Prudentia. Sapientia. Iusticia. Sanctitas. Et in sua prudentia extendit cælum. Non fortuito sapientia in cæli ostensione assumpta est: inuenies & in Prouerbis dictum: Dominus sapientia fundauit terram, preparauit cælos prudentia. Est ergo aliqua prudentia Dei, quam nolo ut extra Christum requiras. Omnia quippe quæ sunt Dei Christus est. Ipse sapientia eius, ipse fortitudo, ipse sanctificatio, ipse iusticia, ipse sanctitas & redemptio, ipse ut in presenti pro uarietate sensuum diuersis uocabulis nuncupatur. Aliud significat sapientia, aliud iusticia. Quando enim sapientia, dicitur disciplina ista diuinarum rerum humanarumq; institutio. Quando iusticia, distributor & iudex meritorum significatur. Quando sanctitas, illa uirtus describitur quæ credentes Deo efficit sanctos. Ita ergo mihi & prudentia eius intelligitur doctrina & demonstratio bonarum ac malarum rerum siue neutrarum. Id. hom. 10. in Hieremiam.

Sermo. Potest filius etiam sermo esse, eò quòd renunciet occulta Patris sui, qui meus existit perinde atque filius, qui uocatur sermo. Ut enim apud nos sermo nuncius est earum rerum, quæ à mente cernuntur, sic ille Dei sermo, qui Patrem agnoscit (nemine alio qui mortalium absq; duce in eum intendere ualente) Patrem agnoscit reuelat. Nullus enim agnoscit Patrem, nisi filius, aut ille cui filius reuelabit: in quatum sermo est, magni existens consilij nuncius: cuius principatus factus est super humerum eius, regnauit enim eò quòd in crucem suffixus. Idem tomo primo in Ioannem.

Seruus. Quisquis intellexerit, quoniam pacto ie-

sus factus sit discipulis non tãquam recumbat, sed tanquam ministrans, cum filius Dei existens, pro liberandis ijs, qui peccato seruiebãt, formam serui sumperit: non ignorabit quomodo ad ipsum Pater dicat: Seruus meus es tu: ac mox: Magnum tibi est, ut uoceris seruus meus. Id. ibid.

Speculum immaculatum. Quoniam in nullo prorsus filius à Patre uirtute operum immutatur ac differt, nec aliud est opus filij quam Patris, sed unus atq; idem (ut ita dicam) etiam innotus in omnibus est, idcirco speculum cum immaculatum non inuenit, ut per hoc nulla omnino dissimilitudo filij intelligatur ad Patrem. Id. lib. 1. cap. 2. peri archon.

Splendor. Qui est splendor gloriæ, et figura substantiæ eius. Videamus quid causæ est, quòd filium splendorem nominauit. Splendorem, ni fallor, non dicimus nisi aut solis, aut lunæ, aut cuiuslibet certi luminis. Quid ergo est? Nunquid tam insanimus, ut apostolum putemus inæstimabilem illam diuinitatis speciem, soli aut igni assimilasse? Absit. Sed ut exemplo illo intelligamus, quia sicut splendor ex substantia solis nascitur: ita & filium ex substantia Patris genitum. Et sicut non est sol aut ignis prior splendore suo, licet ex illo nascatur: sic ex quo sol aut ignis proceffit, simul & cum eo splendor eius apparuit: nec dici potest splendor sole uel igne posterior, cum tamen, ut dixi, ex ipso nascatur. Si ergo in creaturis aliquid inuenitur, quòd & nascatur, et posterius non sit genitore suo, cur hoc hæretice à creatore fieri posse desperas? Accipe etiam huius rei aliam similitudinem. Sicut splendor ex sole ortus, replet orbem terrarum, & tamen à genitore suo non abscinditur aliquando nec recedit: ita filius ex Patre genitus ubiq; dum sit, in Patre semper permanet. Et sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore: ita substantialiter Pater in filio, & filius in Patre est. Et sicut soli & splendori una substantia dum sit, non tamen est una persona: quia nec solem splendorem esse, nec splendorem dicimus solem, quia scimus quòd sol genuit splendorem, splendor uerò natus ex sole est: ita & Pater & filius cum sint unius essentia, non tamen sunt unius persone. Et sicut sol per splendorem & calefacit, & illuminat, siccat, & soluit, & candidat, & denigrat, & omnia quæ ei à Deo iniuncta sunt operatur: ita & Patrem per unigenitum filium suum omnia legimus fuisse operatum. Augustinus sermon. 58. de uerbis Domini.

Splendor gloriæ Dei. Quoniam sermonem Pauli inseruimus de Christo dicentis in eo quòd ait, quia splendor est gloriæ Dei, & figura expressa substantiæ eius, quid ex hoc sentiendum sit uideamus. Deus lux est secundum Ioannem. Splendor ergo huius lucis est unigenitus filius, ex ipso inseparabiliter, & ut splendor ex luce procedens, & illuminans uniuersam creaturam. Origenes libro primo cap. 2. peri archon.

Sponsus. Pontifex. Christus idem sponsus, atq; idem pontifex dicitur: Pontifex dicitur: Pontifex quidem secundum hoc quòd mediator est Dei & hominum, omnisq; creaturæ, pro qua & propitiatio factus est semetipsum, offerens hostiam pro peccato multo-

di: Sponsus uero secundum hoc quod Ecclesia iungitur non habenti maculam ac rugam, aut aliquid horum. Origen. in explanat. posteriori in Cantica canticorum, homil. 1.

**Sedes Christi.** Tunc sedebit super sedem glorie sue. Sedes eius aut certe quidam perfectiores sanctorum dicuntur, de quibus scriptum est, Quoniam illic sederunt sedes in iudicio: aut quedam uirtutes angelice, de quibus dicitur: Sive sedes siue dominationes. Id. in 25 Matthei.

Scimus certissime, quia sedes Christi homines sunt. Autor operis imperfecti homil. 54. in Mattheum.

**Christi Spiritus.** Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nunc quod dicit, Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et subiunxit, Si autem Christus in uobis est: requirendum est utrum diuersum sit spiritum Dei esse in aliquo, ac spiritum Christi, uel etiam ipsum Christum, aut spiritum eius qui suscitauit Iesum a mortuis. Sed quantum uel consequentiam loci presentis intueor, uel illud quod Saluator in Euangelio de S. sancto dicit, Qui a Patre procedit, et de meo accipiet, et huius uerbi explanationem in sequentibus iungit, dicens: Pater omnia tua mea sunt, et mea tua omnia: propterea dixit, quod de meo accipiet: cum inquam, tantam hanc audio unitatis inter Patrem et filium aspirationem, spiritus Dei et spiritus Christi unus atque idem mihi spiritus dici uidetur. Origenes lib. 6. ad Rom.

Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in uobis est, etc. Spiritum Christi et Christum in hoc loco unum mihi atque idem dicere uidetur. Id. ibid.

Spiritum Dei, nunc spiritum dicitur Christi, quia omnia Patris, filij sunt. Ambrosius in 8. ad Rom.

**Christus ueritas.** Unigenitus ueritas est, omnium rerum iuxta Patris uoluntate, cum omni claritate rationem in se complectens, atque unicuique in quantum est ueritas pro illius dignitate, et merito distribuens. Origenes tom. 1. in Ioannem.

**Veritas & uita.** Hic filius etiam omnibus que sunt, ueritas est et uita: et recte. Nam quomodo uent que facta sunt, nisi ex uita: uel quomodo ueritate constarent ea que sunt, nisi ex ueritate descenderent? Id. lib. 1. cap. 2. peri archon.

**Vita.** Vita. Seruator in quo uniuersa est uirtus, uarijs modis potest intelligi et significari. Hinc illi, qui ad finem non dum peruenerit, sed ad hoc progreditur, ac proficit, est uita: illi uero, qui omnem mortalitatem deposuerit, uita. Id. tom. 7. in Ioannem.

**Virtus Dei.** Sapietia. Ipsi uero uocatis Iudeis atque Græcis, Christum Dei uirtutem et Dei sapientiam. Virtus Dei est, quia per ipsum omnia fecit Pater Deus. Sapientia autem idcirco, quia per ipsum cognitus est Deus. Nec enim possit cognosci Deus, nisi per eum qui esset de eo, quia nemo nouit Patrem nisi filius, et cui uoluerit filius reuelare. Ambrosius in 1. cap. 1. ad Corinthios.

**Vita. Sapientia.** Ego sum resurrectio et uita. Vita illud est, quod uiuificat, non quod ab alio uiuificatur: sicut et sapientia, quod sapientem facit, non quod

sapiens fit. Cyrillus lib. 4. cap. 18. in Ioannem.

**Vitis. Panis uitæ.** Difficile est differentiam proponere panis, et uitæ: quandoquidem non uitam tantum, sed etiam panem uitæ seipsum appellat. Proinde uide, ne forte quemadmodum panis nutrit, et cor roborat, confirmare cor hominis dicitur, et uinum letificat diffundens animum, atque exhilarans, sic disciplina morales (Euangelicas intelligo docentes operari) que uitam acquirunt eas addiscenti, atque operanti, panis quidem sint uitæ: non tamen fructus uitæ dicuntur. Theoremata uero arcana, et mystica, letificanti, atque numine animum afflantia, que ingenerantur in ijs, qui oblectantur in Domino. non solum nutrir, uerum etiam oblectari desiderantes, uinum uocentur a uera uita prouenientia. Orig. tom. 1. in Ioan.

**Sacerdos. Vitulus.** Christus uirtulus est et sacerdos. Sacerdos, quia propitiator est noster: Aduocatum enim ipsum habemus apud patrem: Vitulus, quia suo sanguine nos diluit et redemit. Ambrosius in præfatione explanationis Lucae.

**Uiuens & mortuus.** Non obscurum est, quomodo Christus dicatur uiuens, et mortuus, imò post hanc uocem mortuus, uiuens in secula seculorum. Quoniam enim non iuabamur a precedenti ipsius uita, peccato obnoxij, descendit ipse ad mortalitatem nostram: ut nos ipsius Iesu, peccato mortui mortificationem circumferentes, ordine capere possimus eam, que post mortificationem ipsius extitit, uitam in secula seculorum. Nam qui semper Iesu mortificatione in suo corpore circumferunt, etiam ipsam Iesu uitam habituri sunt in corporibus ipsorum clare apparentem. Origenes tom. 1. in Ioannem.

**Christi.** Dauid Psal. 104. dum que ad Abraham, et Isaac, et Iacob pertinet, historias repetit, ipsos plane illos ueteres Patres, et qui ante Moysi etatem fuerunt, Christos uocat, nullam ob aliam causam, quam propter diuini spiritus, cuius participes erant, influentiam. Eusebius libro quarto cap. 15. de demonstratione Euangelica.

**Christianus.** Quicquid complectitur Christiani nomen, ut scilicet obtineas fidei et doctrine Christi cognitionem, ut sobrietate, temperantia et iusticia polleas, ut sanctiorem uitam uirtutemque uirilis et magni animi perpetuo tenore constanter continues, interritus que et impaudus in professione pietatis in Deum per omnia persistas, etc. Nicephorus lib. 1. cap. 5. historie ecclesiast.

Christianus quantum interpretatio est de unctioe deducitur. Tertullianus in Apologetico.

Nihil sumus aliud Christiani, nisi magistro Christo summi Regis ac Principis ueneratores. Arnobius lib. 1. aduersus Gentes.

Nobis hoc nunc restat, ut dicamus eum solum qui est pius ac religiosus, esse Christianum, et diuitem, et temperantem, et generosum, et ea ratione Dei imaginem eum similitudine et dicere et credere iustum est et sanctum, ut qui a Christo Iesu factus sit cum prudentia, atque adeo iam quoque Deo similis. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Qui in Christum crediderunt, Christi, id est, uncti,

et sunt et dicuntur, sicut ij qui sunt reuera Regales, regi curae sunt. Sicut enim sapientes sunt sapientia sapientes, et qui sunt iusti iure iusti sunt: ita etiam sunt a Christo rege reges, et qui Christi sunt, sunt Christiani. Id. lib. 2. Stromatum.

Ad Christum clamare. Quid est clamare ad Christum, nisi gratiae Christi congruere bonis operibus. Quis est qui clamat ad Christum? Qui contemnit mundum, clamat ad Christum. Qui spernit seculi uoluptates, clamat ad Christum. Qui dicit non lingua, sed uita, Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Qui dispergit, dat pauperibus, ut iusticia eius maneat in seculum seculi, clamat ad Christum. Augustinus ser. 18. de uerbis Domini.

Christus Patrem clarificauit. Ego te clarificauit super terram. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, et c. Ipse Patrem clarificauit super terram, eum gentibus praedicando: Pater uero ipsum apud semetipsum, ad suam dexteram collocando. Sed ideo postea de clarificando Patre ubi ait: Ego te clarificauit, uerbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, et pro iam facto habendum, quod certissime fuerat futurum: id est, ut a Patre apud Patrem glorificatus, Patre super terram glorificaretur et filius. Idem tractatu centesimo-quinto in Ioannem.

Christus non nouit peccatum. Christus dicitur non cognouisse peccatum. Nunquid nam dicemus, quia nescierit is quid esset peccatum, id est, quia nescierit homicidium peccatum esse, uel adulterium, uel furtum, et his similia? An hoc est quod dicitur nescire peccatum, quia peccato se non miscuit, neque adhaesit ei peccatum? Sicut et alibi scriptum est: Qui seruat mandatum, non cognoscat malum uerbum, hoc est, non recipiet uerbum malum, non credet, non audiet libenter, neque admittet ingredi mentem suam. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Congregare cum Christo. Qui non congregat mecum, spargit. Quid sit congregare cum Christo intelliges, si consideraueris quod dicit Apostolus, Congregatis uobis et meo spiritu cum uirtute Domini nostri Iesu Christi tradere eum qui talis est Satanae in interitum carnis. Quod enim dicit, Congregatis uobis et meo spiritu cum uirtute Iesu Christi, manifestat quid sit congregare cum eo. Idem in uigesimum primum Matthaei.

Christo credere. Credulitatis sermo et ad confessionem respicit, et ad actum. Qui ergo sic confitetur Christo, sicut ipse docuit, ille credit Christo: qui autem non sic confitetur, quomodo docuit ille, non credit. Et si conuersatur, quomodo mandauit ille, credit Christo: et qui non sic conuersatur, quomodo ille mandauit, non credit Christo. Credere enim Christo, obedire est Christo: qui autem aut non confitetur, aut non conuersatur secundum uerbum eius, ille nec obaudit Christo, nec credit: propterea tam ille quam iste non intrabunt in regnum caelorum. Autor operis imperfecti homil. 19. in Mattheum.

In Christum credere. Multum interest, utrum quisque credat ipsum esse Christum, et utrum credat

in Christum. Nam ipsum esse Christum et demones crediderunt, nec tamen in Christum demones crediderunt. Ille enim credit in Christum, qui et sperat in Christum, et diligit Christum. Nam si fidem habet sine spe, ac sine dilectione, Christum esse credit, non in Christum credit. Qui ergo in Christum credit, credendo in Christum ueniet in eum Christus, et quoquo modo unitur in eum, et membrum in corpore eius efficitur. Quod fieri non potest, nisi et spes accedat et charitas. Augustinus serm. 61. de uerbis Domini.

Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iusticiam. Quid est credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, et eius membris incorporari. Id. tractatu 29. in Ioan.

In ipsum et per ipsum credere est unicum, fieri scilicet in ipso indiuisse unitum. Non credere autem, est dubitare, spacioque ac interuallo disiungi et diuidi. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Cum autem Hierosolymis in Pascha in die festo multi crediderunt in nomine eius, uidentes quae faciebat signa. Differt credere in ipsum, ab eo quod est, credere in nomine ipsius. Itaque qui per fidem non est iudicandus, non iudicatur eo quod credat in ipsum, non eo quod credat in nomine ipsius. Inquit enim Dominus, Qui credit in me non iudicatur. at non item, qui credit in nomine meo, non iudicatur. Nec tamen inquit, qui credit in me, iam iudicatus est. fortassis enim qui credit in nomine ipsius, credit quidem, quare indignus est, qui iam iudicatus sit, sed minor eo est, qui credit in ipsum. Quam ob causam credenti in nomine ipsius, se ipsum non credit Iesus. ipsum igitur potius quam suum nomen habeamus necesse est: ne in nomine eius uirtutes facientes audiamus, quae ab ipso dicta audierunt, qui gloriabantur in nomine ipsius. Sed confidamus imitatores facti Pauli dicere: Omnia possum in Iesu Christo me corroborate. Ac profecto illud etiam obseruandum est, multos dici credere non in ipsum, sed in nomine ipsius: qui uero in illum credunt, hi sunt qui ambulanti per uiam arctam atque angustam ducentem ad uitam, quae a quam paucissimis inuenitur. Fieri attamen potest, ut multi ex his, qui in nomine ipsius credunt, recumbant cum Abraham, Isaac, et iacob in regno caelorum. Quoniam multi ab oriente et occidente uenient, et recumbent cum Abraham, Isaac, et iacob in regno caelorum: quae domus est patris, in qua mansiones multae sunt. Origenes tomo 12. in Ioan.

Configi cruci Christi. Christo confixus sum cruci. Hic configitur cruci Christi, qui amulus uestigijs eius nulla mundi concupiscentia capitur, ut Deo uiuens, mundo mortuus uideatur. Qui enim non agit quae mundi sunt uel erroris, mortuus est mundo. Ambrosius in 2. ad Galatas.

In cruce Christi gloriari. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, et c. Solus potest in cruce Christi gloriari, qui tollit eam et sequitur Saluatorem, qui crucifixus carne sua cum uitijs et concupiscentijs, qui mortuus est mundo, et non contemplatur ea quae uidentur, sed quae non uidentur, uidens mundum crucifixum, et transeuntem figuram eius. Hieronymus in 6. ad Galatas.

Crucifigi

**Crucifigi cum Christo.** Christo confixus sum cruci. Si quis mortificatis membris super terram, & mundo mortuus, configuratus fuerit morti Iesu Christi, crucifigitur cum Iesu & trophæum mortificationis suæ, in ligno Domini passionis affigit. Id. ibid. 2.

**Christum derelinqui à Deo.** Quare me dereliquisti? Requirendum est quid est, quod à Deo derelictus est Christus. Nec enim fas est credere eum mentiri dicentem, quare me dereliquisti? Et quidam colore religionis pro Iesu, & quia non possunt exponere quid sit Christum derelinqui à Deo, arbitrantur & dicunt: uerum quidem est quod dictum est, tamen per humilitatem dictum est. Nos autem uidentes eum qui in forma Dei fuerat constitutus ab huiusmodi magnitudine descendem, & semetipsum exinanientem per hoc quod formam serui suscepit, & uidentes in his uoluntatem eius qui ad hæc talia eum misit: intelligimus quoniam quantum ad illa in quibus fuerat forma Dei inuisibilis, & imago secundum patrem, derelictus à patre est, quando suscepit serui formam, & derelictus pro hominibus, ut talia & tanta susceperet, & usque ad mortem ueniret, & mortem crucis, quæ inter homines turpissima esse uidetur. Origen. in 27. Matthæi.

**Christum discere.** Vos autem non ita didicistis Christum, si tamè illum audistis, etc. Discere Christum, id ipsum est, quod nosse uirtutem: & audire illum, non differt ab eo si diceret, audire sapientiam, industriam, fortitudinem, temperantiam, & cetera quibus Christus uocatur. Hieronym. in 4. ad Ephesios.

**À Christo euacuari.** Euacuati estis à Christo. Quibus nihil prodest Christus, euacuati sunt à Christo. Erant enim gratia eius pleni, qua recedente euacuati sunt. Ambrosius in 5. ad Galatas.

**Christum exire à Deo.** Ipse Pater amat uos, quia me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiuisse à Deo nihil aliud est, nisi natum esse, effulsisseque ex substantia Patris, eo processu quo est, & in propria intelligitur substantia. Quamuis non omnino dissepatur à Patre: in filio enim Pater, & in Patre filius secundum naturam est. Aut exiuisse à Patre dicit, id est, homo factus sum, et ad uestram naturam descendendi. Quasi enim locus omnium rerum, sua natura est: à qua exire uidentur, quum aliud quid quod non habeant assumant. Nec dicimus ipsum quia homo factus est, à natura Deitatis mutatum fuisse: idem enim est in secula. Sed quoniam, quamuis natura suam semper serauerit atque seruet, assumpsit tamè in se quod non erat, propterea exiuisse à patre dicitur. Sed alio quodam etiam pacto exiuisse à patre intelligi potest. Nam quum Phariseorum imperitia putaret non à Deo missum, sed à seipso ad soluendam legem uenisse, atque ita legi uoluntatem Dei patris se propugnare, & ipsum ut Deo inimicum pellet, à Deo exiuisse affirmat. Cyrillus libro undecimo, capite nono in Ioannem.

**Christum formari in aliquo.** Donec Christus formetur in uobis. Formatur Christus in corde credentium, cum omnia illis sacramenta panduntur, & ea quæ obscura uidebantur, perspicua fiunt.

Hieronymus in quartum ad Galatas.

In illo uerè Christus formatur, qui uirtutem fidei eius intelligit, & in quo omnis cōuersatio eius ex primitur atque depingitur. Id. ibid.

**Christum induere.** Sed induimini Dominum Iesum Christum, &c. Frequenter diximus Christum sapientiam esse, & iustitiam, & sanctificationem, & ueritatem, & omnes simul uirtutes, quas utique qui assumpsit, Christum dicitur induisse. Si enim hæc omnia Christus, necessario qui hæc habet, habet Christum. Qui habet carnis curam in concupiscentijs non facit. Origenes lib. 9. ad Rom.

Hic induit Christum, qui se ab omni errore & turpitudine separauerit, ne in conuiuio nuptiarum sine ueste eius inuentus, turpiter abiectus tenebris mancipetur: si quo minus non sunt induti Iesum Christum Dominum nostrum, super cuius nouam uestem ueteres pannos induunt. Exuti enim ueterem hominem, in nouitate uite manendum est. Ambrosius in decimū tertium ad Romanos.

**Christum indui.** Renouamini autem sensu mentis uestræ, & induimini nouum hominem, &c. Inno-uatus spiritu mentis, nouum hominem dicitur induit, qui est Christus. Christum enim induit, qui per fidem renatus in Christo, æmulus est uitæ quam tradidit Christus, ut iuxta Deum creatus uideatur. Idem in 4. ad Ephesios.

**Christum indutum esse.** Istud demum Christum est indutum esse, nunquam ab ipso deseri, ipsumque undique in nobis per nostram sanctimoniam mansuetudinemque conspicuum esse. Ad eum modum & de amicis dicimus: Is illum prorsus indutus est, multam delectionem irremissumque conuictum significantes. Indutus siquidem id esse uidetur quod indutus est. Appareat itaque in nobis undique Christus: & quomodo apparebit: si quæ illius sunt, feceris. Chrysostomus homil. 24. ad Rom.

**In Christo loqui.** Sed ex sinceritate sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Hoc est in Christo loqui, eius honorem & potentiam predicare. Ambrosius in 2. ad Corinth.

**Manducare carnem Christi.** Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Augustinus tractatu uigesimo sexto in Ioannem.

**Christo maledicere & benedicere.** Ego pro to quod non ille solum maledicat Christo, qui sermonem aduersus eum maledicum profert: sed & ille, qui sub nomine Christiani malè agit, & turpiter conuersatur, & inhonestis uerbis, uel actibus suis facit nomen eius blasphemari inter gentes: sicut e contrario non ille qui sermonibus solis Dominum benedicit, ipse benedicere putandus est, sed qui actibus, & uita, & moribus suis facit ab omnibus nomen Domini benedici. Origenes homil. 17. in Numeros.

**Christo militare.** Christo ipse militat, qui obaudit ei in fide & disciplina. Ambrosius in decimū secundæ ad Corinthios.



Christo ministrare. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Quid sit ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putauerimus esse Christo ministrare, ea que sunt corpori necessaria preparare, aut cœnati cibum coquere uel apponere, uel poculum dare potius miscere: fecerunt hoc illi qui potuerunt eum in corpore habere presentem, sicut Martha, & Maria, quando & Lazarus unus erat ex discumbentibus. Sed eo modo Christo etiam ludas perditus ministravit. nam & loculos ipse habebat & quamuis ex eis que mittebantur sceleratissime furaretur, per illum tamē etiam necessaria parabantur. Hinc est illud quod cum illi diceret Dominus, Quod facis fac celerius: arbitrati sunt quidam, quod eum iusserit propter diem festum necessaria preparare, uel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiusmodi ministris diceret Dominus, Vbi sum ego, illic et minister meus erit. & Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus: quoniam a ludam talia ministrantem, reprobatum potius quam honoratum uideamus. Ut quid ergo alibi querimus, quid sit ministrare Christo, et non potius in istis ipsis uerbis agnoscimus? Cum enim dixit, Si quis mihi ministrat, me sequatur, hoc intelligi uoluit, ac si diceret, si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Iesu Christo, qui non sua querunt, sed que Iesu Christi. Hoc est enim me sequatur uis ambulet meas, non suas: sicut a libi scriptum est: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ambulauit ille, & ipse ambulare. Debet etiam si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de iactantia: non aliud ibi querere quam opus bonum, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est, ut abeatur intentio cupiditatis ab opere charitatis. Quia sic ministrat Christo ministrat, recteque illi dicitur: Cum tui ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Nec tantum ea que ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia bona opera propter Christum faciens: tunc erunt enim bona, quoniam finis legis Christus ad iusticiam omni credenti. Minister est usque ad illud opus magne charitatis, quod Christi est animam suam pro fratribus ponere hoc est enim & pro Christo ponere. Quia & hoc propter sua membra dicitur: Cum pro istis fecisti, pro me fecisti. De tali quippe opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, ubi ait: Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere pro multis. Hinc est ergo unusquisque minister Christi, unde est minister & Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit Pater eius, honore illo magno ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat felicitas eius. Augustinus tractatu quinquagesimo primo in Iohannem.

Christum negare. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Sane in ista que iam cepta est negatione apostoli Petri, debemus aduertere non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, discipulum meum

te negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulum. Idem ibidem tractatu centesimo decimo tertio.

In nomine Christi petere. Amen amen dico uobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. Qui quod est de illo sentiendum sentit, ipse in nomine eius petit: & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit. Idem ibidem tractatu 102.

In Christo obdormire. Igitur qui obdormierunt in Christo, perierunt. Quod in Christo dicit, uel eos qui in fide, uel qui propter ipsum Christum mortui sunt, tantum periculorum subierunt, tantum calamitatis hauserunt, arctam uiam transferunt, intelligit Chrysostomus homilia trigesima nona in primam ad Corinthios.

Peccare in Christum & in Christo. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam illorum infirmam, in Christo peccatis. Quando charitatis non emuli sunt qua Christus nos liberauit, peccant in Christo, non in Christum: quia in Christum peccare, negare est Christum, in Christo autem, in hec que sunt Christi. Sicut & hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita & ij qui sub Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. Ambrosius in 8. prime ad Corinthios.

Christum potentem esse in aliquibus. Qui in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis. Potens est in his Christus, quia uiderunt in nomine eius mortuos excitatos, demones fugatos, paralyticos curauisse, surdos audisse, mutis redditum affatum, claudos cucurrisse, cœcos uidisse. Hec omnia uirtutis sunt, non infirmitatis. Idem in 13. secunda ad Corinthios.

Sanguinem Christi bibere. Bibere dicuntur sanguinem Christi, non solum sacrame. torum ritus, sed & cum sermones eius recipimus, in quibus uita consistit, sicut & ipse dicit, Verba que locutus sum, spiritus & uita est. Origenes homilia decima, sexta in Numeros.

Christum sedere in sede glorie sue. Videne forte quod dicitur Christum constitui in regno suo recipientem propriam principatum: sic intelligere debeamus, ut destructo peccato quod in corporibus mortalibus hominum est, & omni principatu alienarum uirtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christum in sede glorie sue. Origenes in uigesimum capitulum Matthei.

Non s. qui Christum. Non Christum sequitur, qui non secundum ueram fidem & catholicam disciplinam Christianus uocatur. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Christum sequi. Ego sum lux mundi: qui me sequutus fuerit, non ambulabit in tenebris. Sequitur Christum, qui preceptis eius insilit, qui per magistrum eius uiam graditur, qui uestigia eius atque uinera sectatur, qui quod Christus & fecit & docuit, imitatur. Cyprianus serm. de zelo & liuore.

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus

passus est, ait apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Augustinus tract. 51. in Ioan.

Et sequatur me. Is Christum sequitur, qui non in periculis modo fortitudinem adhibet, sed modestiam, sed humilitatem, et omne sublimioris philosophie genus complectitur. Id enim est recte Dominum sequi, ut et propter ipsum cuncta sufferas, et alias uirtutes non negligas. Chrysostomus hom. quinquagesima sexta in Mattheum.

Veni, et sequere me. Christum sequi est, omnia re ipsa prestare quae ab ipso iubentur, paratumque semper esse tam labores subire, quam omne genus mortis sufferre. Si quis enim, inquit, uenire post me uelit, abneget semetipsum, tollatque crucem suam, et sequatur me. Id. ibid. hom. 64.

Christo seruire. Christo seruire, hoc est seruire sapientiae, iusticiae, seruire ueritati, omnibusque simul seruire uirtutibus. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Christi Spiritum habere. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Sic unusquisque habere in se probatur spiritum Christi. Christus sapiens est. Si sit sapiens secundum Christum, et quae Christi sunt sapiat, habet in se per sapientiam spiritum Christi. Christus iusticia est. Si quis habet in se iusticiam, per iusticiam Christi, habet in se spiritum Christi. Christus pax est. Si quis habet in se pacem Christi, per spiritum pacis habet in se spiritum Christi. Sic et charitatem, et sanctificationem, et singula quaecumque Christus esse dicitur, qui habet haec, spiritum Christi in se habere credendus est, et sperare quod mortale corpus suum uiuificabitur propter inhabitantem in se spiritum Christi. Id. ibid.

Christi esse. Omnia uestra sunt: uos autem Christi, Christus autem Dei. Alia ratione nos Christi, alia Christus Dei est, alia mundus noster. Nos enim Christi sumus, ut opus. Christus autem Dei, ut filius dilectissimus. Noster uero mundus, non ut opus, sed ut propter nos factus. Itaque licet unum sit uerbum, differt tamen sententia. Noster namque mundus est, tanquam propter nos factus: Christus autem Dei, tanquam ipsum autorem habens, ut a Patre sit. Nos uero Christi sumus, ut ab eo facti. Chrysostomus, hom. 10. in 1. ad Corinthios.

Deinde ij qui sunt Christi, in aduentu eius. Christi non solum eos appellat, qui post humanam ab eo susceptam naturam in ipsum crediderunt, sed eos etiam qui in lege et ante legem pie fuerunt et uirtute insignes. Theodoretus in 1. 5. 1. ad Corinthios.

Christi seruum esse. Paulus seruus Iesu Christi. Quid est seruum esse Christi? quid est seruum esse uerbi Dei? sapientiae, iusticiae, ueritatis, et omnium omnino uirtutum, quae Christus est. Origenes lib. 1. ad Romanos.

Christum tentare. Neque tentemus Christum, si cut quidam eorum tentauerunt. Detrahentes de Deo Christum tentasse dicuntur: quia Christus erat qui ad Moysen loquebatur. Ambrosius in 10. 1. ad Corinthios.

Ad Christum uenire. Venire ad Christum,

quid aliud est nisi ad eum credendo conuertere. Augustinus libro de gratia et libero arbitrio capite quinto.

Videre Christi. Et praeteriens Iesus, uidit hominem caecum a natiuitate. Videre Christi, est misereri. Ut, Conuersus Dominus respexit Petrum. Hinc Propheta miserationem a Deo sibi praestari petens, orati: Domine Deus uirtutum conuerte nos, et ostende faciem tuam, et salui erimus. Et alio loco: Oculi Domini super iustos. Cyrillus libro sexto cap. 13. in Ioannem.

Christi uerba in nobis manere. Si manseritis in me, et uerba mea in uobis manserint, etc. Tunc dicenda sunt uerba eius in nobis manere, quando facimus quae praecipit, et diligimus quae promittit: quando autem uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, non computatur palmet in uita, quia uitam non attrahit ex radice. Augustinus tract. 81. in Ioannem.

Christum uiuere in aliquo. Sed uiuit qui in me est Christus. Non est ambiguum, in eo qui per fidem liberatur a morte, Christum uiuere. Morte enim digno dum donat peccata, ipse uiuit in illo: eius praesidio ereptus est morti. Ambrosius in secunda ad Galatas.

Uiuit in eo Christus, sapientia, fortitudo, sermo, pax, gaudium, caeteraeque uirtutes: quas qui non habet, non potest dicere: Uiuit autem in me Christus. Hieronymus ibid.

Chub, Ezech. 30. regionis nomen, quod Symmachus uertit Arabiam.

Chulias, pater Achab pseudopropheta. Hieremie 29.

Chus, filius Cham, nepos Noe. Gen. 10. Stirps gentis Aethiopiae, ut ex plurimis Scripturae locis apparet. Hierem. 13. Esa. 19. 20. Ezech. 29. 30. Soph. secundo.

Chus, Aethiops. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Chusaei. Quatuor filijs existentibus Cham, Chuso quidem nihil nocuit tempus. Nam Aethiopes, quorum princeps fuit, haecenus et a semetipsis, et ab omnibus Asianis Chusei uocantur. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiquitatum Iudaicarum.

Chusanraathaim, rex Mesopotamiae, oppressus ab Othoniele. Iud. 1.

Chulam, Aethiopia eorum. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

Interpretatur Chusarsaton humiliatio eorum. Origenes hom. 3. in lib. Iudicum.

Chul, fidelis consiliarius regis David. De quo 1. Par. 27. 2. Sam. 15. 16. 17.

Chusi, pater Sophoniae Prophetae.

Chusi, Aethiopia, uel Aethiops. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg. et Psalterio.

Chuza, procurator Herodis, cuius uxor Iohanna, a Christo sanata, ministrat Christo. Lucae octauo.

tes, &c. in astutia, &c. *κωβάνω* appellauit uersutiam seu calliditatem. A uerbo autem *κωβάνω*, quod significat ludere tesseri, hoc nomen finxit. Proprium est autem eorum qui ludunt tesseri, ut huc & illuc calculos transferant, & callide hoc faciant. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Cidaris quod dicitur, ornatus quidam est, qui capiti superponitur, quo utitur Pontifex in offerendis hostijs, uel ceteri sacerdotes. Origenes hom. 9. in Leuiticum.

Cilicia, prouincia Asiae, quam Cydnus amnis intersecat & mons Amanus, cuius meminit Solomon, a Syria caele separatur. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Cilicia, coetus aut lucus, uel assumptio, aut uomitus eius. Id. ibid. in interp. nomin.

Cilicia interpretatur assumptio, sive uocatio lamentabilis. Id. in 1. ad Galatas.

Cina, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Cineus, scribunt eiusdem uiri, uidelicet soceri Moysi, nomina esse. Iethro, Exod. 18. Obab, Num. decimo.

Cineus, Iud. primo: quarto: primo. Samuelis 15. Num. 24.

Cineus interpretatur possidens. Origenes hom. 19. in Numeros.

Cinei, possidentes. Philo in interp. nom. de Genesi.

Cinereas, possidentes sectatores. Hieron. in interp. nom. de Actis apostolorum.

Circumcidere est, a genitali membro, per quod successio humani generis & carnalis propago ministratur, amputare aliquam partem. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Ecce incircumcisa sunt aures uestrae. Circumciduntur aures, cum secundum Salomonis monita non recipiunt auditionem uanam, & cum oppilantur, ne audiant iudicium sanguinis, & cum sepiuntur spinis, ne audiant obreftationem, sed ut soli uerbo Dei pateat, & his quae ad edificationem dicuntur. Hoc modo & incircumcisa labijs dicitur, qui non circumciderit blaspheamiam, scurrilitatem, turpiloquium de ore suo, qui non posuerit custodiam ori suo, & ostium circumstantiae labijs suis, qui non etiam a uerbo otioso circumciderit os suum. Id. ibid.

Circumcilio. Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem Dei, &c. In circumcisione filios significat Abraham, quibus missus Christus ministravit patribus gratiam repromissam. Vnde Saluator: Ego enim sum, inquit in medio uestro, non ut ministrer, sed ut ministrem, & ueritas in promissione facta patribus probaretur. Circumcilio enim carnis data est Abraham, in figuram circumcisionis cordis, quam postea Propheta futuram significauit, dicens: Circumcidite duritiam cordis uestri. Huius uerbis circumcissionis promissa, minister Christus est, hoc est, predicator. Ambrosius in decimum quintum ad Romanos.

Quoniam quidem unus est Deus, qui iustificauit

circumcisionem ex fide. In circumcisione Iudeos significat, &c. Id. ibid. 3. cap.

Circumcilio & praeputium. Hos duos populos Scriptura commemorat, & nullum praetermittit hominum genus, quando dicit, circumcilio & praeputium. Augustinus tract. 9. in Ioan.

Circumcilio quidem prodest, si legem custodias. Circumcilio alia non intelligitur esse, quam animae purgatio, & abiectio uiciorum. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Circumcilio significabat abscindere uitia, & cessare a malis. Id. ibid.

Circumcilio. Praeputium. Quoniam quidem unus Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & praeputium per fidem. Circumcisionem eos qui ex Iudeis crediderunt, & praeputium eos qui ad fidem ex gentibus uocati sunt dicimus. Id. ibid. lib. 3.

Quum uidissent mihi commissum Euangelium praeputij, quemadmodum Petro circumcisionis, &c. Circumcisionem & praeputium dicens, non res ipsas, sed gentes hac nota distinctas, subiungit dicens: Qui enim operatus est in Petro in apostolatam circumcisionis, operatus est & in me, inter gentes. Quemadmodum igitur praeputij nomine designat gentes: ita & circumcisionis nomine Iudeos. Chrysostomus in 2. ad Galatas.

Quid est circumcilio, nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circumcilio expoliationem a corde cupiditatum carnalium. Augustinus tract. 3. in Ioanem.

Circumcilio cordis. Circumcilio cordis est, sublatam erroris nebula, agnoscere creatorem, Deum Patrem & filium eius Christum, per quem creauit omnia, ut ueritas Dei impleatur. Ambrosius in 15. ad Romanos.

Circumcilio spiritualis, est omnem immunditiam, cogitationem, atque impuros sensus abscindere a corde & abijcere. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Circumcilio corde. Omnis filius alienigena incircumcilio corde, & incircumcilio carne, non introibit in sancta mea.

Circumcilio corde est, qui habet fidem, & incircumcilio carne, qui opera non habet. Id. ibid.

Incircumcilio praeputio carnis suae dicitur is, qui erga naturalem coitus motum immoderatus & intemperantius effluit. Circumcilio uero habetur, si qui in huiusmodi negotio legitimis, & quantum posteritati sufficit utitur officijs. Id. ibid.

Circumscriptum est, quod loco, tempore, aut comprehensione comprehenditur. Incircumscriptum uero, quod nullo horum continetur. Incircumscripta igitur sola diuinitas sine principio existens, & sine fine, & omnia continens, & nulla comprehensione contenta. Sola enim est incomprehensibilis, infinita, a nullo cognita, ipsa sola sui ipsius contemplatrix. Damascenus lib. 1. cap. decimo septimo de Orthodoxa fide.

Cirene, ciuitas in Lybia, cuius regio etiam Pentapolitana uocatur, eo quod quinque urbibus maxime fulgeat.

fulgeat: Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsaq; Cirene. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Cirene, heres. Id. ibidem in interpretatione nominum.

Cirenenses, heredes. Id. ibid.

Cirinus, heres, qui apud nos melius effertur et uerius per q, ut dicatur Quirinus. Hieronymus in interpret. nom. de Luca.

Ciro, hereditas. Philo ibid. de Esaia.

Cis, pater Saulis regis. 1. Sam. 9.

Cis, uomens uir, aut durus. Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

Cision, in tribu Issachar ciuitas separata Leuitis. Eusebius de locis Hebr.

Cison, torrens iuxta montem Thabor, ubi contra Sisaram dimicatum est. Id. ibid.

Cison, impegerunt, siue duritia eorum, uel leticia. Philo in interpret. nom. de lib. Iudicum.

Cirus, stupentibus, siue mirantibus. Id. ibid. de Numeris.

Cithij, amentes, uel stupentes. Id. ibid. de Gen.

Cithij interpretatur plaga finis. Origenes hom. 19. in Numeros.

Cithiorum, concisorum, siue plaga consummationis. Philo in interpret. nom. de Esa.

Cithium. Et ad Cithienses si deuenis, neq; illi tibi requies erit. Omnibus manifestum est, quod Cithium Cypriorum insula appellatur. Cithij enim Cyprij sunt, ac Rhodij. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hereses.

Ciuitas a conuersatione multorum dicta est, pro eo quod plurimorum in unum constituat, et contineat uitas. Origenes hom. 5. in Genesim.

Ciuitas sancta. Multa autem corpora sanctorum surrexerunt, et cum ipso ingressi sunt in sanctam ciuitatem. Sanctam ciuitatem quam dicit in ambabus enim sermo hic completur, in ea que hic est, et in superna. Quod enim in hanc Hierusalem cum ipso ingressi sunt primum, id manifestum est. Ante quam uero ascenderet Saluator in celum, nemo ascendit donec cum ipso ascenderunt. Nemo enim ascendit in celum, nisi qui ex celo descendit filius hominis. Epiphanius lib. 3. tom. 1. aduersus hereses.

Venerunt in sanctam ciuitatem. Sanctam ciuitatem in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierosolimam celestem intelligamus, aut hanc terrenam, que ante sancta fuerat. Sicut et Mattheus appellatur publicanus, non quod et apostolus adhuc permaneat publicanus, sed quod pristinum uocabulum teneat. Sancta appellatur ciuitas Hierusalem propter templum et sancta sanctorum, et ob distinctionem aliarum urbium, in quibus idola colebantur. Hieronymus in uigesimumseptimum Matthaei.

## C L

Clamor. Iesus autem clamauit, et dixit: etc. Clamor ille, non tam uocis elationem, quam mysteriorum dicendorum magnitudinem, et affectum animi ad salutem humanam designat. Quum enim magis insonet auribus Dei ardor affectus, quam uocis magnitudo, se-

pius in Scriptura affectus uehementia nomine clamoris denotatur, ut in Ps. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi uocem meam. Et alio loco: Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te ueniat. Cyrillus libro 8. capite uigesimotertio in Ioannem.

Ecce media nocte clamor factus est. Quis est iste clamor, nisi de quo apostolus dicit, in ictu oculi, in nouissima tuba? Canet enim tuba, et mortui resurgent in corrupti, et nos immutabimur. Augustinus sermon. 23. de uerbis Domini.

Ex eo quod apostolus ait, in nouissima tuba mortuos suscitandos: datur nobis occasio aestimandi, clamorem illum esse, de quo Dominus dicit: Ecce clamor factus est. Aestimemus clamorem esse tubarum precedentium, quas Ioannes in Reuelatione sua exposuit, quarum tubarum clamores sunt ipsa signa, que fiunt ab eis. Autor operis imperfecti hom. 52. in Matth.

Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra calmate abba pater. Notandum quia clamor in Scripturis, non magne uocis emissio, sed scientie intelligatur, et dogmatum magnitudo. Nam et in Exodo respondit Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? cum penitus Moysi uox nulla precesserit. Verum compunctum cor et pro populo lachrymabiliter ingemiscens, Scriptura clamorem uocauit. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Claritas. Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi illis. Quam claritatem, nisi immortalitatem: quam natura humana in illo fuerat acceptura? Augustinus tract. 110. in Ioannem.

Claude, insula uicina Crete uersus occasum. fit eius mentio Act. 27.

Claudia salutem optat Timotheo. 2. Timoth. 4.

Claudia, spes tranquillitatis. Hieronymus in interpret. nom. de 2. ad Timotheum.

Claudius Lysias, tribunus militum qui Ierosolymis in presidio erant, sub Claudio Cesare. Act. 21. 22. 23.

Claudius Cesar, quartus ab Augusto. Huius mentio fit Act. 11. 18. Huius anno secundo Petrus scribitur Romam uenisse.

Claudius, spes tranquillitatis. Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

Clautomon, id est, fletuum locus, a planctu nomen accepit. Eusebius de locis Hebraicis.

Clemens, *κλήμης* S. Pauli in propagatione Euangelij. Philip. 4. primus Euangelium Metis predicauit.

Clemens, ecclesiastes, siue concionator. Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Ephesios.

Cleophas, frater Ioseph sponsi Mariæ uirginis. Eusebius lib. 3. cap. 11. historie Ecclesiasticæ. maritus fuit Mariæ sororis matris Christi. Ioan. 19. colloquitur cum Christo in expatiatioe Emauntica. Luc. 24.

Cleopatra, filia Ptolemai Philometoris regis Aegypti, nupta Alexandro regi Syriæ, qui se Antiochi Epiphani filium affirmabat. 1. Macc. 10.

Cloe, nomen matronæ Corinthiæ, cuius mentio fit. 1. Corin. 1.

**Cloes**, inuestigantes siue omnes, sed melius conclusio siue consummatio. Hieronymus in interp. nom. de 1. ad Corinthios.

## C N

**Cnidus**, insula contra Asiam nobilissima adiacens prouincie Cathie: et est eiusdem nominis oppidum in insula Calymna. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

## C O

**Co**, excussio, siue prestolatio. Hieronymus in interp. nom. de Actis apostolorum.

**Coa**, que est iuxta Aegyptum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Coelas** titanorum, id est, uallis gigantum aduersus quos preliatus est Dauid. Id. ibid.

**Caelis**, id est, uallis Iosaphat inter Hierusalem et montem oliueti. Lege prophetam Iob. Id. ibid.

**Caelum** est circumdatio uisibilium creaturarum, et inuisibilium: intra enim ipsum, et intellectuales angelorum uirtutes, et omnia sensibilia concluduntur, ipsosque determinantur ambitu. Damascenus lib. 2. cap. 6. de Orthodoxa fide.

Quia **cælum** Scriptura dicit, et cælum cœli, et cœli cœlorum, et ait usque ad tertium cælum B. Pauli raptum fuisse: dicimus, in totius mundi generatione, cœli facturam nos intelligere eam spheram, quam quidam sapientum (qui non ex nostris sunt) instellarem appellant, ea que Moses dogmata sunt, sua efficietes. Id. ibid.

**Firmamentum** uocauit Deus cælum, quod in medio aquarum fieri precepit, ordinans ipsum disperse re medietatem aque, que super firmamentum est, a medietate que sub firmamento est, cuius naturam diuinus Basiliius tenuem dixit esse ueluti fumum, ex diuina doctus Scriptura. Alij uero aqueam, ut quod sit in medio aquarum genitum. Id. ibid.

**Domum** soliumque Dei dicimus cælum, non quasi Deus eo ad habitationem aut ad sedem egeat, cum sit Deus omnino incircumscriptus: sed ne magnitudinem consistentie mundi, et incorruptibilitatem eius substantie intuentes, opinemur eum esse Deum, aut pari cum Deo honore preaditum, propterea nominamus eum domum soliumque Dei, eum his nominibus separantes ab omni cum Deo communitate substantie, et appellationum substantie. Sicut enim domus et solium posterius est eo qui id fecit, ita et cælum posterius est Deo, sicut genitus ingenito. Iustinus martyr in questionibus ad Gentiles. Thesaurisate uobis thesauros in cœlo, etc. Cælum in hoc loco non corporeum accipimus, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum enim mundum debet contemnere, qui sibi thesaurisat in cœlo, de quo dictum est, Cælum cœli Domino, id est in firmamento spirituali. Non enim in eo quod transiet, constituere et collocare debemus thesaurum nostrum et cor nostrum, sed in eo: quod semper permanet. Cælum autem et terra transibunt. Augustinus libro secundo super sermonem Domini in monte.

**Cælum cœli**. Est cælum cœli, primum cælum supra firmamentum collocatum. Ecce duo cœli: nam

et firmamentum uocauit Deus cælum. Consuetudo etiam diuine Scripturæ est, aerem cælum uocare, ab eo quod est sursum uideri. Benedicite (enim inquit) omnes uolucres cœli, aerem intelligens: nam aer uolatilium iter est, et non cælum. Ecce tres cœli quos diuinus dixit Apostolus. Damascenus lib. 2. cap. 6. de Orthodoxa fide.

**Cœli**. Vnum quidem confiteri conuenit Deum quæ uerè est. Cœlos autem esse, qui ab eo facti sunt, sicut et lex dicit: quorum unum cælum sit superius, quo continentur etiam uisibile firmamentum, illud esse perpetuum et æternum, cum his qui habitant ibi. Istud autem uisibile in consummatione seculi resoluendum esse, et transire, ut illud cælum, quod est antiquius et excelcius, post iudicium sanctis et dignis appareat. Clemens Romanus lib. 2. Recognitionum.

Gaudete et exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Non hic cœlos dici puto superiores partes huius uisibilis mundi. Non enim merces nostra, que inconcussa et æterna esse debet, in rebus uolubilibus et temporalibus collocanda est: sed in cœlis dictum puto, in spiritalibus firmamentis, ubi habitat sempiterna iusticia: in quorum comparatione terra dicitur anima iniqua, cui peccanti dictum est, Terra es et in terram ibis. De his cœlis dicit Apostolus, Quoniam conuersatio nostra in cœlis est. Augustinus lib. 1. super serm. Domini in monte.

**Facies cœli**. Hypocrite, faciem terra et cœli nostis probare, etc. Certum est, quia faciem cœli non aliam, quam uarietatem humidi statim aeris appellat. Iulianus in 1. Gen.

**In cœlo recondere**. Thesaurisate uobis thesauros in cœlo, etc. In cœlo reconditur, quicquid secundum fidem Scripturæ in usum pauperum fideliter erogatur, dicente Scriptura: Qui dat pauperi, Deo focus rat. Chromatinus in 6. Matth.

**Cœlestis**. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Cœlestis dicitur, qui non humane fragilitatis ritu, sed diuine maiestatis nalu et conceptus est et enixus. Ambrosius in 15. 1. ad Corinth.

Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum. Cœlestes appellat potestates que sub aspectum non cadunt. Terrestris autem, homines qui adhuc uiuunt. *lxxxv. s. i. s. i. s.* autem, hoc est, eos qui sunt sub terris, illos qui sunt mortui. Teodoretus in 2. ad Philipenses.

**Coeffentialis**. Non unius substantie significatione habet uox coeffentialis, sed a significat et in substantia esse Patrem, et in substantia filium, et in substantia S. sanctum. Epiphanius in Ancorato.

**Cognatio**. Cognationis nomen non solum ad cōtribules, sed ad omnes qui sunt ex genere Israel, inter se inuicem potest aptari competenter, sicut et idem Apostolus de omnibus simul dicit: Qui sunt cognati mei secundum carnem. Origenes libro primo ad Romanos.

**Cognoscere**. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, etc. Quid est, cognoscat? hoc est, intelliget. Augustinus tract. 29. in Ioan.

Nunc cognoui, quod timeas Deum, &c. Quid est quod dicit, nunc cognoui? Quoniam Syrus ita loquitur, cognouisti, pro eo quod erat, notificasti nimirum hominibus: nam ipse noueram, etiam antequam omnia illa precipere. Chrysostomus homilia tertia in 2. ad Corinthios.

Aliquando cognoscere pro eo quod est credere ponitur, ut est quod ait aliquando superius: Et cognouerunt uere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Hoc dixit posterius, crediderunt, quod prius dixerat, cognouerunt. Augustinus tractatu centesimo decimo in Ioannem.

Cognoscere opera Domini. In diebus seniorum eorum, qui cognouerunt omnia opera Domini. Quis est qui cognoscit omnia opera Domini, nisi qui facit ea? Sicut enim dictum est de filiis Heli, quia essent filij pestilentie nescientes Dominum, non quod ignorarent Dominum, qui utique & doctores erant ceterorum, sed quia sic agebant, ut agunt illi, qui nesciunt Dominum. Et non solum, inquit, cognouerunt opus Domini, sed addidit, qui omne opus cognouerunt Domini: id est, qui cognouerunt & iusticie opus Domini, & sanctificationis opus & patientie & mansuetudinis & pietatis. Et omne quicquid ex mandatis Dei uenit, opus Domini dicitur. Sed sicut est opus Domini, est sine dubio huic contrarium opus zabuli: & sicut mansuetudo opus Dei est, ita & ira & furor opus sit zabuli. Cognouisse ergo dicitur opus Dei, illi qui faciunt opus eius. Ut autem hoc amplius ex Scripturarum autoritate clarescat, quomodo soleat dicere Scriptura, cognoscere, uel nescire, uide quomodo etiam alibi scriptum est. Qui custodit, inquit, mandatum, nesciet uerbum malum. Qui autem mandatum custodit, potest fieri ut nesciat uerba mala? Scit quidem, sed nescire pro eo dicitur, quod ea cauet & uitat. Sed de eodem ipso Domino et Salvatore quod dictum est, quia non nouit peccatum, certum est, quia ignorasse dicitur peccatum, pro eo quod est, non egit opus peccati. Hoc ergo modo & ille dicitur cognoscere opera Domini, qui opera Domini facit. Ignorat autem opus Dei, qui non agit opus Dei. Origenes homil. 1. in librum Iudicum.

Cognitio est illuminatio, quae delet ignorantiam, & perspicacem uidendi facultatem inserit. Clemens Alexandrinus libro primo pedagogiae, capite sexto.

Cognitio est eius ipsius, quod est scientia, aut scientia quae ipsa, quae sunt, cognuit. Idem libro secundo Stromatum.

Non solum uerbum dicimus esse cognitionem, sed aliquam diuinam scientiam, & lucem illam quae in anima fuerit in anima ex praecceptorum obedientia, quae facit omnia manifesta, quae sunt in generatione, & hominem instruit, ut seipsum cognoscat, & docet hominem, ut ad Deum suas cogitationes dirigat. Quod enim oculus est in corpore, hoc est in mente cognitio. Id. ibid. lib. 3.

Cognitio certe a Scriptura dictum est tempus librorum procreationis, cum dixit: Cognouit autem Adam Euan uxorem suam, & concepit, & peperit filium,

& nominauit nomen eius Seth. Suscitauit enim mihi Deus aliud semen pro Abel. Id. ibid.

Cognitio duplex. Duae sunt notiones in diuina Scriptura, duae cognitiones, una secundum actionem, altera secundum scientiam & noticiam. Epiphanius in lib. Ancorato.

Cohæredem esse filij Dei. Cohæredes autem Christi. Quid sit cohæredem esse filij Dei, ab Apostolo Ioanne docemur. Inter cetera enim ait: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Cohors. Ex cohorte quae uocabatur Italica. Cohors est, quae nunc uocatur numerus. Chrysostomus hom. 22. in Acta apostolorum.

Facile tribuere, communicare. *νομιμοὺς*, id est, ad communicandum faciles, eos solemus appellare, qui sunt moribus alienis a superbia. Theodoretus in 6. 1. ad Timotheum.

Colaia, uox facta. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Collatio. Ceterum de collatione in sanctos, &c. Collationem collectionem uocat, ab ipso statim initio rem facilem reddens: nam cum ab omnibus in commune confertur, tolerabilior erogatio singulis euadit. Chrysostomus homil. 43. in 1. ad Corinth.

Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum mutos, caecos, claudos, debiles & alios multos, &c. In eo loco ubi Latinus interpret transulit, debiles, in Graeco scriptum est, *υυαδς*, quod non generale debilitatis, sed uisus infirmitatis est nomen: ut quomodo claudus dicitur, qui uno claudicat pede: sic *υυαδς* appellatur, qui unam manum debilem habet. Nos proprietate huius uerbi non habemus. Hieron. in 15. Mat.

Coloni. Et locauit eam colonis. Qui sunt coloni quibus locatus est populus, id est, uinea, nisi sacerdotes? Autor operis imperfecti homil. 40. in Matth.

Coloni sunt sacerdotes, qui colentes populum quasi uineam, cum acutissimo ferro sermonis faciunt eos bonos fructus iusticie Domino exhibere. Id. ibid.

Coloniam, reuelationem eorum, aut uocem eorum. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apost.

Colossae. His qui Colossis sunt sanctis. Ciuitas ista Phrygiae erat, quod ex eo liquet, quod uicina habuit Laodiceam. Chrysostomus homil. 1. ad Colossenses.

Colassae sunt Phrygiae, eius autem metropolis & uicina est Laodicea. Theodoretus in 1. ad Coloss.

Qui uidebantur columnae esse. Columnae sunt Ecclesiae Apostoli: & maxime Petrus, Iacobus, & Ioannes: ex quibus duo cum Domino ascendere merentur in montem: quorum unus in Apocalypsi Salvatorens introducit loquentem: Qui uiderit, faciam eum columnam in templo Dei mei: docens omnes credentes qui aduersarium uicerint, posse columnas Ecclesiae fieri. Ad Timotheum uero Paulus scribens ait: Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quae est ecclesia Dei uiui: columna autem & firmamentum ueritatis. His & ceteris instruumur, tam Apostolos omnesque credentes, quam ipsam quoque Ecclesiam columnam in Scripturis appellari: et nihil interesse de corpore quid dicatur, an membris: cum & corpus diui-

datur in membra, & membra sint corporis. Hieronymus in secundam ad Galatas.

**Commendare seipsum.** Non enim audemus coniungere aut comparare nosmetipsos quibusdam, qui seipsum commendant. Hi seipsum commendant, qui non accepta potestate dominari uolunt, nomini suo uilitantes auctoritatem. Qui enim mittitur, non sibi, sed ei a quo mittitur, uindicat potestatem: per quod etiam ostendit se a Domino dispensatore electum. Ambrosius in 10. 2. ad Corinth.

Non enim qui seipsum commendat probatus est, sed quem Dominus commendat. Illum Dominus commendat & probatus est, quem dignum habet ac mittit, ut predicet donum eius. Quem autem non mittit, non illum commendat. Ipse autem se commendat, qui non misus predicat, ac per hoc idoneus non est, sed presumptor & reprobus. Id. ibid.

**Comedi zelo domus Dei.** Zelus domus tue comedit me. Quis comeditur zelo domus Dei? Qui omnia, que forte ibi uidet peruersa satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit. Si emendare non potest, tolerat, gemit. Non excutitur de area granum, sustinet paleam, ut intret in horreum, cum palea fuerit separata. Augustinus tract. 10. in Ioannem.

Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, &c. Comestationes, hoc est inhonesta ac luxuriosa conuiuia, quibus necessario comes est turpissima temulencia, quid aliud subsequenter nisi cubilia impudicitie? A foedis cubitationibus cubilia appellata sunt: cum non tam rationabilibus uideantur hominibus, quam feris & beluis conuegere. Origenes lib. 9. ad Romanos.

**Comestationes sunt luxuriosa conuiuia,** que aut collatione omnium celebrantur, aut uicibus solent a contubernaliis exhiberi, ut neminem illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut facere, quia unusquisque presumit quod suum conuiuium sit. Ambrosius in 13. ad Romanos.

**Commune.** Vernacula quadam consuetudine scripturæ, commune esse dicitur quod immundum est. Sicut & ad Petrum uox de celo dicit: Quod Deus mundauit, tu commune ne dixeris. Consequenter ergo si id quod immundum est, commune appellatur, quod sanctum est, non nominabitur separatim. Origenes homil. 5. in Leuiticum.

Scio & confido in Domino Iesu, quia nihil est commune per seipsum, &c. In scripturis sanctis uernacula quadam appellatione quod sanctum uel mundum non est commune nominatur. Puto inde usum huius sermonis assumptum, ut quia uerbi gratia, uasa templi ministerio segregata, uasa sine dubio Domini appellabatur, ad horum autem definitionem reliqua uasa communia dicebantur: ita & ad ciborum distinctionem eorum quos quasi mundos & secundum legem edendos scriptura segregauit, reliqui omnes communes appellati sunt. Idem libro nono ad Romanos.

**Communicare.** Sed quod procedit ex ore, hoc communicat hominem. Verbum communicat proprie scripturarum est, & publico sermone non teritur. Populus Iudeorum partem Dei esse se iactans, commu-

nes cibos uocat, quibus omnes utuntur homines. Verbi gratia, suillam carnem, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, que ungulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt. Vnde & in Actibus apostolorum scriptum est: Quod Deos sanctificauit, tu ne comune dixeris. Commune ergo quod ceteris hominibus patet: & quasi non est de parte Dei, pro immundo appellatur. Hieronymus in decimum quintum Matthæi.

**Si tamen compatimur.** Compati est persecutiones tolerare propter spem futuram, carnisque crucifigere cum uitijs & concupiscentijs, hoc est, uoluptates & pompas seculi spernere. Ambrosius in 8. ad Romanos.

**Compunctio.** Dedit eis Deus spiritum compunctionis. Compunctionem hic dicit habitum quandam animæ, ad id quod peius est immedicabiliter & immutabiliter se habentem. Quandoquidem & David alibi dicit, Ut psallat tibi gloria mea, & non compungar, hoc est, non immutabor, non desistam. Quemadmodum enim is qui in pietate compungitur, non facile in aliud transfertur, sic & qui in malitia compungitur, non facile immutatur. Compungi siquidem nihil est aliud, quam quasi incusso clauo ad aliquid infigi solideque compingi. Chrysostomus sermone 18. ad Romanos.

**Concaptiuus.** Salutatio uos Aristarchus captiuus meus. Concaptiuum uocauit, ut qui fuerit perpeffionum socius. Theodoretus in quartum ad Colossenses.

**Concilium.** Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Concilium hic, iudicium Hebræorum uocauit. Chrysostomus homilia decima sexta in Matthæum.

**Concupiscentiam in mutis esse dicimus,** affectum quandam improuidum atque terrenum, ex insito motu seu consuetudine in his que sunt mutabilia absque ulla moderatione feruentem, & irrationabile dominium corporalis appetitus, ex quo animal omne ad id quod sensibus concupiscendum occurrit, impellitur. Vbi uero spiritibus angelicis dissimiles similitudines admonendo, concupiscentiam illis applicare pergitur, diuinum hunc amorem intelligere necesse est eius, qui omnem rationem, omnemque intelligentiam superat mundicie atque puritatis, desideriumque iuge & constans castissime atque felicissime illius, atque ab omni perturbatione remotissime contemplationis, & inexplabilem auiditatem eterne profectio atque inuisibilis societatis: per quam ad serenum illud supremumque iubar aspirant, & inuisibilem illum decorem, totius autorem pulchritudinis ambiunt. Areopagita libro de cœlesti hierarchia, capite secundo.

**Mortificate igitur membra uestra terrestria,** scortationem, immundiciam, molliciem, concupiscentiam malam, &c. Præuam concupiscentiam nudam rationis & cupiditatis susceptionem nominauit. Maximus centuria 1. de charitate.

**Condelectari.** Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Quid est, condelector? Afectio

fentior illi quod bene habeat, quemadmodum & illa mihi uicissim, quod bonum est facere uolenti. Chrysostomus serm. 13. ad Rom.

Conferre. Et contuli cum eis Euangelium, quod predico in gentibus. Aliud est conferre, aliud discere. Inter conferentes aequalitas est: inter docentem & discipulum, minor est ille qui discit. Hieronymus in 2. ad Galatas.

Confiteri. Confiteor tibi pater Domine caeli & terre, &c. Confitemur siue laudantes Deum, siue accusantes nos ipsos. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non secuso me. Augustinus sermo. 8. de uerbis Domini.

Quod hic confitor dixit, idem ualet quod gratias ago. Chrysostomus hom. 12. in Matthaeum.

Confiteri in toto corde. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, &c. Confiteri in toto corde ille se comprobat Christo, qui totas duodecim uncias cordis sui ipsi tradiderit, & superfluis ac labentibus rebus nullam suae mentis concesserit partem. Arnob. in Psalm. 137.

Confessio non semper poenitentiam, sed & gratiarum actionem significat: ut in Psalmis sepiissime legimus. Augustinus serm. 8. de uerbis Domini.

Confessio bona. Et Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Bonam confessionem Domini, uocauit salutem orbis terra. pro ea enim passionem sustinuit. Theodoretus in 6. 1. ad Timotheum.

Confessio peccatorum. Confitentem peccata sua. Confessio peccatorum est testimonium conscientiae timetis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri: qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem. Illic enim turpitudine confessionis aspicitur, ubi futuri iudicij poena non creditur. Autor operis imperfecti homil. 3. in Matthaeum.

Confringi. Qui ceciderit super eum, confringetur: super quem autem ceciderit, comminuet eum. Aliud est confringi, aliud est autem comminui. Quod confringitur, aliquid reminet de eo quod fuerit fractum: quod autem minuitur, minutatim quasi in puluerem conuertitur, & nihil inuenitur ex eo. Id. ibid. homil. 40.

Et cessauit confractio. Confractio est, quae uelut in uasis fictilibus efficitur. Origenes homilia 9. in Numeros.

Congemiscere. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit & parturit usque adhuc. Congemiscere & condolere est cum alio dolente uel gemente gemere uel dolere: hoc est cum ipse quidem causam gemendi non habeat uel dolendi, gemit tamen pro eo qui causam habet gemendi uel dolendi. Idem lib. 7. ad Romanos.

Congius sextariorum octo est, uerum sanctus appellatus, sextariorum sex, quae est duodecima pars metretae. Epiphanius lib. de mensuris & ponderibus.

Cogregatio legitima. In legitima cogregatione dirimetur. Legitimam congregationem sic uocat, eo quod tres conciones iuxta legem quolibet mense fierent. Illa autem erat praeter legem. Chrysostomus

homilia quadragesima secunda. in Acta apostolorum.

Conari. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, &c. Conati illi sunt, qui implere nequiuerunt. Ambrosius in 1. Luca.

Conquisitor. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor huius seculi? Conquisitor seculi hic est, qui à constellationibus agi mundum, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernit calculis, nihil omnino sine horum motu putans posse fieri. Idem in prima 1. ad Corinthios.

Conscientia. Testimonium reddente eis conscientia ipsorum. Testimonio sane conscientiae uti Apostolus dicit eos, qui descriptam continent in cordibus legem. Unde necessarium uidetur discutere, quid istud sit quod conscientiam Apostolus uocat: utrum uel alia sit aliqua substantia, quam cor, uel anima. Haec enim & alibi dicitur, quia reprehendat non reprehendatur, & iudicet hominem non ipsa iudicetur, sicut ait Ioannes. Si conscientia, inquit, non reprehendat nos, fiduciam habemus ad Deum. Et iterum ipse Paulus a libi dicit. Quia gloriatio nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Quia ergo tantam eius uideo libertatem, quod in bonis quidem gestis gaudeat semper, & exultet, in malis uero non arguatur, sed ipsam animam cui cohaeret, reprehendat, & arguat, arbitror quod ipse sit Spiritus, qui ab Apostolo esse cum anima dicitur, uelut paedagogus ei quidam sociatus, et rector, ut eam de melioribus moneat, uel de culpis castiget, et arguat: de qua etiam dicit Apostolus, quia nemo scit hominum quae sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est: & ipse sit conscientiae Spiritus, de quo dicit: ille Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro. Et forte hic ipse Spiritus est, qui cohaeret animabus iustorum, qui sibi in omnibus obedientes fuerint, & ideo scriptum est. Laudate Spiritus et animae iustorum Dominum. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Conscientia bona. Ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, &c. Bonam conscientiam, bonam uitam appellauit. Theodoretus lib. 2. hereticarum fabularum.

Conscientiam bonam, temperantiam ac moderationem, et iusticia ornata uitam dicit. Idem in 1. 1. ad Timotheum.

Conscientia pura. Cui seruius à progenitoribus meis in conscientia pura. Bonam in Deum affectionem significat per puram conscientiam. Id. in 1. 2. ad Timotheum.

Consensio, quae ἐκσυνομοσύνη, est concertus in animis. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Consilium est, appetitus inquisitiuus de ijs rebus agendis, quae in nobis sunt. Damascenus lib. 2. cap. 22. de Orthodoxa fide.

Pij, inquit Esaias, ea quae sunt, sapientia consultarunt. Consilium est quaestio, quomodo in presentibus rebus recte transegerimus. In Biblia autem, id est, bona consultatio, est prudentia in consilijs. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Et Dominus mandauit dissipare consilium Achitofel bonum, &c. Bonum consilium dixit, quod ad tempus proderat cause, quia pro ipso erat contra patrem eius,



eius, contra quem rebellauerat ut posset eum opprimere, nisi Dominus consilium dissipasset quod dederat Achitofel, agendo in corde Absalon, ut tale consilium repudiaret, & aliud quod ei non expediebat, eligeret. Augustinus libro de gratia et libero arbitrio, capite quinto.

**Conspersio.** Ut sitis noua conspersio. Noua conspersio, Christi doctrina est. Ambrosius in 3. ad Cor.

**Consummatio.** Nunc carne consummamin. Consummatio perditionem significat, id est finem. Id. in 3. ad Galatas.

**Contendere.** Et ideo contendimus, siue absentes, siue presentes placere illi. Hoc contendimus, posuit pro eo quod est, studium & animi alacritate adhibemus. Theodoret. in 5. 2. ad Corinth.

**Contentio.** His autem qui ex contentione, &c. Vnus ex ceteris anime languor, & quidem pessimus, contentio intelligenda est, per quam omne opus prauum geritur. Per hanc hereses nascuntur, per hanc schismata & omnia scandala in ecclesijs generantur, dum hi qui apud semetipsos prudentes sunt, & in conspectu suo sapientes, quicquid libuerit pro lege defendunt. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Contentio est, ubi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defenditur, & ubi iam non ueritas quaeritur, sed proximus fatigatur. Hieronym. in 1. ad Rom.

**Continentia est,** uanitatum stimulos superare. Chrysostomus homil. 33. in Ioannem.

Continentia est, pecuniam despiciere, uoluptatem, possessionem, spectaculum magno & excelsio animo contemnere, os continere, ratione qua sunt mala uincere. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

Continentia est affectio, qua non transiuerit ea qua uisa fuerint ex recta ratione. Id. ibid. lib. 2.

Continentia est, corporis despicientia conuenienter pactis conuentis cum Deo initis. Id. ibid. lib. 3.

Extrema continentia in fructibus spiritus collocatur. Quam non solum in castitate debemus accipere, sed etiam in cibo & potu: in ira quoque & uexatione mentis, et detrahendi libidine. Inter modestiam autem & continentiam hoc interest, quod modestia in uiris perfectis est, consummatque uirtutis, de quibus Saluator ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et de seipso: Discite a me, quia mitis sum, & humilis, & mansuetus corde. Continentia uero in uia quidem uirtutis est, sed necdum peruenit ad calcem: quia cupiditates adhuc in eius qui se continet cogitatione nascuntur, & mentis polluunt principale, licet non superent, nec ad opus pertrahant cogitantem. Non solum autem in desiderijs & cupiditate, continentia necessaria est: sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, leticia, & timore. Hieronym. in quintam ad Galatas.

Continens est, is qui continet eas appetitiones, qua sunt praeter rectam rationem, uel qui seipsum continet ne appetitione efferatur praeter rectam rationem. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Contritio.** Contritio & infelicitas in uijs eorum. Contritionem hic dicit, non illam qua spiritus peccatis contribulatur pro poenitentia, unde dicitur in Psal

mis: Cor contritum et humiliatum Deus non spernit sed illam dicit contritionem qua peccatores dicuntur conuertere iugum Domini, & proijcere a ceruicibus suis. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Contumeliosi sunt, qui ueloces sunt in uerbis iniuria. Hieronymus in 1. ad Romanos.

**Conuerti ad Dominum.** Cum autem quis conuersus fuerit ad Dominum, aufereur uelamen. Quid est conuerti? Si his omnibus terga uertamus, & studio, actibus, mente, sollicitudine, uerbo Dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur, ommissis omnibus Deo uacemus, exerceamur in testimonijs eius, hoc est conuersum esse ad Dominum. Origenes homil. 12. in Exodum.

Conuerti a potestate satanae. Ut conuertantur a tenebris ad lucem, et a potestate satanae ad Deum. Conuerti a potestate satanae, est mutari a peccato, per quod introducta erat seruitus. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

**Cor.** Cor sane pro mente, id est, pro intellectuali uirtute nominari in omnibus Scripturis nouis ac ueteribus abundantius inuenies. Origenes libro 1. cap. 1. peri archon.

Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quod dicit in cordibus, non est putandum quia in membro corporis, quod cor appellatur, lex scripta dicatur. Vnde enim caro aut tantos prudentiae sensus posset emittere, aut tanta memoriae receptacula continere? Sed sciendum est rationalem animae uirtutem cor solere nominari. Id. lib. 2. ad Rom.

Viuet cor ipsorum in seculum seculi. Anima per allegoriam dicitur cor, qua uitam suppeditauit, quoniam Pater per filium cognoscitur. Clemens Alexandrinus libro 5. Stromatum.

**Cordis caecitas.** Propter caecitate cordis ipsorum. Cordis caecitatem uocauit extremum stuporem. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

**Cordis laetitia.** Laetitia cordis est, bonam conscientiam habere ad Deum, & spiritualiter esse gaudentem, ac propter hoc non desperantem. Auctor operis imperfecti homil. 33. in Mattheum.

**Rectus corde.** Bonus enim Deus Israel, rectis corde. Quid est rectus corde? Sequens uoluntate Dei. Augustinus tract. 25. in Ioannem.

**Cor durum.** Secundum duritiam autem tuam & cor impenitens, &c. Cor durum in Scripturis dici uidetur, cum mens humana uelut caeca frigore iniquitatis obstricta signaculum imaginis diuinae non recipit. Hoc idem alibi. Cor crassum appellatur, sicut cum dicit: In crassum est cor populi huius. Contrarium uero est duro molle, quod in Scripturis cor carneum nominatur, & subtile, uel tenue: quod Apostolus spirituali hominem uocat, eum qui examinat omnia. Origenes lib. 2. ad Romanos.

**Incrassatum.** Incrassatum est cor populi huius. Intellige ex eo incrassatum esse cor, quia nihil fit in eo praeter humanas & carnales sollicitudines. Quomodo enim uateria corporis pinguis est, eodem modo etiam corporei intellectus & cogitationes. Id. homil. 6. in Esaiam.

Quid

Quid sit hoc quod dicitur, *Incrassatum est cor populi huius, inspicimus. Omnibus qui in presentis vite curis uersantur, cor incrassatum est: haud aliter eis qui in secularibus morantur incrassatum est cor quam si aspinis enecentur. Idcirco pinguescit cor, & non potest tenuioris spiritus suscipere motiones. fugiamus ergo à talibus curis, ut attenuatum cor nostrum Deo acceptabile fiat. fugiamus terrena negotia. Ista sunt enim quibus cor incrassatur. Id. ibid. homil. 9.*

**Lapideum.** Nulli à Deo cor lapideum creatum est, sed per maliciam unicuique, & inobedientiam cor lapideum fieri dicitur. Id. lib. 3. cap. 1. periarchon.

Et dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorum, &c. Cor lapideum non significat nisi durissimā uoluntatem. Augustinus lib. de gratia & libero Arbitrio cap. 5.

**Mundum.** Beati mundicordes. Mundum cor est, simplex cor. Id. libro primo super sermonem Domini in monte.

**Mundi corde.** Beati mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Qui alij mundi corde sunt, nisi qui Deo per filium in spiritu coniuncti, omnes uoluptates carnis spreuerunt, & hanc uitam quasi negantes, secundum uoluntatem spiritus, soli Christo integrè uixerunt. Talis erat Paulus qui ex nimia puritate cordis dicere non dubitauit, Christo se crucifixum, nec iam se uiuere, sed Christum in eo. Alium etiam quendam sanctorum canentem audio: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in noua in uisceribus meis. Redde mihi leticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ne proicias me à facie tua, & S. sanctum tuum ne auferas à me. Cyrillus libro 11. capite 28 in Ioannem.

**Simplex.** Beati mundo corde, &c. Cor simplex & mundum est, in quo queritur Deus. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

**Corde canere.** Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Corde canit, non solum qui mouet linguam, sed etiam qui mentem excitat ad eorum que dicuntur intelligentiam. Theodoretus in 5. ad Ephesios.

**Cor dilatari.** Cor nostrum dilatatum est. Eorum cor dilatatur, qui fiducia bonæ conuersationis gaudet in sese, aut certe futuri spe præmij in tribulatione non angustantur: quia sicut in hac uita nisi præcesserit labor, reditus non sequitur: ita & in rebus diuinis si non exitia anteierint, præmium non sequetur. Ambrosius in 6. 2. ad Corinth.

**Ex cordibus reuelate cogitationes.** Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Ex multis cordibus reuelate cogitationes sunt, quum etiam discipuli eius scandalum propter passionem passi fuisse uideantur. Cyrill. lib. 12. cap. 33. in Ioannem.

**Corban quoque tibi proderit.** Corban non donum, non munus, sed oblationem Latine possumus dicere. Chrysostomus homil. 52. in Mattheum.

**Corban significat murus.** Iosephus lib. 4. cap. 3. antiquitatum Iudaicarum.

Est apud eos sacer thesaurus, quem corban dicunt, &c. Id. lib. 2. cap. 8. de bello Iudaico.

**Corban interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei.** Id. lib. 1. contra Apionem.

**Corbana, oblatio.** Hieronymus in interp. nom. de Mattheo.

In corbana data populi propter necessitates pauperum congregabantur. Origenes in 27. Matthei.

**Coræ, caluicium.** Philo ibid. de Numeris.

**Core, caluicies aut glacies.** Hieronymus ibid. de epistola Iudæ.

**Corinthus, ciuitas Achaie maritima.** Id. de locis libri Actorum apostolorum.

**Corinthus Achaie metropolis est.** Ambrosius in 1. 2. ad Corinth.

**Corinthus, oritur ipse.** Id. ibid. de 2. ad Timotheum.

**Corinthum, ciues siue decuriones eorum.** Id. in interp. nomin. de 1. ad Corinth.

**Corinthum, conuersationem eorum, quam Greci significantius *κωνουσιον* uocant, hoc est, administratio nem reipublicæ.** Id. ibid. de Actis apostolorum.

**Cornelius, centurio, docetur & baptisatur à S. Petro.** Act. 10.

**Cornelius, intelligens circumcisionem.** Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

**Et exaltabit cornu Christi sui.** Consueuerunt diuine literæ, ipsum regnum cornu appellare: Idem uerò positum etiam in 88. Ps. Et in nomine, inquit, meo exaltabitur cornu eius. Eusebius lib. 4. cap. 25. de demonstratione Euangelica.

In Scripturis diuinis cornu pro regno positum sæpe reperimus. sicut & Propheta dicit: Quatuor autem cornua, quatuor regna sunt. Origenes homil. 16. in Numeros.

De reliquo reposita est mihi iusticiæ corona. Iusticiæ coronam dicit, eam que iustis est parata, que iusta datur sententia. Theodoretus in 4. 2. ad Thimoth.

**Corpus.** Non solum Paulus & propheta corpus sciunt carnem hanc nominari, sed etiam alij philosophi, apud quos sanè maxime nominum certitudo obseruata est. Caro enim omnino, si de his peritè considerare uelint, tota hæc habitaculi nostri moles proprie non dicitur: sed pars quedam totius, quemadmodum etiã ossa, aut nerui, aut uenæ: corpus uerò totum. Unde etiam Medici qui de corporum natura exactè tractauerunt, corpus nouerunt hoc quod uidetur. Sed & Plato hoc ipsum corpus etiam ipse nouit. Itaq; in Phædone Socrates: Ergo non aliud quid mortem esse putamus, inquit, quã animæ à corpore discessum, & esse hoc mortuum, esse ipsum per seipsum corpus ab anima liberatum seorsim esse, & seorsim item esse animam à corpore. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hereses.

Miser ego homo, quis me liberabit à corpore hoc mortis? Non corpus mortem pronuncians, sed legem peccati in membris per transgressionem in nobis delitescentem, & ad mortem iniquitatis animam semper seducentem. Id. ibid.

**Corpus quidem mortuum est propter peccatum.** Corpus dicēs, totum hominem significat mortuum peccati causa. Sicut & à Propheta sub uocabulo anime totus homo significatur, quasi à parte totum. Ait enim:

enim: Anima que peccauerit ipsa morietur. Nunquid sine corpore? hic corpus pro toto homine posuit, ille autem animam. Et alius propheta carnem dicendo, totum hominem significauit. Ait enim: Videbit omnis caro salutare Dei. Et quoniam baptisato datur S. sanctus, etiam ipse esse spiritus dicitur. Idcirco cetera hominis ad comparationem eius corpus appellauit. Propterea quod anima dum peccat caro dicatur: hoc enim uocatur quod sequitur. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Corpus uel uas anime est, uel receptaculum. Lactantius lib. 7. cap. 12. institutionum diuinarum.

Ubiq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Corpus, id est, anima: quod significantius Latine dicitur ca. lauer, ab eo quod per mortem cadat. Hieronymus in 14. Matthei.

Corpus animale & spirituale. Seminatur corpus animale, id est, crassum & mortale, resurget corpus spirituale, immutabile, impassibile, subtile. Hoc enim designat spirituale, quale Domini corpus post resurrectionem clausis portis ingrediens, infatigabile, cibo, somno, & potu non indigens. Damascenus lib. 4. cap. 28. de Orthodoxa fide.

Animale corpus est, dum cibis sustentatur, ut uiuat: spirituale autem, cum horum nihil indigebit conuersum in uitam. Ambrosius in decimum quintum primæ ad Corinthios.

Animale uocat, quod ab anima gubernatur: spirituale autem, quod à spiritu regitur. Theodoretus ibid.

Homini. Ego corpus hominis non aliud intelligam, quam omnem istam struem carnis quoquo genere materialium concinnatur atq; uariatur, quod uidetur, quod tenetur, quod deniq; ab hominibus occiditur. Tertullianus de resurrectione carnis.

Humilitatis. Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ. Quid est humilitatis corpus, quod transfigurauit Dominus conformatum corpori gloriæ suæ? Manifestum est, quoniam corpus quod est caro, quod & humiliatur cadens in terra, transfiguratio autem eius, quoniam cum sit mortalis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis, non secundum propriam substantiam, sed secundum Domini operationem, qui potest mortali immortalitatem, & corruptibile circumdare incorruptibilitatem. Irenæus lib. 5. pag. 311. aduersus hæreses.

Mortale. Quid superest dicere mortale corpus, nisi plasma, id est, caro de qua & sermo est ei, quomodo uiuificabit eam Deus. Hæc enim est que moritur & soluitur, sed non anima, neq; spiritus. Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra. Id. ibidem pag. 301.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Non propter dissolutionem dixit mortale corpus, sed propter poenam gehennæ, ut ille mortalis dicatur, qui in gehenna mittendus est, quia qui peccato obediunt, mortem inferni non euadunt, à qua Saluator in se credentes liberauit. Mortale ergo dicens corpus, totum hominem significauit, quia qui obediunt peccato, mortales dicuntur. Anima enim, inquit, quæ peccat,

ipsa morietur, id est, totus homo: nemo enim sine corpore iudicabitur. Ambrosius in 6. ad Romanos.

Mortis. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Merito corpus mortis appellatur, in quo habitat peccatum quod mortis est causa. Origenes libro 6. ad Romanos.

Corpus mortis est, cuncta peccata. Multa enim unum corpus sunt, singula quasi membra uno autore inuenta, ex quibus homo ereptus gratia Dei per baptismum supradictam mortem euasit. Ambrosius in septimum ad Romanos.

Quemadmodum cum quis à Barbaris captiuatus est, non ideo barbarus est, licet ab illis detineatur: ita & corpus nostrum corpus mortis dicitur, ex eo quod ab illa occupatur, non ideo quod illam procurauerit. Chrysostomus sermon. decimotertio ad Romanos.

Corpus, hoc corpus est mortis, quia non uiuibus, sed mortiferis uoluptatibus est subiectum. Auctor operis imperfecti. homil. 6. in Mattheum.

Corpora. Qui suscitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra. Corpora dixit, per quæ homines significat. Ambrosius in 8. ad Rom.

Seminatur corpus animale, & surgit corpus spirituale. Indubitate docuit, quoniam neq; de anima, neq; de spiritu sermo est ei, sed de mortificatis corporibus. Hæc sunt enim corpora animalia, id est, participantia animæ, quam cum amiserint, mortificantur. Deinde per spiritum surgentia sunt corpora spiritualia, uti per spiritum semper permanentem habeant uitam. Irenæus lib. 5. pag. 302.

Sunt cælestia corpora, sunt & terrestria. Prima piorum & impiorum sectio est. Cælestia quedam corpora sunt, inquit, quedam terrestria: impios per hæc, per illa pios significare uolens. Chrysostomus homil. 41. in 1. ad Corinth.

Cælestia corpora sunt resurgentium, terrestria autem antequam moriantur & surgant: ut quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dicuntur: ex Adam uero, quia terrestris est, terrestria corpora. Ambrosius in 15. 1. ad Corinth.

Corpus castigare. Sed castigo corpus meum, & seruituti subijcio. Castigare corpus, est ieiunijs illud agere, & illa ei dare que ad uitam proficiant, non ad luxum. Seruituti uero subijcitur, dum non suam perfit, sed spiritus uoluntatem. Id. ibid. cap. 9.

Corpora contumelijs afficere. Ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, &c. & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori, &c. Eorum est contumelijs afficere corpora sua, qui deseruiunt simulacris & eorum colere creaturam, qui dereliquerint creatorem. Origenes lib. 1. ad Romanos.

His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem querentibus, uitam æternam. Incorruptio quid indicet, cito sciemus si quod ei contrarium est discutiamus. Incorruptio contrarium habet corruptionem. Corruptio duobus modis accidere dicitur, corporaliter & spiritualiter. Corporaliter accidit, cum euenierit illud quod scriptum est: Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Spiritualiter, cum illud acciderit illud quod nihilominus

hilominus Apostolus dicit: Vereor autem, ne sicut serpens Euam seduxit astuticia sua, corrumpantur sensus uestri à simplicitate fidei, quæ est in Christo Iesu. Si quis ergo ab his quæ supra diximus, manserit corpore & spiritu incorruptus: iste incorruptionem querere dicitur, quo scilicet per hanc obseruantiam incorruptionem, illam quæ ex resurrectione est incorruptionem consequi mereatur. Id. ibid. lib. 2.

**Corus.** Mensura est Corus, habetur in Euangelio Lucae. Vbi Saluator laudat prudentem dispensatorem, qui debitoribus pro tot coris, in suis ipsorum chirographis tantum transcripserat, & pro tot batis olei, tot fecerat. Acceptus est corus ex Hebraica lingua, ubi uocatur Chor, sunt autem modij triginta. Appellationem habet ex argumento collis, Choria enim uocatur collis. Triginta autem modij in collem ac aceruum colledi faciunt onus Cameli. Epiphanius lib. de mensuris & ponderibus.

**Cos,** siue Coos, insula Cariæ uicina, inter Cretam & Rhodum interiecta. Fit eius mentio Act. 21. & primo Macch. 15.

**Cos,** mentis excessus. Hieronymus in interp. nom. de Actis apostolorum.

**Cosam,** filius Helmadam, in genealogia Christi. Luc. 3.

**Cosam,** diuinans. Hieronymus in interp. nominum de Luca.

**Aduersus mundi rectores tenebrarum harum.** Nominauit eos *νομοποιήτορας*, hoc est, mundi principes, non quod hinc à Deo principatum acceperint, sed quod qui uiuunt in socordia, sua sponte seruitutem amplectantur. Theodoretus in 6. ad Ephesios.

**Cozbi,** filia Sur, principis Madianitarum, quam cum Israelita cubantem interfecit Phinees. Num. 25.

## C R

**Crapula** est, quæ propter ebrietatem accipitur molestia & fastidium, quæ *κραιβάδα* dicta est, eò quod caput uibret & exagitet. Clemens Alexandrinus lib. 2. pedagogi cap. 2.

**Nolite ergo solliciti esse in crastinum.** Cras in Scripturis futurum tempus intelligitur, dicente Iacob. Et exaudiet me cras iusticia mea. Et in Samuelis phantasmate, Phytionissa loquitur ad Saulem: Cras eris mecum. Hieronymus in 6. Matth. ei.

**Creatura.** Vanitati creatura subiecta est. Creaturam mundum hunc nunc dicere uult. Epiph. lib. 2. tom. 7. Neg. aliqua alia creatura. Creatura dicitur uniuocè operatio, ut quæ sit nostrum opus. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

**Noua creatura.** Sed noua creatura. Hanc appellat nouam creaturam, nostrum uiuendi institutum. tum ob ea quæ nata sunt, tum ob ea quæ futura sunt. Ob nata quidem, quod nostra natura quæ inueterauerat senio peccati, repente baptismi lauacro renouata est, non aliter quam si denuo esset condita. Quapropter etiam noua ac cælestis à nobis exigitur uitæ forma. Ob futura uero, quod & cælum, & terra, & omnis deniq; creatura, in incorruptibilitatem transferetur uita cum nostris corporibus. Chrysostomus in sextum ad Galatas.

**Noua creatura** est regeneratio nostra. Hæc est, quæ dat profectum permanentibus. Ambrosius ibid.

**Nouam creaturam** appellat quidem proprie eam, quæ post mortuorum resurrectionem futura est, rerum mutationem. Tunc enim & creatura liberabitur ab interitu ac corruptione, quæ ei imminet, & hominum natura immortalitatem induet. Salutare autem baptismi ostendit esse ueluti quandam imaginem futurorum. In eo enim ueterem hominem exuimus: nouum autem induimus: & onus peccatorum deponentes, gratiam spiritus suscipimus. Nec ergo sanctissimum baptismi, nec futura uita, nouit circumcisionis & præputij differentiam. Theodoretus ibid.

**Credere.** Et ille scit quia uera dicit, ut & uos creè datis. Quid est aliud credere, quam fidem accommodare? Augustinus tract. 120. in Ioannem.

**Credere in Deum** cordis assensu, non minus malis quam bonis adest: Credere uero in ipsum fide per dilectionem operante, & fidem habere operibus cõiunctam, atq; opera coniuncta fidei, solum bonis cõgruit: & ea perfectissima est credendi ratio, atq; maximè cõpleta. Cyrillus lib. 6. cap. 7. in Ioannem.

**Credere Ioanni.** Venit Ioannes ad uos in uia iusticiæ, & non credidistis, publicani uero & meretricæ crediderunt ei. Ostendit id esse maximè legi diuine obtemperare, Ioanni credere. Chrysostomus homil. 68. in Matth.

**Quid est credere resurrectionem,** nisi integram credere? Tertullianus de resurrectione carnis. Et crediderunt quod tu me misisti. Subaudiendum est uerè. Crediderunt uerè, id est, quomodo credendum est, inconcussè, firmè, stabiliter, fortiter. Augustinus tract. 106. in Ioannem.

**Credens.** Quis putas est credens? nisi ille qui eò peruenit, ut non cadat in ea peccata, quæ sunt ad mortem, eò quod affectus sit secundum rationem, & coaeruerit cum ea. Origenes tom. 19. in Ioannem.

**Crescere.** Bisariè in Scripturis sanctis crescere quid dicitur: unum corporaliter, ubi uoluntas humana nihil prodest: alterum spiritualiter, ubi causa crescendi in studio consistit humano. Idem homil. 11. in Lucam.

**Crescens,** discipulus Pauli apost. 2. ad Tim. 4.

**Crescens,** tenebrosus. Hieronymus in interp. nom. de 2. ad Timoth.

**Creta,** Græciæ insula, centum quondam oppidis insignis, famosaq; diuitijs maximè æris. Ibi enim prima huius metalli inuentio & utilitas fuit: cui proximè est in finibus Ciliciæ promontorium & oppidum ueneris. Id. de locis lib. Actorum apostolorum.

**Creta,** uocationes, aut uocate, inter Syrum & Hæbræum. Id. in interp. nomin. de Actis apostolorum.

**Cretam,** uocationem consummatam. Id. ibidem de Tito.

**Crimen** est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum. Augustinus tract. 41. in Ioann.

**Crispus,** Corinthius conuersus ad Christum, & baptisatus ab apostolo Paulo. 1. Cor. 1. Act. 18.

**Crispus,** sciens, uel cognoscens. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum, & 2. ad Corinth.

Crucem tollere. Qui non tulerit crucem suam, etc. Crucem suam tollit, qui paratus est ad omne periculum propter Deum, si necessarium fuerit, usque ad mortem, magis quam relinquere Christum. Auctor operis imperfecti hom. 26. in Mathæum.

Et tollat crucē suam. Tollat, ait, crucem suam: id est, portet semper, feratq; secū. Chrysostomus hom. 56. in Math.

## C V.

Cupiditas est, molestia & sollicitudo, quæ propter egestatem aliquid appetit, Clemēs Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

Cupiditatem definiunt Philosophi, appetitionem, quæ non paret rationi. Id lib. 1. pedagogi cap. 13.

Cur, gelu. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.

Cus, durus, uel uomitus uiri, siue uomens uir. Id. ibid. de 1. Regum.

Acustodia matutina usque ad noctē, etc. Custodia una, quarta pars noctis est. Ergo prima custodia à uespere incipit. Secunda ad medium noctis attingit. Tertia pullorum cantus transit. Quarta uigilia matutina, quæ in ortum luminis adimpletur. Arnobius in Ps. 129.

Et custodia in nocte, etc. Custodia in nocte quarta pars noctis est, quam sibi pastores diuidunt, ut ternis horis alijs custodientibus, alijs quiescentibus transeatur. Id. in Ps. 89.

Cutha, 2. Reg. 17. iungitur Babyloni.

## C Y.

Cynæus, filius Chanaan. Gene. 10.

Cyprus apud eoslem Ponticos, mensura est sicarum frugum modij duo, quæ mēsurā dicitur esse apud ipsos chœnicū quinq;. Chœnix autem apud ipsos sextariorum quinq; est, ut sit Cyprus sextariorum uiginti quinq;. Nam magnus apud ipsos modius, sextariorū uiginti quatuor est. Collathon est apud Syrios dimidium liquidi sati, est autem sextariorum uiginti quinq;. Congiarium, mēsurā est liquidorum, & ipsa apud Hebræos sic profertur. Hæc mensura est in Cronici Eusebij, et alijs Chronographis indicata, prout quisq; eius temporis regum per ambitionem populo Romano exhibendo largitus est, interpretari potes coniunctum aut conturium. Epiphanius de ponderibus & mensuris.

Cyprus, insula Ciliciæ ac Syriæ obiecta, in qua eu. angelium primi annunciarunt Paulus & Barnabas. Act. 13.

Cyprius, tristis aut mœror. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Cyrene, in finibus Aegypti, ad quem locum rex Assyriorū transtulit Damasenos. Eus. de locis Hebr.

Cyrenenses, heredes. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Cyrenius, Consularis Romanus, præses in Syriā missus ab Augusto Imperatore. Hic censum in tota Syriā egit, eo ipso anno, quo Christus natus est. Luc. 2. Iosephus lib. 18. cap. 1.

Cyrus, primus Monarcha Persarum, qui Imperium ab Astyge rege Medorum, & à Babylonijs ad Persas transtulit. Anno primo Monarchiæ propo-

suit edictum de reductione populi Israelitici ex captiuitate Babylonica, in Iudæam & Ierusalem. 2. Para. 36. 1. Esdræ 1. fit eius mentio Esa. 44. 45. Daniel. 7. 8. 11.

## D A.

**D** Abath, clunis. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

**D** Dabereh, urbs Leuitarum, in finibus tribuum Zabulon & Isaschar. Ios. 19. 21. 1. Paral. 6.

**D** Dabir, rex Eglon, cū quatuor regibus à Iosua uictus & suspensus. Ios. 10.

**D** Dabir, in tribu Iuda, quæ uocabatur ciuitas literarum: hanc præoccupauit Othoniel frater Caleb, interfectis in ea filijs Enakim. fuit autem & ipsa sacerdotibus separata. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dabir, in tribu Gad, paulò supra Bethabara. Ios. 13.

**D** Dabir, loquens, uel loquela, siue oraculum, aut uersum timens. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue, & 3. Regum.

**D** Dabir interpretatur loquela. Origenes homil. 20. in Iesum Naue.

**D** Dabira, ciuitas in tribu Dan, cuius regem interfecit Iesus. Est autem & alia uillula Iudæorum in monte Tabor regionis, ad Diocæsaream pertinētis. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dabira, loquens, uel eloquentia, uel uersum timens. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

**D** Dabor, super Iordanem ciuitas Amorrhæorum. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dabrath, in tribu Issachar separata Leuitis. Id. ibidem. (Naue.)

**D** Dabrath, loquela. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

**D** Dachar, compungentes. Id. ibid. de 3. Regum.

**D** Dadan, in regione Cedar, de qua scribit Hieremias. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dadan, iudicans. Philo in interpr. nomin. de Genes.

**D** Daenna, in tribu Iuda: eadem autem est, quæ & Dabir ciuitas literarum. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dagon, idolum Philistinorum, quod nominatur in historia Samsonis. Iud. 16. & 1. Samuel. 5. Macc. 10.

**D** Dagon, piscis tristitia. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

**D** Dahiua siue Dahiud, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

**D** Dalaias, princeps in aula Ioachim regis Iudæ. Hierem. 30.

**D** Dalaia, hauriens dominus, uel pauperculus domini. Philo in interpr. nomin. in Hieremia.

**D** Dalam, egens pauper. Id. ibid. de Iesu Naue.

**D** Daleam, egestas eorum. Id. ibid.

**D** Daleth, librorum dici potest. Eusebius lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica.

**D** Dalila, mulier Philistina, cuius amore fascinetus Samson, suum robur & uitam amisit. Iud. 16.

**D** Dalila, paupercula, uel stitula. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

**D** Dalmanutha, regio uicina mari Tiberiadis, in tribu Isaschar, cuius mentio fit. Mar. 8.

Dalmatia,

**Dalmatia**, regio pars Illyrici, ab ortu Mysiam superiorem & Macedoniam attingit, à borea Liburniam, ab occasu & meridie alluitur mari Adriatico. In hac Euangelium prædicauit Titus. 2. Tim. 4.

**Dalmatiam**, paupertatem gradem. Hieronymus in interpret. nomin. de 2. ad Timoth.

**Damna**, in tribu Zabulon, ciuitas separata Leuitis. Eusebius de locis Hebr.

**Damnaba**, ciuitas Balach, filij Beor regis Edom, post quem regnauit Iob: & est usq; hodie uilla Damnaba in octauo milliario Areopoleos pergentibus Arnonem, & altera damnaba super montem Phogor in septimo lapide Esbus. Id. ibid.

**Dammum**. Hæc arbitratus sum propter Christum damnum. Dammum uocauit ea quæ sunt deteriora si cõferantur cum potioribus. Theodoretus in 3. ad Phil.

Si cuius opus arserit, damnum patietur. Dammum pati est, pœnas perpeti. Ambrosius in 3. ad Corinth.

**Damaris**, mulier Attica, quæ prima credidit Euangelio, quod Paulus Athenis prædicabat. Act. 17.

**Damaris**, silens caput. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

**Damascus**, nobilis urbs Phœnicæ. Eodem autem uocabulo & Masech ancillæ Abraham filius appellatus est. Eusebius de locis Hebraicis.

**Damascus**, urbs nobilis Phœnicæ, quæ & quondam in omni Syria tenuit principatum, & nunc Sarcenorum metropolis perhibetur: unde & rex eorum Nauuias, famosam in ea sibi suæq; genti basilicam dedicauit. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

**Damascus**, sanguinis potus, siue sanguinis osculum, uel sanguinis sacci. Philo in interp. nomin. de Genesi.

**Damascus**, sanguinem bibens, uel propinans. Idem ibidem de 3. Regum.

**Damascus**, sanguinis poculum, uel potus. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum, 1. & 2. ad Corinth.

**Dan**, filius Iacob ex Bala, ancilla Rachelis. Genes. 30. Ezech. 48.

**Dan**, uiculus est in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum, qui usq; hodie sic uocatur, terminus Iudæe prouinciæ contra septentrionem, de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen. Iorque quippe *παρὰ ποταμὸν*, id est, fluium siue riuum Hebræi uocant. Eusebius de locis Hebraicis.

**Dan**, iudicium, aut iudicans. Philo in interp. nomin. de Genesi & Exodo.

**Dan** à Deo iudicatum lingua Latina significat. Iosephus lib. 1. cap. 27. antiquitatum Iudaicarum.

**Danna**, ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon. Iosue 21.

**Dana**, causa, uel iudicium eius. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Daniel**, propheta, adolescens abductus est à Chalæis in Babylonem. Daniel. 1. 2. Reg. 24. Postea Consiliarius, & post regem unus ex summis gubernatoribus regni Babylonici fuit, sub Nabuchodonosor, Euilmerodach, Baltasar, regibus Chaldæorum, & sub Dario Medo, ac Cyro rege Persarum.

**Daniel**, iudicium Dei, uel iudicat me Deus. Hieronymus in interp. nomin. de Mattheo.

**Daphne**, suburbanum Antiochiæ metropolis Syriæ, amœnitate singulari. 2. Macch. 4.

**Dar**, generatio. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

**Daran**, oppidum Iudææ. Ios. 15.

**Dardahe**, generatio cognitionis. Philo in interp. nomin. de 3. Regum.

Lex per Moïsem data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Animaduerte quam honestam facit comparisonem, etiam apud imbecilliores. Non enim ratione excellentiam confirmat, sed nudis nominibus differentiam ostendit, gratiam & ueritatem legi, et hanc particulam, facta est: huic, Data est, opponens. Maxima autem utrorumq; differentia: Dari enim ministri est. Nam qui dat, is aliunde accipit, & dat cui dari præcipitur. Fieri autem & gratiam & ueritatem regis est, cum potestate omnia dimittentis peccata, & benignitatis suæ dona confirmantis. Quare inquit, dimittuntur tibi peccata tua. Chrysostomus homil. 13. in Ioannem.

**Darius**, Medus, cuius mentio fit Daniel. 5. 6. 9. 11. existimatur idem esse, qui apud Xenophontem in Pedia Cyri, Cyaxares nominatur, filius Astyagis regis Medorum, & auunculus Cyri, qui duos annos simul cum Cyro regnauit.

**Darius Histaspis**, rex Persarum, qui Cambysi successit. Huius anno secundo Aggeus & Zacharias de reditu Iudeorum ex Babylone, & absoluenda ædificatione templi, prophetare cœperunt. Ag. 1. Zach. 1. 1. Esd. 6. 3. Esd. 6. fuit maritus Hester, quam Herodotus lib. 3. pag. 102. Artistonam uocat.

**Darius**, ultimus Persarum Monarcha, uictus ab Alexandro Macedone. 1. Macch. 1.

**Darius** apud Persas commune epitheton regum est, ut apud nos Augustus Cæsar. Latine significat *regis* domitorem, teste Herodoto lib. 6. pag. 190.

**Darom**, huius meminit Ezechiel, quod Symmachus uertit in Aphricum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Dasbath**, in tribu Zabulon. Id. ibid.

**Dassem**, urbs Astiriorum nobilis, quam extruxit Assur, inter Ninuen & Chalad. Id. ibid.

**Dasem**, frenum. Philo in interp. nomin. de Genesi.

**Dathan**, filius Eliab, filij Phallu, filij Ruben, seditionis, hiatu terræ absorbetur. Num. 16. 28.

**Dathan**, donum eorum, siue sufficiens donum. Philo in interp. nomin. de Numeris.

**Datheman**, munitio in regione Galaad. primo Macch. 5.

**Datum**. Nisi tibi datum esset de super. Hoc uerbum, Datum, in hoc loco permissiuum est: quasi diceret, permisit hæc fieri, non tamen propterea uos non accusandi. Chrysostomus homil. 83. in Ioannem.

**Datum**, inquit, est de super, id est, concessit, consentitq; Pater unæ cū filio. Cyrill. lib. 12. cap. 22. in Ioannem.

**Dauid**, natus ex patre Isai, in oppido Bethlehem, Ungitur in regem populi Israel. 1. Sam. 16. Vincit Goliath Philistinum. 1. Sam. 7. Testamentum seu nouissima uerba Dauid extant 2. Sam. 23.

**Dauid**, desiderabilis, aut fortis manu. Hieronymus in interp. nomin. de Mattheo, Actis apostolorum, epistola ad Romanos, Hebræos, 2. ad Timoth. & Apoc.

Dauid interpretatur sufficiens manu, uel dilectus. Auctor operis imperfecti homil. 1. in Mattheum.

Quod Scriptura soleat humanitatem Christi, quae à semine Dauid sumpta fuit, Dauid appellare, omnib. patere arbitror. Cyrillus lib. 4. cap. 35. in Ioannem.

## D E

Debbaseth, oppidum tribus Zabulon in littore maris, inter Ptolemaida et Carmelum promontorium. Ios. 19.

Debalaim, socrus Osee propheta. Osee. 1.

Debelaim, palata. Philo in interp. nomin. de Osee.

Debera, oppidum in tribu Benjamin, prope Betharaba. Ios. 15.

Debbora, nutrix Rebeckae, uxoris Isaac. Genes. trigesimo quinto. (cum 4. 5.)

Debbora, uxor Barac Iudicis Hebraeorum. Iudic.

Debbora, apis siue eloquentia, uel loquax. Philo in interp. nomin. de Genesi & lib. Iudicum.

Debbora Hebraica lingua significat apem. Ioseph. lib. 5. cap. 9. antiquitatum Iudaicarum.

Debbora apis interpretatur siue loquela. Origenes homil. 5. in lib. Iudicum.

Debitum. Et dimitte nobis debita nostra, &c. Debitum quid est, nisi peccatum? Augustinus sermon. 28. de uerbis Domini.

Debitum peccatum esse in multis, frequenter ostendimus. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Debita peccata dici manifestum est, uel hinc quod ait idem Dominus, Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem, uel illinc quod debitores appellauit, qui ei nuntiati sunt extincti, uel ruina turris, uel quorum sanguinem Pilatus sacrificio miscuit. Dixit enim, putare homines quod illi ultra modum debitores essent, id est peccatores; & addidit, Amen dico uobis, nisi poenitentiam egeritis, similiter moriemini. Augustinus lib. 2. super sermon. Domini in monte.

Quae sunt debita nostra in Deum, nisi peccata quibus eum offendimus, propter quae debitores mortis, et damnationis rei apud diuinam maiestatem efficitur? Cyrillus lib. 6. cap. 19. in Ioannem.

Deblaim, lateres, siue massas, quae de recentibus fideis compingi solent, quas Hebraei deblatam, Graeci *πυλίσματα* nuncupant. Itaque in praesenti loco, nomen quod proposuimus, interpretatur, palata eorum. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Deblata, palata, id. ibid. de Ezechiele.

Deblataim, in terra Moab, sicut scribit Hieremias. Eusebius de locis Hebraicis.

Deblataim, palata eorum. Philo in interp. nomin. de Hieremia.

Debon quae & Dibon, in solitudine castra filiorum Israel. Est & alia Dibon uilla pergrandis iuxta Arnonem: quae cum prius fuisset filiorum Moab, & post eam Seon rex Amorrhoeorum belli iure tenuisset, à filiis Israel capta atque possessa, in partem uenit trib. Gad. Meminit huius Hieremias & Esaias in uisione contra Moab. Eusebius de locis Hebraicis.

Debongat, filiorum Israel castra. Id. ibid.

Decapolis, est regio decem urbium trans Iorda-

nem circa Hippum & Pellem & Gadaram. Id. ibid. fit eius mentio Mar. 5. 7. Mat. 4.

Decapolis interpretatur decalogi mandata. Hieronymus in 7. Marci.

Decimare. Vae uobis qui decimatis mentem, &c. Qui accipit decimas, recte decimare uidetur, & qui dat. Auctor operis imperfecti homil. 44. in Mattheum.

Decla, subtile, sine palmata. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Declinare. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Mibi uidetur quod non dicitur declinasse, nisi is qui aliquando in uia recta stetit. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Decorum est ordo, qui in administrando ita ut oportet largiendoque definitur. Clemens Alexandrinus lib. 3. pedag. cap. 6.

Legem mandatorum decretis euacuans. Decreta seu placita appellauit doctrinam Euangelicam: quoniam in animi electione sita est perfectionis rectae executio. Qui enim potest, inquit, capere, capiat. & Si uis perfectus esse, uende quae habes, &c. Quando ieiunas. Haec sunt non ex lege, sed ex libera animi uoluntate. Theodoretus in 2. ad Ephesios.

Dedara, generatio eius. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Dedan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebr.

Dedan, in regione Idumaea, super qua scribit Hieremias. Est autem in quarto milliario à Metallofeno contra Aquilonem. Id. ibid.

Dedan, urbs Arabiae felicitis. Ezech. 38. 27. sic dicitur à Dedan, filio Regma. Genes. 10. Vel à Dedan filio Abraham. Genes. 25.

Dedan solitarius, siue fratruelis eorum. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Dedan, grande iudicium, uel hoc iudicium, siue tale iudicium. Id. ibid. & de Hieremia.

Defectio. Nisi uenerit defectio primum, &c. Defectionem appellat, Antichristi praesentiam. Multi enim à futuris miraculis decepti, à ueritate deficient, & mendacium amplectentur. Theodor. lib. de diuinis decretis.

Quid est quod defectionem hic uocat? Antichristum ipsum uocat defectionem, tanquam plurimos per diuinum, & abducentem. Ita inquit, ut offenderentur, si possibile esset, & electi. Chrysostomus homil. 3. in 2. ad Thessalonicenses.

Defectionem ipsum uocauit Antichristum, à re ipsa nomine ei imposito, conatur enim à ueritate abducere & efficere ut deficient. Theodoretus ibid.

Deleam, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Deleth, pauper, uel tabula, uel ianua. Philo in interp. nomin. de Psalterio.

Delibatio. Ego enim iam delibor. Passionem suam delibationem appellat. Deo enim immolatur, qui pro eius iusticia patitur. Ambrosius in 4. 2. ad Timotheum.

Delictum. Ego puto delictum quidem commissum leuius esse aliquando, quam peccatum. Nam inuenimus de peccato dici, quod sit peccatum ad mortem. De delicto non legimus, quod esse dicatur ad mortem. Scio tamen & illam differentiam, quae nonnullis sapientium uisa est, quod delictum quidem sit, cum non faci-

mus ea, quæ facere debemus. Peccatum uerò sit, cum committimus ea quæ committere non debemus. Sed hæc quoniam non semper in Scripturis diuinis sub ista distinctione inuenimus, idcirco generaliter affirmare non possumus. Origenes homil. 5. in Leuiticum.

Delictum est, quicquid fit propter errorem rationis, & merito Græcè uocatur *ἁμαρτία*, hoc est, erratum, quod etiam peccatum significat. Clemens Alexandrinus lib. 1. pedagogi cap. 13.

Delinquere in alio & in seipso. Dixit iniustus ut delinquat in semetipso, &c. Discernendum est inter eum qui delinquit in alio, & inter eum qui delinquit in semetipso. Delinquit in alio, qui cum possit corrigere à malo peccantem, in super & adulator. Delinquit in seipso, qui sibi ipsi non uult suadere iusticiam, quia non est timor Dei in conspectu eius. Arnobius in Ps. 35.

Deliciae. Quid est aliud delitiæ, quam libidinosa liguritia, & superuacanea redundantia eorum qui sunt dissoluti ad suauem sensum delectationis? Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Delus, insula Apollinis & Dianæ natalibus clara fit eius mentio 1. Macc. 15.

Demas, discipulus & *συνύχου* Pauli Romæ captiui. Col. 4. & ad Philemonem. 2. ad Tim. 4. conuenitur se ab eo relictum esse.

Demas, silens, siue terrenus, uel sanguineus. Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Colos. & 2. ad Timoth. & Philemonem.

Demetrius, rex Syriæ, cuius mentio fit 1. Macc. 7. 10. 2. Macc. 14. fuit filius Seleuci fratris Antiochi Epiphanis, pulsus ab Alexandro.

Huius Demetrii filius fuit Demetrius Nicanor, qui Alexandrum regno expulit. 1. Macc. 10. 11. 13. 14.

Demetrius, argentarius Ephesus, qui ædículas sen thecas faciebat, in quibus statuæ seu idola collocabantur, concitat plebē aduersus Paulum, qui idololatriam taxabat, monstratis ueris cultibus Dei in Euangelio præceptis. Act. 19.

Demetrius, uehementer innectens, siue nimium persequens. Hieronymus in interpretat. nomin. de Actis.

Denaba, urbs Idumææ. Genf. 36. (apostol.)

Dennaba, iudicium ferens, siue afferens. Philo in interp. nomin. de Genesi & Iob.

Denegare seipsum. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum. Denegat seipsum, qui priorem uitam suam malam bona conuersione relinquit: utputa aliquando luxuriosus denegat se luxuriosum, conuersus ad castitatem: & qui erat iniustus, denegat se iniustum cum coeperit seruare iusticiam. Sic & qui insipientis fuerat aliquando, denegat se insipientem, sapientiam Dei suspiciens. Et timidus aliquando confirmatus in uirtute Dei, timidum denegat se. Sic & in omni malitia est dicendum: qui se ab ea conuerterit, secundum quod præcepit Iesus, denegat quod fuerat. Origenes tract. 2. in Matth.

Qui deponit ueterem hominem cum operibus suis, denegat semetipsum, dicens: uiuio autem non ego, uiuio uerò in me Christus: tollitq; crucem suam, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur

tur Dominum crucifixum. Hieronymus in 16. Matth.

Denuo. Nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. Denuo hoc in loco, alij è cælo, alij iterum exponunt. Quippe qui non ita nascitur, non potest uidere regnum Dei. Chrysostomus homil. 23. in Ioannem.

Denuo licinus, cum eadem quæ gesta sunt, repetuntur. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Deorsum, hoc loco creaturarum proprietatem, sortemq; designat, ratione creationis Deo subiectam, atq; subiacentem. Superius uerò diuinam nominat naturam omnia supergredientem, & ab omnibus eminenter exceptam. Cyrillus lib. 5. cap. 23. in Ioannem.

Deus est Dei metus. Clemens Alexandrinus libro secundo Stromatum.

Depheca, nona mansio Israelitarum ex Aegypto egredientium. Num. 33.

Depheca, adhæsit siue remissio. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Depositum. O Thimothee, depositum custodi. Existimo cum appellare depositum, gratiam Spiritus quam accepit per ordinationem. Theodoretus in 6. ad Timoth.

Deprecatio. Obsecro igitur primū omnium fieri deprecationes. Deprecatio, est bonorum petitio. Idem ibidem 3.

Derben, ciuitas Lycaoniæ prouinciæ. Hieronymus de locis libri Actuum apostolorum.

Derben, generationis filium, siue loquentem. Idem in interp. nomin. eiusdem libri.

Derbeus, loquax, siue ut supra. Id. ibid.

Dessau, oppidum Iudææ. 1. Macc. 5.

Descensus, qui descendit, ipse est, & qui ascendit supra omnes cælos. Descensus non significat aliquam à loco ad locum transitionem, sed docet dispensationis magnitudinem, quod cum esset altissimus, se ad eò abiecerit, & tantam humilitatem sustinuerit. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Desech, calcatio, uel unctio. Philo in interpretat. nomin. de Esai.

Deseth, quod Aquila transtulit parietem, Symmachus murum. Eusebius de locis Hebraicis.

Desiderium, sinus cordis est. Augustinus tract. 40. in Ioannem.

Destinari. Qui destinatus est filius Dei in uirtute. Destinatur ille qui est, prædestinatur uerò ille qui nondum est. Sicut de his quibus dicit Apostolus: Quos autem præscit, illos & prædestinauit. Præsciri ergo & prædestinari possunt illi qui nondum sunt. Ille autem qui est, & semper est, non prædestinatur sed destinatur. Origenes lib. 1. ad Romanos.

Desursum. Qui desursum uenit, super omnes est. Querendum est hoc, quod desursum aut desuper dicitur, quomodo soleat accipere Scriptura. Omne datum (Sanctorum quidam Spiritu plenus ait) & omne donum perfectum desursum est, descendens ex patre luminum. Ecce desursum hoc, nihil aliud quàm ex Patre significare potest, nec iniuria. Quid enim super creaturas, præter ineffabilem Dei naturam est, cui desursum ac desuper (quod



(quod Græci *ἀποδομι* dicunt) accommodari proprie potest. Cetera enim omnia seruitutis iugo premuntur, solus autē Deus naturaliter regnat. Quare ipse solus uerē super omnia est: quam dignitatem filio etiam ueluti Deo, & ex Deo secundum naturam pie attribuimus. quod si deservum nihil aliud, quam de cælo significat: quare de omni angelo & rationali uirtute non dicitur? Veniunt enim ad nos de cælo, & ascendunt & descendunt, aut in filium hominis. Cyrillus lib. 2. cap. 64. in Ioannem.

**DEVS.** Deus est, cui conferri aut exequari nihil potest, sed qui cunctis eminet, & cuncta repellit. Clemens Romanus lib. 5. Recognitionum.

Deus appellatio est substantiæ sempiternæ, siue timoris diuinitatis dicitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat filium ueraciter genitum: sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet: & Dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo Pater, secreti sacramenti uocabulum est, cuius uerē filius est, uerbum, & speculum, & character, & imago uiuentis Patris uiuentis, in omnibus Patri similis, eiusdem naturæ, & in diuinitate genitus, et genitori per omnia coequalis. Id. epist. 1.

Quicumque dicitur Deus, nō continuo Deus est. Moyses Deus dicitur Pharaonis, & certum est eū hominem fuisse. Et iudices dii appellati sunt, & constat eos fuisse mortales. Simulacra quoque gentium dī appellantur, & omnes scimus, quia non sunt, sed impijs quasi pro pœna hoc datum est, ut quia uerum Deum cognoscere noluerunt, quæcumque eis forma & imago occurrisset, haberetur ab eis Deus. Quoniam unius, ut dixi, qui est omnium Deus, agnitionem suscipere recusarunt, ideo ergo conceditur eis illos habere deos, qui præstare supplicantijs nihil possunt. Quid enim aut examina simulacra conferre hominibus queant, aut animantia, cum potestas omnium apud unum sit. Tribus igitur modis Deus quis dicitur, uel quia uerē est, uel quia ei qui uerē est, ministrat, & ob honorem mittentis, ut plena sit eius autoritas, hoc dicitur iste qui missus est, quod est ille qui misit: ut sepe factum est de angelis, qui tamen cum apparuerant homini, si sit prudens, & eruditus uir, interrogat eius qui apparuit nomen, ut simul & honorem missi & auctoritatem mittentis agnoscat. Id. lib. 2. Recognitionum.

Deus id est, quod eiusmodi est cui comparari nihil potest. Super omne est enim quod dici potest. Tertullianus lib. de Trinitate.

Dei nomen quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communicari, quibus diuinitas iudicatur, sicut & idolis dicente Apostolo: Nam & sunt qui dicuntur dii, siue in cælo, siue in cælis. Christi uerō nomen non ex natura ueniens, sed ex dispositione, proprium eius efficitur, à quo dispositum inuenitur. Id. lib. 3. contra Marcionem.

Deus nomen principaliter in eo est, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia. quod utique aperte uirtutem, & naturam trine singularitatis denunciat. Secundo uerō in loco, & (ut ita dixerim) abusiue deos dicit Scriptura etiam illos ad quos sermo Dei fit,

sicut confirmat Saluator in Euangelijs. Sed & cælestes uirtutes sub hoc nomine appellari uidentur, dum dicitur: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Tertio uerō in loco iam non abusiue, sed falsò, dii gentium demones appellantur, cum dicit Scriptura, Omnes dii gentium demonia. Origenes in prologo explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Vnusquisque quod præ cæteris colit, quod super omnia miratur & diligit, hoc ei Deus est. Id. homil. 2. in lib. iudicum.

Quod ex toto corde dilexerit quis, & ex tota anima, atque ex uiribus totis, hoc ei Deus est. Id. ibid.

Nomen Dei proprie ineffabile Hebræi dicunt esse nec ipsa mente hominis comprehensibile. Quod uerō nos Deum dicimus, Elohi uocant: apud eos robur & potentiam significat: ut sit nomen Dei, quasi omnipotens. Eusebius lib. 11. cap. 4. de preparatione Euang.

Deum esse quandam uitam æternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapientem. Sapientes facientem, nonnulli etiam huius seculi Philosophi uiderunt: Veritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerum omnium creaturarum, uiderunt quidem, sed de longinquo uiderunt, sed in errore positi. Augustinus sermo 55. de uerbis Domini.

Omnipotens Deus pater & filius & S. sanctus, unus atque trinus: unus uidelicet in natura, trinus uerō extat in personis: solus inuisibilis, solus immensus atque incomprehensibilis, solus incircumscriptus, solus immutabilis, incorporeus & immortalis: ubique præsens, sed latens: ubique totus, sed immensus. Id. de essentia diuinitatis.

Soli sapienti Deo honor & gloria. Deus nomen est uerē nomen solius trinitatis. Nullus enim præter eam natura Deus est. Theodoretus in 2. ad Timoth.

¶ Deus solus.

Et gloriam quæ à solo Deo est non queritis? Solum Deum dixit, non quia se aut Spiritum ab huiusmodi solius honore Dei separaret, sed quia dii gentium ad hoc non ascendunt. Sanctæ namque consubstantialisque Trinitatis plenitudo, unam gloriam, unam naturam possidet. Cyrillus lib. 3. cap. 7. in Ioannem.

Vnus est solus, liber, Deus summus, carens origine quia ipse est origo rerum, & in eo simul & filius & omnia continentur. Quapropter cum mens, & uoluntas alterius in altero sit, uel potius una in utroque, merito unus Deus uterque appellatur, quia quicquid est in patre, ad filium transiit, & quicquid in filio, à patre descendit. Lactantius lib. 4. cap. 29. institutionum diuinarum.

Deus unde ducitur. Deus Græcè *θεός* dicitur, hoc est, ex positione, ordine, & administratione. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

¶ Dei nomina. Si secundum Hebræam linguam diuersæ dictiones positas in Scripturis opponant, quale est Sabaoth, & Eloæ, & Adonai, & alia quæcumque sunt talia, ex his ostendere laborantes diuersas uirtutes atque deos, discant, quoniam unius & ipsius significationes & nuncupationes sunt omnia huiusmodi. Quod enim dicitur Eloæ secundum iudaicam uocem, Deus

Deum significat & Eloæ uerum, & elloenth, secundum Hebraicam linguam hoc quod continet omnia significat. Quod autem ait Adonæ aliquando quidem nominabile & admirabile significat, aliquando autem duplicata litera delta cum aspiratione, ut puta Adonæi præfinitem & separantem terram ab aqua, nec posteaquam insurgere in eam. Similiter autem & Sabaoth per æ quidem Græca in syllaba nouissima scribitur, uoluntarium significat, per o autem Græca, ut à Sabaoth primum cælum manifestat. Eodem modo & Iaoth extensa cum aspiratione nouissima syllaba, mensuram præfinitam manifestat, cum autem per o Græca corripitur, ut puta Iaoth, eum qui dat fugam malorum significat, & cætera omnia unius eiusdemq; nuncupationis sunt: sicut secundum Latinitatem Dominus uirtutum, & Pater omnium & Deus omnipotens, & altissimus, & Dominus cælorum, & creator & fabricator, & similia his, non alterius atq; alterius hæ sunt: sed unius, eiusdemq; nuncupationes, & pronomina, per quæ unus Deus & Pater ostenditur, qui continet omnia, & omnibus ut sint præstans. Irenæus lib. 2. cap. 67. aduersus Hæreses.

Eli, & Eloim, & El, & Saddai, & Elion, & Rabboni, & Ia, & Adonai, & Iabe, nomenclaturæ sunt glorificationum, quæ omnes interpretationem habent, & nō sunt nomina adoptata ut ita dicam, deitati, quæ sanè etiam hic explicabuntur. El enim est Deus. Eloim Deus semper. Eli, Deus meus. Saddai, sufficiens. Rabboni, Dominus. Ia, Dominus. Adonai, qui est Dominus. Iabe, qui erat, & est, & semper est. Sicut interpretatur Moysi, Qui est misit me, dices ad ipsos. Elion, altissimus. Sabaoth, uirtutum interpretationem habet. Dominus igitur Sabaoth, Dominus uirtutum est. Omnibus enim expositum est, quod ubi Scriptura nomē Sabaoth usurpat, non solum id pronunciat ut diceret, dixit mihi Sabaoth, aut loquutus est Sabaoth, sed statim dicit Dominus Sabaoth, hoc est, Dominus uirtutum. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra hæreses.

Quoniam stolidi, Hebraicorum nominum ignorantēs significationem, diuersos esse deos existimarunt, Adonai, Eloim, & Sabaoth, operæpretium me facturum existimo, si quid unumquodq; eorum Græca lingua significet, ijs qui nesciunt ostendero. Nomen ergo Eloth Deus interpretatur. Eloim autem est Deus meus. El autē si tenuetur quidem, ipsum quoq; Deum significat. Si aspietur uerò, fortem. Adonai autem Dominum. Dominus autem Sabaoth, Dominus copiarum interpretatur, uel Dominus exercituum. Militares enim ordines, copie Latine appellantur. Saddai autem sufficientem & potentem significat. Aia uerò eum qui est. Ad autem erat etiam apud Hebræos ineffabile. Samaritani autē id dicunt Iauæ, ignorantes uerbi uirtutem. Theodoretus lib. de diuinis decretis.

Spiritus est Deus. Cum multi multa de Deo, de quæ eius essentia enunciarint, adeo ut quidam illum corporeæ, & tenuis, & cælestis naturæ dixerint, alij incorporeæ, rursum alij Deum has naturas transcendere dixerint potētia, & excellentia essentia suæ, operæpretium est, ut uideamus an à Scripturis diuinis habeamus causas ad dicendum aliquid de Dei essentia. Atq; hoc

quidem in loco dicitur quasi essentia eius esset spiritus. Spiritus est Deus, inquit: in lege uerò ignis dicitur. Scriptum est enim: Deus noster ignis consumens est. Apud Ioannem uerò lux. Deus enim, inquit, lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ. Quomodo autem lux ipse intelligendus sit pro uirili cordatius consideremus. Dupliciter lux dicitur tum corporaliter, tum spiritualiter hoc est, quæ mente cernitur, & ut Scripturæ dicerent, quæ sub uisum non cadit, seu ut Gentiles, incorporea. Et corporalis sanè lucis manifestum exemplum est illud, his qui hanc Scripturam accipiunt: Omnibus autem filijs Israel erat lux in omnibus, in quibus uersabantur. Spiritualis uerò exemplum est apud quendam Prophetam ex duodecim. Seminate uobis ipsis iusticiam, uindemiate fructum uitæ, illuminare uobis ipsis lumen cognitionis. Rursum similiter per comparisonem & proportionem bifariam dicentur tenebræ: quarū quæ communis dicuntur, exemplum est illud. Et uocauit Deus lucem diem, & tenebra uocauit noctem: tenebrarum uerò intelligibilium hoc est exemplum: Populus qui sedebat in tenebris, & umbra mortis, uidit lucem magnam. His sic habentibus dignum est cernere, quid nobis conueniat intelligere de Deo, cum lux dicitur, in qua nullæ sunt tenebræ. Vtrum Deus lux est illuminans corporeos oculos, an intelligibiles & de quibus & Propheta dicit: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. Existimo autem apertum cuiusque, esse nos haudquaquam dicturos, Deum solis officium facere, si alij cedat munus illustrandi eorum oculos, qui dormituri non sunt in morte: ergo illuminat Deus eorum mentem, quos dignos iudicat propria illuminatione. Quod si mentis est illustrator, iuxta illud quod dicitur, Dominus illuminatio mea, necesse est ipsum, qui mente cernitur, qui sub uisum non cadit, qui est expers corporis, ipsius mentis quæ sub uisum non cadit, lucem esse corpore carentem. Quod Deus ignis consumens dicitur nequaquam corporalis ignis esse uideatur, qui consumat corpora uelut ligna, scænum, stipulam, sed si cernantur in nobis ligna, scænum, stipula, sit Deus noster ignis, talis materiæ consumptor, qui dicitur ignis consumens: decetq; profecto, Dominum talia consumere, delereq; peiora: quo factio dolores arbitror laboresq; oriri nullo corporeo tactu circa pricipatus, & partes animæ præstantissimas, ubi structura fuerit digna, quæ consumetur. Lux ergo Deus nominatur, translatione sumpta à luce corporea ad inuisibilem et incorpoream lucem, sic dicitur propter uim illuminandi oculos intelligibiles. Appellatur etiā ignis consumens consideratione habita ab eo igne, qui est corporeus, & consumptor talis materiæ. Simile quiddam mihi uidetur esse Deus, cum spiritus dicitur. quoniam enim uiuificatione eam quæ media est, & quæ communiori uocabulo uita appellatur, dicta etiā corporalis flatus uitæ spiritus nostri, uidetes uiuificamur à spiritu, inde sumptum fuisse arbitror, ut Deus ducens nos ad uitam ueram spiritus dicatur. Spiritus enim more Scripturæ sacræ dicitur id quod uiuificat, non ea uiuificatione quæ est media, sed diuiniore. Origenes tom. 14. in Ioannem. Theologi summam diuinitatem interdum ex uisibilibus istis pretiosissq; concelebrant, ut

quum solem iusticie, stellamq; matutinam in corde fidelium sacratius orientem, atq; ut lucem absq; ullo uelamine spiritali fulgore perstringentem mentis obtutus, appellat. Aliquando ex his que sunt media, diuinam predicant maiestatem, cum scilicet illam, ignem innocua flamma lucentem, aquam uitalis plenitudinis indultricem, & (ut significantius dixerim) in intima uentris penetrantem, emanantemq; flumina perpeti lapsu decurrentia, dicunt. Aliquādo item ex infinis rem tantam collaudant, quum Deum uel fragrans unguentum, uel lapidem angularem uocant. Ferarum quoq; illi applicat formam, leonis ac panthera proprietatem ei ascribentes, ut paradisi fore dicentes, ursamq; seuientem. Addam & quod omnium uilissimum atq; absurdissimum esse uideatur: namq; & uermis speciem, diuinā illam excellentiam sibi affixisse, hi qui diuina sacratius callent, tradiderunt. Dionysius Areopagita lib. de cœlesti hierarchia cap. 2.

Ut plurimis nominibus præditum laudat, cum ipsum rursus inducunt dicentem: Ego sum qui sum, uita, lux, Deus, ueritas: & cum ipsi diuina sapientia illustres, autorem omnium ex creaturis omnibus multis nominibus prædicant, ut bonum, ut pulchrum, ut sapientem, ut diligibilem, ut Deum deorum, ut Dominum dominorum, ut sanctum sanctorum, ut æternum, ut existentem, ut seculorum autorem, ut indultorem uitæ, ut sapientiam, ut mentem, ut uerbum, ut scientiam, ut thesauros omnes totius scientiæ in se eminentissime habentem, ut uirtutem, ut potentem, ut regem regum, ut antiquum diuini, ut insensibilem & immutabilem, ut salutem, ut iusticiam, ut sanctificationem, ut redemptionem, ut magnitudinem excellentem omnibus, & ut in aura tenui. Sed & in spiritibus ipsum esse aiunt, & in animabus, & in corporibus, & in cœlo, & in terra, & simul in eodem eundem in mundo, circa mundum, supra mundum super cœlestem, supersubstantialitatem, solem, stellam, ignem, aquam, spiritum roris, nubem, ipsum lapidem, & petram, omnia que sunt, & nihil eorum que sunt. id. lib. de diuinis nominibus cap. 1.

Deus nominatur, *ὁ θεός*, id est, ab eo quod omnia in suam securitatem collocauit. Idem nomen & à *θεός*, id est, currendo sortitus est. Omnia enim mouet in operatione producit, nutrit, sua providentia disponit, gubernat, uegetat, & uiuificat. Dominus nuncupatur, quia omnia eius Domino sunt subiecta. Pater appellatur, quia ante hoc uniuersum exiit. Opifex & creator uocatur, quia cōdidit et creauit hanc uniuersam machinam. Altissimus perhibetur, quia supra omnes siue omnia est. Imperator dicitur, quia omnia completur, suoq; imperio temperat. Theophilus Antiochenus lib. 1.

Enimvero uidetur principalius omnium de Deo dictorum nominum esse. Qui est: quemadmodum ipse dans responsum Moysi in monte, inquit: Dic filiis Israel, qui est, misit me. Totum enim in seipso comprehendens, habet ipsum esse, ueluti quoddam pelagus substantiæ infinitum, & interminum. Quemadmodum autem S. ait Dionysius, primum Dei uomen est bonum, non enim primum est dicendum de Deo esse, sed ipsum bonum. Sequens uero nomen est Deus, qui *ὁ θεός* dicitur

uel à *θεός*, id est currere & disponere uniuersa: uel à *θεός*, id est urere. (Deus enim ignis est, omnem malitiam consumens) uel à *θεός*, id est inueniendo omnia. Nam nihil eum latere potest, imò omnium inspector est. Intuetur enim omnia priusquam deducantur ad exitum, intemporaliter intelligens unumquodq; secundum uoluntariam ipsius intemporalē intelligentiam: que quidem est prædissinitio & imago, cuius exemplum & expressio in prædissinito tempore fit. Præcedens autem nomen ipsius esse, quodq; sit Deus ostensum est: non autem quid sit: præsens autem, operatione insinuat. Sed hæc sine principio esse, incorruptibile, ingenitum, id est increatum, incorporeum, inuisibile, & eiusmodi, quid non est indicant: hoc est, quod non incipit esse, neq; corrumpitur, neq; creatur, neq; corpus est, neq; uidetur. At uero bonum, iustum, sanctum, & id genus talia, naturam consequuntur, non autem substantiam ostendunt. Hæc autē Dominus, rex, & huiusmodi, respectum ad ea que ex aduerso distinguuntur, monstrant. Nam eorum quibus dominatur, dicitur Dominus: & eorum quos regit, Rex & conditorum, Conditor: & eorum qui ab eo pascuntur, Pastor. Damascenus lib. 1. cap. 12. de Orthodoxa fide.

Hæc ex sacris edocemur eloquijs (ut diuinus Dionysius Areopagita dicit) quod Deus omnium est causa & principium, eorum que sunt substantia, uentium uita, eorum que ratione utuntur ratio: utentium intellectu, intellectus: decidentium ab eo, reuocatio & resurrectio: interuentium autem secundum naturam, reuocatio atque reformatio: eorum que mouentur secundum quendam impetum ualidum, magnum firmamentum, stantium stabilitas, eorum qui ad ipsum assurgunt uia, & reductiua manu ductio. Adiciam autem, quoniam & eorum qui ab eo facti sunt, pater est, principalius enim Deus noster pater est, qui ex nihilo nos ad esse perduxit, quam illi qui nos genuerunt, ex ipso & esse & generare posse suscipientes. Eorum qui eum sequuntur, & ab eo pascuntur, pastor: illuminatorum splendor, perfectorum perfectio, in Deum transeuntium deificatio, dissidentium pax, simplicitatis simplicitas, & unitorum unio, omnis principij supersubstantiale & superprincipale principium, & sui oculi (quantum fas est, & ut uniuscuiusque natura patitur cōditio) cognitionis benigna traditio. Id. ibid. cap. 15.

Diuina nomina alia quidem secundum negationem dicuntur, ad significandum supersubstantiale illud ueluti insubstantialis, sine tempore, sine principio, inuisibilis. Non quasi horum aliquo minor ipse sit, aut aliquo horum priuatur. Ipsi enim omnia sunt: ex ipso enim & per ipsum omnia facta sunt, & in ipso consistunt: sed quod præcellere omnia ea que sunt, dicatur. Nihil enim eorum que sunt ipse est, sed super omnia est. Que uero secundum affirmationem dicuntur, ea ueluti de rerum omnium causa prædicantur. Tāquam enim causa omnium entium & omnis substantiæ, & ens & substantia dicitur: & tanquam causa omnis rationis & sapientiæ, necnon rationalis & sapientis, dicitur & ratio & rationalis, sapientiæ & sapiens: similiter cum intellectus, tum intelligens, uita & uiuens, potentia & potens, atq; de alijs omnibus, similiter. Magis autē proprie

proprie ex prestantioribus. & sibi reb. propinquo-  
rib. nominabitur. Prestantiora aut sunt a materia ab-  
stracta materialibus, pura impuris, sancta execratis,  
que magis quoque nature eius sunt cognata, ut que  
plus etiam cum eo participat. Multo igitur rectius sol  
nominabitur & lux, quam tenebre, dies quam nox, uita  
quam mors, ignis & aer & aqua (tanquam uitalia) quam  
terra. Et pre istis omnibus. ac multo etiam plus bonitas  
quam malitia, eundem preterea dicere ens quam non  
ens. Bonum enim substantia, & substantie causa est. Ma-  
lum uero boni siue substantie priuatio est. Et hec quidem  
sunt negationes, istae & affirmationes. lucidissima ue-  
ro est et illa ex utrisque complexio, ueluti Super substantia  
lis substantia, super diuina diuinitas, super principium  
principium, etsi que sunt similia. Sunt preterea que  
de Deo dicuntur excellentis negationis uim habentia, ue-  
luti tenebre, non quasi Deus tenebra sit, sed quod non  
lux sit, sed super luce. Dicitur itaque Deus intellectus et  
ratio, & spiritus, & sapientia, et potentia tanquam horum  
omnium causa. Et tanquam incorporeus, & tanquam om-  
nium effector, & omnipotens. Et hec quidem communiter  
de omni Deitate dicuntur, que que negatiue, que que affir-  
matiue dicuntur. Et de unaqueque S. Trinitatis substantia  
similiter, eodemque modo ac indifferenter. Quando enim  
unam ex his substantiis intelligo, ea ut perfectum Deum  
cognosco, & perfectam substantiam. Quum uero coniu-  
xero, & connumerauero tria ista. unum quoque perfe-  
ctum Deum cognosco. Non enim composita res est Dei-  
tas, sed in tribus perfectis unum perfectum, & indiui-  
sibile, & incompositum. Quando uero habitudinem  
quam ad se inuicem habent hec substantie considero, scio  
quod Pater sit substantialis, sol, fons bonitatis, abyssus  
substantie, sermonis, sapientie, potentie, lucis, diuini-  
tatis: fons generatiuus & productiuus latentis in se bo-  
ni. Ipse igitur est intellectus, uerbi abyssus, uerbi geni-  
tor: & per uerbum S. sanctus productor. Et ut multa in  
paucis conferam: Non est Patri sermo, sapientia, poten-  
tia, uoluntas, nisi filius, qui est unica Patris potentia,  
efficax illa ad faciendum quicquid est. Sic ueluti perfe-  
cta substantia ex perfecta substantia prognata, quem-  
admodum nouit ipsemet qui filius & est & dicitur. Spi-  
ritus autem sanctus enarratiua occultae diuinitatis Pa-  
tris potentia, ex Patre quidem per filium procedens,  
quemadmodum ipsemet nouit, non generatiue. Unde &  
S. sanctus totius rerum creatiois effector dicitur. Que  
cumque igitur congruunt ut cause, Patri, fonti, genitori,  
ea soli Patri tribuenda sunt. Que uero ut causato, ge-  
nito filio, uerbo, uirtuti effectiue, uoluntati, sapientie  
ea filio. Que denique causato procedenti, enarranti, per-  
fectrici potentie, ea S. sancto conueniunt. Pater fons &  
causa est filij, & S. sancti. Pater autem solius filij, pro-  
ductor uero S. sancti. Filius, uerbum, sapientia & po-  
tentia, imago, splendor, character Patris, & ex Patre.  
Non autem filius Patris est S. sanctus, spiritus tamen Patris  
tanquam ex Patre procedens. Nullus enim sine spiritu  
motus. Sed & filij spiritus est, non uelut ex ipso, sed  
quasi per ipsum ex Patre procedens. Solus Pater cau-  
sa est. Id. ibid. cap. 16.

Adonai, in Latinum sonat Dominus. Eucherius  
lib. 2. cap. 1. Instructionum.

Et usque ad antiquum dierum peruenit, & oblatus  
est ei. Antiquum dierum appellauit Deum summum, cuius  
etas, & origo non potest comprehendere, quia solus  
a seculis fuit, & erit semper in secula. Lactantius lib. 4.  
cap. 12. diuinarum institutionum.

Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater autem glo-  
rie, ita intelligendus, ut quomodo Dominus noster Ie-  
sus Christus, ipse est sermo, sapientia, ueritas, pax, iusti-  
cia, fortitudo, ipse sit etiam gloria, secundum illud quod  
alibi dicitur: Apparebit gloria Dei: & in omni pene  
Veteri lege, scriptum est super tabernaculum testimo-  
nij uisam esse gloriam Dei. Et Psalmista canit: Exurge  
gloria mea, exurge. Que gloria illuminans suo fulgo-  
re mundum, templum sibi de uirginali utero fabricata  
est. Cuius templi Pater glorie efficitur Deus. Et ubi  
Christus gloria est, ibi tantum Pater dicitur: Vbi Iesus,  
ibi Deus eius, absque additamento aliquo nominatur. Iste  
igitur Deus assumpti hominis: Pater uero glorie, sapi-  
entiae, ueritatis, &c. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Deus uero durus est, secundum quod ait Matthaeus,  
& austerus secundum quod ait Lucas. Sed his, qui  
misericordia Dei abutuntur ad negligentiam suam, non  
ad conuersionem suam, sicut ait Apostolus: Vide bo-  
nitatem Dei & seueritatem. In eos quidem qui cecide-  
runt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris  
in bonitate. Qui enim bonum iudicat Deum, credens in  
dulgentiam accipere si fuerit conuersus ad eum, illi bo-  
nus est Deus. Qui autem existimat eum sic bonum, ut  
non curet de peccatis peccantium, illi non est bonus  
Deus, sed austerus. Zelans est enim super peccata ho-  
minum contemnentium se. Origenes in uigesimum-  
quintum Matth.

Eloim Deus nominatur, et hoc per totam prope-  
modum Scripturam inuenies, quando uel proprie sic  
apud Septuaginta etiam nunc Hebraica uoce nomina-  
tur. apud ipsos tamen Hebraeos alia nonnulla feruntur  
appellationes ad diuinam naturam significandas, ut illud  
Saddai, ut illud Iao, ut illud El, aliaque his similia. Euf.  
lib. 7. de demonstratione Euangel. demonstratione 8.

Deus glorie apparuit patri nostro Abraham. Qua-  
re in principio uocat Deum, glorie Deum? Quoniam  
ignobiles gloriosos fecit, & ut doceat, quod si illos glo-  
rificauit, multo magis ipsos. Chrysostomus homil. 15.  
in Acta apostolorum.

Deus huius seculi excaecauit mentes infidelium, &c.  
Est reuera Deus huius seculi, non Deus alius & diuer-  
sus ab eo qui est, neque Deus alius in substantia existens,  
absit. Deus enim omnium Dominus, qui mundum fecit,  
unus est Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, & nun-  
quam desinit. Verum de quo Apostolus dicit, quem in-  
creduli in Deum sibipsum elegerunt, eum non solum u-  
num Deum huius seculi esse dico, absit, sed etiam mul-  
tos, quibus increduli seipsum subiecerunt, & mente ex-  
caecati sunt. Velut etiam in alio loco dicit: Quorum Deus  
uenter, & gloria in turpitudine ipsorum. Et Dominus  
in Euangelio, Non potestis duobus dominis seruire, di-  
cit. Deinde post multa, ut ostenderet, qui sunt duo Do-  
mini, dicit, Non potestis Deo seruire & mammonae.  
Proinde Deus est Deus, & mammonas est Deus mun-  
di. Epiphanius lib. 2. tom. 2. contra haereses.

Ob hoc Deus noster ignis dicitur esse consumens, & nihilominus lux in quo tenebrae non sunt. Lux sine dubio iustis, & ignis efficitur peccatoribus, ut consumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis aut fragilitatis inuenerit. Origenes in posteriorem explanationem in Cantica canticorum homil. 2.

Illocalis est, quia de loco ad locum nequaquam transit, sed neq; in loco quolibet retinetur, ipso de semetipso per Esaiam prophetam testimonium perhibente atq; dicente, Coelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam, Nunquid non caelum & terram ego impleo dicit Dominus? Cuius immensitatem Propheta in Psalmo confitens ad ipsum Deum ait, Si ascendero in caelum tu illic es, & si descendero ad infernum ades. De cuius adhuc immensitate in libro B. Job scriptum est, Excelsior caelo est, & quid facies? Profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Qui enim caelum & terram implet: procul dubio nullus est locus ab eius praesentia absens. Super omnem quippe creaturam praesidet regendo: subius omnia est sustinendo atq; portans non pondere laboris, sed infatigabili uirtute: quoniam nulla creatura ab eo condita per se subsistere ualet, nisi ab illo sustentetur qui illam creauit. Extra omnia est, sed non exclusus: intra omnia est, sed non inclusus. Aug. lib. de Essent. diuin.

Immensus est, quia quantitas eius uel qualitas a nullo ex creaturis metiri potest. Cui Salomon in oratione sua supplicans ait, Si caelum & caeli caelorum te non capiunt, quanto magis domus ista quam edificauit? Id. ibid.

Immortalis est, quia mori nullo modo potest, Apostolo hoc attestante atq; dicente, Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem, quem nullus uidit hominum, nec uidere potest. Id. ibid.

Immutabilis est, quia mutari omnino ab eo quod est non potest, ipso dicente per Malachiam prophetam, Ego Dominus & non mutor. Ideo autem Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius, ira, furor, poenitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia, nullo modo accidunt. Simplex enim natura est & immutabilis atq; imperturbata, neq; aliud est ipse & aliud quod habet & quod est. Id. ibid. (do potest. Id. ibid.)

Incircumscriptus est, quia circumscribi nullo modo incorporeus est, quia nullis membrorum liniamentis compositus, siue compactus existit: sicut ueritas in Euangelio ait: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Id. ibid.

Inuisibilis est, quia in essentia sui uideri omnino non potest, Apostolo attestante, qui ait, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. Ait in Euangelio, Deum nemo uidit unquam. Id. ibid.

Quia Deus uideri non potest, inuisibilis appellatur ac in spectabilis, ut qui etiam animi phantasiam transcendat. Inaccessus uero aliter Deus atq; infinitus, qui neq; finem habet neq; principium. Idem, quod sit omni corruptione atq; interitu longe potior, incorruptibilis uocatur & immortalis. Theodoretus libro secundo de curatione Graecarum affectionum.

Primum quidem gratias ago Deo meo &c. Deo meo, non est otiose accipiendum. Non enim uox ista

potest esse nisi sanctorum, quorum Deus dicitur, sicut Deus abraham, uel Isaac, uel Iacob. Non potest Dominum Deum suum dicere is cui Deus uenter est, aut cui auaritia Deus est, aut cui gloria seculi, & pompa mundi, aut potentia rerum caducarum Deus est. Quicquid enim unusquisq; supra caetera colit, hoc illi Deus est. Origenes lib. 1. ad Romanos.

Ut sit Deus omnia in omnibus. Quid est quod inquit, ut Deus omnia in omnibus sit: ut in ipso omnia deincta sint, ne quis duo principia sine principio, aut regnum quoddam aliud diuisum esse suspicetur, ne quid omnino ab ipso non pendens extet. Vbi hostes enim ad filij pedes prostrati sunt, & is qui prostratos pedibus tenet, cum Patre nil discrepat, sed prorsus congruit, erit ille sine dubio in omnibus. omnia. Sunt qui mali sublationem etiam significasse cum haec dixit putant nempe credentibus omnibus, nec ullo posthac repugnante, aut in peccato persistente. Nam ubi peccatum non amplius est, patet in omnibus omnia iam Deum esse. Chrysostr. homil. 39. ip. 1. ad Corinth.

Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus uestris uelociter. Deus pacis, hoc est Deus cui pax placet, conteret eum qui contrarius est paci & dissentiones operatur. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Deus pax Christus est, qui ait: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ambrosius in 15. ad Romanos, & in 5. 1. ad Thessalonicenses.

Et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Deus pacis est Christus, qui dixit: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. ipse est & Deus dilectionis, quia iterum ait: Nouum mandatum do uobis, ut diligatis inuicem. Et in hoc, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem qua dilexi uos, habueritis inuicem. Id. in 13. 2. ad Corinth.

Ut Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater claritatis, &c. Eundem eiusdem Deum et Patrem appellauit. Deum quidem, ut hominis. Patrem uero ut Dei. Gloria enim diuinam naturam nominauit. Ita etiam in epistola ad Hebraeos: Qui est splendor gloriae, hoc est, diuinae naturae. Ita etiam diuinus Ezechiel. Haec est, inquit, similitudo gloriae Domini. Quoniam enim omnino fieri non potest, ut diuina natura dignoscatur, eam gloriam nominauit, ab adoratione & glorificatione appellationem imponentes. Theodoretus in 1. ad Ephes.

Quando Deus efficitur alicuius pater, nisi quando aliquis seruauerit mandata: quibus (cum antea non esset aliquis filius Patris coelestis) efficitur ipsius filius: quando etiam Pater ducens hunc ad regenerationem, Pater ipsius efficitur, & habetur ipsius Pater. Origenes tom. 2. in Ioannem.

Ut Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater claritatis, &c. Claritatis patrem uocat Deum, & Christi Deum, cum uerus Pater Christi sit Deus, & Deus creaturae. Sed & ipse Dominus eadem dicit: Vado ad Patrem meum & Patrem uestrum, Deum meum & Deum uestrum. Totius ergo claritatis Pater est, quia ab ipso est omnis claritas, & potestas, & dignitas. Est & Pater Christi, sed aliter, quia hic uerus filius est, & Deus omnium, sed non ita Christi Deus est. Sic enim Deus Christi

Christi est, quia Deus de Deo Christus: ceterorum autem Deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia propheta: Si Deus ego sum, ubi est timor meus? Ambrosius in 1. ad Ephes.

Deus pater omnipotens est, eo quod potentatum omnium tenet, id est, celi & terrae, solis & lunae & stellarum, omniumque quae in ipsis sunt. Origenes lib. 2. cap. 2. Peri archon.

Deus autem patientiae & consolationis det uobis id ipsum sapere in alterutrum &c. Dum dicitur Deus patientiae, hoc est quod uidetur ostendi, quia Deus cum his est qui habent uirtutem patientiae in se: sicut cum dicitur Deus iustus, ostenditur in his esse Deus qui seruant iusticiam. Similiter & Deus ueritatis & Deus patientiae intelligitur. Sed & Deus consolationis cum dicitur, cum illis esse ostenditur Deus qui ex diuinis Scripturis per intelligentiam spiritalem consolationem Spiritus capiunt. Orig. lib. 10. ad Rom.

Sabaoth, exercituum siue uirtutum: aut, ut aliqui uolunt, omnipotens. Eucherius lib. 2. cap. 1. Instruct.

Soli sapienti Deo per Iesum Christum, &c. Quod ait, soli sapienti Deo, sapientem Deum non ita accipias, quasi quem sapientia fecerit sapientem, ut inter homines habetur. Sapientem enim inter homines dicitur unusquisque ex participatione sapientiae: Deus uero non quasi qui ex sapientia sapiens factus sit, sed quasi qui ipse autor & genitor sit sapientiae, sapiens appellatur. Non enim (ut diximus) ex sapientia sapiens Deus sed ex sapiente Deo sapientia procedit. Merito ergo soli sapienti Deo. Solus est enim ita sapiens Deus, ut sapientiam ipse magis genuerit, quam sapientia sapiens factus sit. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Dupliciter appellatur Deus & spiritus, & ignis. Iustus spiritus, ignis peccatoribus. Id. homil. uigesimo sexto in Lucam.

Est enim Deus uerax. Deus uerax est, quia misit Christum, sicut promisit. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Et quomodo conuersi estis ad Deum a simulacris ad seruendum Deo uiuo & uero. Nos aperte docuit diuinus Apostolus, quomodo sit intelligendum illud. Ut cognoscant te solum uerum Deum. Non enim cum filio comparans, sed cum ijs qui dii non sunt, eum qui est, uiuum & uerum appellauit. Et cum quidem nominauit uiuentem, utpote quod illi non uiuant. Verum autem, utpote quod illi dii falso uocentur. Theodoretus in 1. ad Thessalonicenses.

Tu es Christus filius Dei uiui. Deum uiuum appellat, ad distinctionem eorum deorum qui putantur dii, sed mortui sunt: Saturnum, Iouem, Cererem, Liberum, Herculem, & caetera idolorum portenta significans. Hieronymus in 16. Matthaei.

Zeloten illum hi qui diuina probe callent, appellat, ut uehementem ad ea quae sunt clementer amanda, & ut ad zelum excitantem amatorij ipsius desiderij, & ut ipsum quoque amoris desiderium appetibile monstrantem (per quem & quae desiderantur sunt expetenda) & ut qui eorum (quae prouidentia reguntur) zelotes sit eaq; pariter illi in amore sint, prorsusque pulchri & boni est, ut sit amabile, atque amor, & in pulchro ac bono sedem antea fixit, & pulchri & boni

gratia est & sit. Dionysius Areopagita lib. de Diuinis nominibus cap. 4.

Ego dixi, uos dii estis, & filij altissimi. Et stetit Deus in Ecclesia deorum, ut si homines per fidem filios Dei factos, deos Scriptura pronunciare non timuit, scias illam multo magis uero & unico filio Dei, Dei nomen iure contulisse. Tertullianus aduersus Praxeam.

#### ¶ Dei membra.

Efficaciae ibi diuinae per membra monstrantur: non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cum oculi describuntur, quod omnia uideat, exprimitur. Et quando auris, quod omnes audiat, proponitur. Et cum digitus, significantia quaedam uoluntatis aperitur. Et cum nares, precum quasi odorum praecipio ostenditur. Et cum manus, quod creaturae sit omnis autor probatur. Et quando brachium, quod nulla natura contra robur ipsius repugnare possit, edicitur. Et quando pedes, quod impleat omnia, nec sit quicquam ubi non sit Deus explicatur. Id. lib. de Trinitate.

Et non abominabitur uos anima mea. Velim requirere quid est anima Dei. Nunquid nam putamus quae Deus habeat animam sicut homo? Absurdum est hoc sentire de Deo. Ego autem audeo, & dico, quia anima Dei Christus est. Sicut enim uerbum Dei est Christus, & sapientia Dei, & uirtus Dei, ita & anima Dei est. Et hoc modo dicitur, quia non uos abominabitur anima mea, id est filius meus: sed ambulabo inter uos. Origenes homil. 16. in Leuiticum.

Potest fortasse anima Dei intelligi unigenitus filius eius. Sicut anima per omne corpus inserta mouet omnia, & agit quae operatur uniuersa: ita & unigenitus filius Dei, qui & uerbum & sapientia eius pertingit & peruenit ad omnem uirtutem Dei, & insertus est ei. Id. lib. 2. cap. 8. Peri archon.

Figuraliter in Deo caput cum legimus, ipsam essentiam diuinitatis eius quae omnia praecedit, & cui omnia subiecta sunt intelligere debemus. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Capillos capitis eius, sanctos angelos, seu uniuersos electos, typice accipi oportet. Unde in libro Danielis propheta scriptum est: Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Vestimenta eius quasi nix candida, & capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimentum eius candidum, quod & per capillos capitis eius, sanctos uidelicet angelos & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius lanae munda comparantur, ut per hoc antiquus dierum esse credatur. Idem ibidem.

Oculos habere dicitur Deus, eo quod omnia uidet, & nihil eum latet, in cuius conspectu, ut ait Apostolus. Heb. 4. nulla creatura inuisibilis est. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter uero oculi Domini, respectus gratiae eius intelligitur, ut est illud in Psalmo: Oculi Domini super iustos. Item aliter oculi Domini, praecipua eius per quae nobis lumen scientiae subministratur, mystice accipiuntur, ut est illud in Psalmo: Praeceptum Domini lucidum illuminans oculos. Idem ibidem.

Oculi Domini, intelliguntur inspectio diuina. In

*Psal.* Oculi Domini super iustos. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiae cap. 1.

Oculos Dei, & palpebras, & visum, uirtutē ipsius uniuersorum consuetudinem, & quod nihil eius cognitionem effugiat, intelligimus, eō quod in nobis per hunc sensum, perfectior cognitio, certiorq; ignascitur. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Palpebrae Domini, occulta atq; incomprehensibilia iudicia eius, siue spiritualis in diuinis libris locutio innuitur, de quibus in Psalmo scriptum est: Palpebrae eius interrogant filios hominum, id est, probant. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Aures habere dicitur Deus, propter quod omnia audit, & nihil illi sub silentio latet. Hinc in lib. Sapientiae est scriptum: Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Id. ibid.

Aures Domini, cum exaudire dignatur. In Psal. Et aures eius in preces eorum. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiae cap. 1.

Aures & auditum, uirtutem eius propiciatricem, & nostrae deprecationis susceptricem. & nos enim ipsi qui supplicationes porrigunt, per hunc sensum mites sumus, familiarius eis aures inclinantes. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Nares Dei, inspiratio eius in corda fidelium, ut est illud in lib. Reg. Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctio poenitentis per inspirationem illius. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Facies Dei est cognitio diuinitatis eius ad homines, de qua cognitione scriptum est: Ostende nobis Domine faciem tuam, & salui erimus, hoc est, da nobis cognitionem tuam: quae cognitio per filium hominibus innotuit, ipso dicente in Euangelio: Nemo nouit Patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies Dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij Dei. De qua ipse ad Moysen per angelum respondens ait, Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uideri non poteris. Ac si diceret, Incarnationem meam uidebis in nouissimis diebus, diuinitatem autem meam uideri non poteris. Id. ibid.

Faciem, per opera eius sui manifestationem atq; apparitionem, eō quod nostra ipsorum manifestatio per faciem fit. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orth. fide.

Os Dei, filius Dei patris, id est, Christus Dominus: de quo Hieremias propheta ex persona Iudeorum effatus ait: Quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter uero os Domini, sermo eius siue iussio accipitur. De quo sermone Domini Esaias propheta ait, Os Domini loquutum est. Aug. lib. de Essentia diuinitatis.

Os Domini, sermo ad homines. In prouerb. Os Domini locutum est. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiae cap. 1.

Os & loquelam, uim demonstratricem uoluntatis eius, eō quod apud nos, per os & locutionem, in aperto faciamus cogitationes cordis. Damascenus lib. 1. capite decimoquarto de Orthodoxa fide.

Verbum Dei, est filius Dei patris per quod omnia facta sunt. De quo in Psalmo: Verbo Domini caeli firmati sunt. Et alibi: Misit uerbum suum & sanauit eos. In principio, inquit, erat uerbum, & uerbum erat a-

pu'd Deum, & Deus erat uerbum. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Verbum Domini, filius. In Psalmo: Eructauit cor meum uerbum bonum. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiae cap. 1.

Lingua Dei mystice significat S. sanctum, per quem Deus Pater secretum suum hominibus manifestauit. Unde in Psalmo: Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Labia Domini, utriusq; testamenti consonantia intelliguntur. De quibus duobus testamentis in Prouerbis scriptum est: Diuinitio in labijs eius, in iudicio non errabit os eius. Id. ibid.

Brachia Dei patris, filius eius & S. sanctus intelliguntur. Sic in Esaias: Et brachia mea populos iudicabunt. Id. ibid.

Brachium Dei patris singulariter, filius eius accipitur. De quo Hier. proph. ad ipsum ait: Et nunc Domine Domine meus qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti & brachio extento. Idcirco autem filius Dei patris, brachium eius dicitur, quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Id. ibid.

Brachium Domini, filius, per quem omnia operatus est. In Propheta: & brachium Domini cui reuelatum est. Euch. lib. formul. spiritualis intelligentiae cap. 1.

Dextera Dei patris, id est, unigenitus filius eius accipitur. De quo in Psalmo ex persona hominis assumpti: Dextera, inquit, Domini fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me. Aliter autem dextera Domini gloriam Patris significat, id est, aeternam beatitudinem. De qua in Psalmo ex persona Patris ad filium: Sede a dextris meis. Dicitur autem & dextera Dei omnis electa creatura in caelo & in terra, sicut & per sinistram eius intelligitur reproba creatura, id est, demones & omnes impij qui ad leuam positi aeterna supplicia sustinebunt. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Dextera Domini, idem quod supra. In Psalmo: Dextera Domini fecit uirtutem. Eucherius lib. formularum intelligentiae spiritualis.

Dexteram, auxilium eius in prosperis, eō quod & nos magis in optabilioribus & preciosioribus, & plurima indigentibus uirtute, dextera utimur. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Dexteram Patris, intelligimus gloriam & honorificentiam deitatis, in qua Dei filius ante secula existens ut Deus, & Patri consubstantialis, in nouissimis temporibus incarnatus est, & corporaliter sedet, conglorificata carne eius. Adoratur enim una adoratione cum sua carne ab omni creatura. Id. ibid. lib. 4. cap. 2.

Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Vultum Dei patris, filium appellat, id est, patris chara eterem: lumen uero illius, gratiam spiritus, quae ad omnes penetrat creaturas, per quam ad Deum fide conformamur, tanquam sigillo quodam ad filium conformati, qui Patris imago est. Cyrill. lib. 3. cap. 29. in loa.

Si uox humana aer ictus, id est, lingua percussus dicitur, potest & uox Dei dici aer ictus, uel ui uel uoluntate diuina. Origenes homil. 3. in Genesim.

Quae Dei uox dicitur, est quidem ut Dei uox uisa, quemadmodum Dei uocem uisam esse populo tradit, ut ex

ut ex his constat: Omnis populus Dei uocem uidebat: uidere illud ex Scripturae consuetudine capiendo. id. lib. 6. contra Celsum.

Manus. Et nemo potest eas rapere de manu Patris mei. Cui manum audis, nihil sensibile suspiceris, sed uirtutem atque potestatem. Chrysostomus homil. 60. in 10a.

Quid est hoc, Nemo rapit de manu mea, et nemo rapit de manu Patris mei? Vtrum una manus est Patris et filij, an forte ipse filius manus est Patris sui? Si manus intelligamus potestatem, una est Patris et filij potestas, quia una est diuinitas. Si autem manum intelligamus, sicut dictum est per Prophetam: Et brachium Domini cui reuelatum est, manus patris ipse est filius. Quod non ita dictum est, tanquam Deus habeat humanam formam, et quasi corporis membra: sed quod per ipsum facta sunt omnia. Nam solent et homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod uolunt. Aliquando et ipsum opus hominis, manus hominis dicitur, quod fit per manum: sicut dicitur quisque agnosce re manum suam, cum id quod scripsit, agnoscit. Cui ergo multis modis etiam hominis dicatur manus, qui proprie manum habet in sui corporis membris: quanto magis non uno modo intelligendum est, cum legitur manus Dei, cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum Patris et filij intelligimus, potestatem Patris et filij: ne forte cum hic manum Patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius filij querere filium, quem similiter credat Christi manum. Ergo nemo rapit de manu Patris mei: hoc est, nemo rapit mihi. Augustinus ibid. tract. 48.

Vt facerent quaecumque manus tua et consilium tuum praefinijit fieri. Quid est manus tua? Hic mihi uidetur manum dicere, potestatem ac consilium. Sufficit, inquit, tibi uelle solum. Nullus enim potentia praefinit. Igitur quaecumque manus tua, hoc est, quaecumque precepisti. Chrysostomus homil. 11. in Acta apostolorum.

Profecti sunt filij Israel de Ram esse, in manu excelsa, etc. Quae est manus excelsa? Et alibi enim dicit, Exaltet manus tua. Vbi non est humanum opus, nec terrenum, sed diuinum, ibi manus excelsa nominatur. Per manus namque opus intelligi, sepe iam dictum est. Origenes homil. 27. in Numeros.

Toto die expandi manus meas ad populum non credentem, etc. Illud quod manus suas extendisse dicit, uocasse, attraxisse, adhortatumque esse significat. Chrysostomus sermon. 18. ad Romanos.

Homo Dei simulacrum est. Lactantius lib. 6. cap. 10. institutionum diuinarum.

Simulacrum Dei non illud est, quod digitus hominis ex lapide, aut aere, aliaue materia fabricatur, sed ipse homo: quoniam et sentit, et mouetur, et multas magnasque actiones habet. Id. ibid. lib. 2. cap. 2.

Hoc sentite in uobis, quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, etc. Serui forma, sicut et Dei forma, Dei natura intelligitur. Theod. dialogo Immutabilis. Forma Dei quid est, nisi exemplum quo Deus apparet, dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat, et alia? Ambr. in 2. ad Philipp.

Manus Dei patris, filius accipitur, pro eo quod per ipsum facta sunt omnia. Sicut est illud in Esaya Pro

pheta: Omnia haec manus mea facit, et facta sunt omnia. Aliter uero manus Dei potestas eius intelligitur. De qua potestate in lib. Hieremiae scriptum est: Sicut lutum in manu figuli, ita uos in manu mea domus Israel. Iterum manus Domini, flagellum ipsius accipitur. De cuius percussione in Sophonia Propheta scriptum est: Et extendam manum super Iudam et Hierusalem, et disperdam de loco hoc reliquias Baal etc. De qua percussione Domini B. Iob ait de semetipso: Manus Domini tetigit me. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Manus, efficacem uirtutem operationis eius. Nam nos utilia et maxime preciosa adminiculo manuum dirigitur. Damascenus lib. 2. cap. 14. de orthodoxa fide.

Manus Dei intelligimus, non aliquas partes corporales, sed creatricem eius potestatem. Theodoretus libro de Diuinis decretis.

Digitus Dei singulariter, sanctus accipitur a quo sancto lex in duabus tabulis lapideis in monte Sina scripta narratur. Ipse enim scripsit, qui scribenda dictauit, id est, sanctus. De quo sancto Dominus in Euangelio: Si ego, inquit, in digito Dei eicio demonia. Quod alius Euangelista declarans ait: Si ego in spiritu Dei eicio demonia. Sicut enim digitus cum manu et brachio, manus uero et brachium unum sunt cum corpore in natura, ita Pater et filius et sanctus tres quidem sunt personae, una autem substantia diuinitatis. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Apud Pharaonem uenifici illi adhibiti aduersus Moysen, uirtutem creatoris digitum Dei appellauerunt. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem.

Digitus Dei intelligitur Dei potentia, per quam efficitur creatio caeli et terrae. Clemens Alexandrinus libro 6. Stromatum.

Si autem ego in spiritu Dei eicio demones. In Luca istum locum ita scriptum legimus: Si autem ego in digito Dei eicio demones. Iste est digitus quem confitentur et magi, qui contra Moysen et Aaron signa faciebant, dicentes: digitus Dei est iste, quo tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Si igitur manus et brachium Dei, filius est, et digitus eius sanctus: Patris et filij, et sancti una substantia est: non te scanda lisset membrorum inaequalitas, cum adificet unitas corporis. Hieronymus in. 12. Matthaei.

Digitus pluraliter sanctus intelliguntur Prophetae, per quos sanctus librorum legis ab prophetarum sua inspiratione descripsit. De quibus in Psalmo scriptum est: Uidebo caelos tuos, opera digitorum tuorum. Per caelos enim librorum legis et Prophetarum: per digitos uero sanctus dictum est, prophetas mystice insinuauit. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Imago. Imago Dei patris inuisibilis, unigenitus est filius eius, de quo Apostolus ait: Qui est imago Dei inuisibilis. Aliiter namque est imago Dei patris in filio suo, quae non alimide, sed ex semetipso, hoc est, ex substantia sua per omnia sibi similem genuit et aequalem: aliter uero est in anima hominis, quae non ex se, id est, de substantia sua, sicut plerique haeretici opinati sunt, genuit, sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago cuiuslibet regis in filio eius quem ex semetipso genuit sibi similem, id est, homo hominem: aliter uero in a nulo eius,



nulo eius, siue in cera imago eius impressa, quæ non est hoc quod ipse, sicut filius qui naturaliter est hoc quod & pater. Id. ibid

Dei imago omnis creaturæ primogenitus est, per se uerbum & per se ueritas, per seq; iusticia, imago existens propriæ bonitatis: ad imaginem Dei & homo creatus est, & omnis homo cuius caput Christus est, Dei & gloria est. Origenes lib. sexto contra Celsum.

Vbi imago Dei? in mente, in intellectu. Augustinus tract. 3. in Ioannem.

Non conuenit omnino decernere aut affirmare, in qua parte id, quod secundum imaginem est, impletur, sed confiteri id, quod secundum imaginem est esse in homine, ut ne gratiam Dei reprobemus, & Deo diffidamus. Quæcunq; enim dicit Deus, ea uera sunt: etiamsi fugerint nostram intelligentiam in paucis sanè dictis. Epiphanius libro tertio tom. primi contra hereses.

Crede oportet quod sit quidem in homine, quod secundum imaginem est, uerum in toto maxime, & non simpliciter. Vbi uerò est, aut ubi impletum est id, quod est secundum imaginem, ipsi soli cognitum est Deo, qui per gratiam largitus est homini id quod est secundum imaginem. Neq; enim perdidit homo, quod est secundum imaginem, nisi fortassis uile fecit, quod est secundum imaginem, dum inquinauit seipsum diuersis negocijs & immedicabilibus peccatis. Id. ibid.

Oportebat imaginem & similitudinem Dei, liberi Arbitrij & suæ potestatis institui, in qua hoc ipsum imago & similitudo Dei deputaretur, arbitrij scilicet libertas & potestas in quam rem ea substantia homini accommodata est, quæ huius status esset, afflatus Dei, utiq; liberi & suæ potestatis. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem.

Primitiua uerq; Dei imago, uerbum suum est, sapientia, uita, lux, ueritas, & per seipsum existens: cuius imaginis mens humana imago est, propter quam ad imaginem Dei facti esse dicuntur. Eusebius lib. 7. cap. 4. de præparatione Evangelica.

Qui est imago Dei inuisibilis. Est imago quæ significat unam & eadem substantiã. Theod. in 1. ad Colos.

Dei imago est uerbum diuinum & regium, homo impatibilis, imago autem imaginis, mens humana. Si alio autem nomine uelis assumere assimilationem, inueneris apud Mosem diuinam quæ nominatur consequentiam. Dicit enim: Post Dominum Deum uestrum ambulâte, & eius præcepta custodite: Sunt autem, ut opinor, Dei affectatores & cultores, omnes qui sunt uirtute præditi. Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum.

Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Oportet nos uidere quæ est imago Dei, & perquirere ad cuius imaginis similitudinẽ homo factus est. Non enim dixit, quia fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: sed imaginem Dei fecit illi. Quæ est ergo alia imago Dei ad cuius imaginis similitudinẽ factus est homo, nisi Saluator noster, qui est primogenitus omnis creaturæ: de quo scriptũ est, quia sit splendor æterni luminis, et figura expressa substantiæ Dei. Quia & ipse de se dicit: Ego in Patre, & Pater in me:

Et qui me uidit, uidet & Patrem. Sicut enim qui uiderit imaginem alicuius, uidet eum cuius imago est: ita et per uerbum Dei, quæ est imago Dei, Deũ quis uidet. Et ita uerum erit quod dixit, Qui me uidet, uidet & Patrem. Origenes homil. 1. in Genesim.

Scriptura dicit hominem ad imaginem Dei factum: in quo & manifestè diuinæ imaginis cognoscuntur indicia, non per effigiem corporis quæ corrumpitur, sed per animi prudentiam, per iusticiam, per moderatorem, per uirtutem, per sapientiã, per disciplinam, per omnem deniq; uirtutum chorum, quæ cum Deo insint per substantiam, in homine possunt esse per industriã, & per imitationẽ Dei, sicut & Dominus designat in Euangelio dicens: Estote ergo misericordes sicut & Pater uester misericors est, & estote perfecti sicut & Pater uester perfectus est. Id. li. 4. cap. ultimo Peri archõ.

Cor. Cor Dei patris, arcanum sapientiæ eius mysticè innuit, ex quo uerbum, id est, filium suum impassibiliter sine initio genuit, ipso dicente per Prophetam: Eructauit cor meum uerbum bonum. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Alæ. Alas habere dicitur Deus, pro eo quod more auis electos suos tanquam pullos sub se colligit, fouet, & ab insidijs diaboli et malorum hominum protegit. De cuius protectione Propheta in Psalmo ad ipsum ait: Sub umbra alarum tuarum protege me. Id. ibid.

Pennis. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis, Pennæ Dei angeli eius sunt, quorum custodiae mancipamur. Arnobius in Ps. 90.

Scapulae. Scapulas habere dicitur Deus, quia infirma membra ecclesiæ patientur, quasi in scapulis suis portat, & portando protegit. De quo in Psalmo uiro iusto dicitur: Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Venter. Venter Dei patris, secreta origo substantiæ uel scientiæ eius accipitur, ex qua origine ineffabiliter ante omnem creaturam filium suum genuit: ipso testimonium perhibente per Prophetam, id est, Pater ad filium: Ex utero ante luciferum genui te. Aliter uenter Dei incomprehensibilis & occultus iudicia eius, quæ rimari nequeunt, mysticè insinuat. De quibus occultis iudicijs eius in Iob scriptum est: De cuius utero egressa est glacies, & gelu de caelo quis genuit? Id. ib.

Vterus Domini, secretum, ex quo filium protulit. In Ps. Ex utero ante luciferum genui te. Eucherius lib. formularum spiritalis intelligentiæ cap. 1.

Posteriora. Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, quæ extremo tẽpore ad redẽptionem humani generis facta est. De qua posteriori parte filij Dei in môte Sinai ad Moysen per angelum ait: Posteriora mea uidebis, faciem autẽ meam uidere non poteris. Ac si diceret, incarnationem meã uidebis, diuinitatẽ meã uidere non poteris. August. lib. de essentia diuinitatis.

Pedes. Pedes Dei, stabilimentum uirtutis ac potentie eius sunt, eò quod ubiq; præsens sit, & uniuersa illi sint subiecta, ipso dicente per Esaiã proph. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Aliter uerò pedes filij Dei, incarnatio eius intelligitur, quæ diuinitati subiecta est, tanquam capiti pedes. Siue pro eo quod circa finẽ mudi ipsa incarnatio facta est. Sic

Sicut enim per caput, ut dictum est, diuinitas: ita per pedes figuratiter humanitas eius exprimitur. De qua humanitate in Exodo scriptum est: Viderunt eum filij Israel, hoc est, Moyses & Aarō & Nadab et Abiu & septuaginta de senioribus popul. Et paulo post: Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est. Sicut autem per lapidem sapphirum cœlestes creaturas, id est, angelos sanctos: ita per cœlum serenum sanctam electorum Ecclesiam ex hominibus assumptam figuratiter demonstrare uoluit. Super quas duas creaturas homo assumptus à filio Dei in perpetuum regnat. De quo in Psalmo: Omnia, inquit, sub pedibus eius, oues & boues uniuersas. Aliter per pedes Domini Iesu Christi, signati sunt sancti predicatorum, de quibus in Deuteronomio scriptum est: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Id. ibid.

**Pedes Domini, stabilitas eternitatis.** In Psalmo: Et caligo sub pedibus eius. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiæ cap. 1.

**Pedes & incessum, auxilium, indigentiam, aut inimicorum ultionem, aut aliam quandam operationem, aduentumq; & presentiam:** quia in nobis beneficio pedum perficitur accessus. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

**Pes Dei, sancta caro eius, plerisq; in locis nomina ta est.** Id. ibid. cap. 16.

**Vestigia.** Vestigia Domini, operum secretorum signa. In psalmo: Et uestigia tua non cognoscentur. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiæ cap. 1.

**Gressus.** Gressus Domini, aduentus filij Dei in mundum est, & regressio eius ad Patrem. De quibus gressibus Psalmista canit: Visti sunt gressus tui Deus, in gressus Dei mei regis qui est in sancto. De cœlo enim uenit in uterum uirginis, de utero uirginis nascendo, positus est in præsepio. Postquam autem omnia impleuit pro quibus à Patre missus uenerat, appensus est ligno crucis: de cruce autem depositus, secundum carnem sepultus est, secundum animam uero ad inferna descendit: tertia uero die per potentiam diuinitatis suæ carnem suam de sepulchro suscitauit: & post dies resurrectionis suæ, quadragesimo scilicet die, uidentibus Apostolis ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram Patris, id est, in gloria eius. Hi sunt enim gressus filij Dei, iste descensus & ascensus & regressus eius, qui frequenter in sacris Scripturis legitur. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

**Tactus.** Tactum, certio rem eius minutissimorum & occultorum cognitionem, & disquisitionem: quia apud nos non possint ij qui palpatu contrectantur, in seipsis quippiam occultare. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

**Cibus & potus.** Cibus & potus, nostrum ad uoluntatem eius concursus, nam & nos per gustationem sensum, necessarium naturæ implemus appetitum. Id. ibid.

**Odoratus.** Odoratum, uim acceptatricem nostræ erga eum intelligentiæ, & beneuolentiæ, quia per hunc sensum in nobis aggnatur boni odoris suscipio. Id. ibid.

**Adflatus.** Quid aliud adflatus Dei, quam uapor Spiritus? Tertullianus lib. de Trinitate.

**Virtus & bonitas.** Circa Deum uirtus simul, & sapientia, & bonitas ostenditur. Virtus quidem & bonitas in eo, quod ea quæ nondum erant, uoluntariè constituerit & fecerit. Sapientia uero in eo, quod apta & consonantia quæ sunt fecerit. Irenæus lib. 4. cap. 75. aduersus hæreses.

**Vestimentum.** Vestimentum filij Dei aliquando caro eius, quæ à diuinitate assumpta est, in diuinis libris figuratiter accipitur. De quo indumento carnis eius Esaias Propheta uaticinans ait: Quis est iste qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra? Rursum uestimenta eiusdem Domini, sancta accipitur ecclesia, quæ per fidem & dilectionem ei coniuncta est. De qua in Psalmo scriptum est: Dominus regnauit, decorem indutus est. Et in alio Psalmo ad ipsum Dominum: Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut uestimento. Augusti. lib. de essentia diuinitatis.

Esaias uestimentum Dei nihil aliud prædicat, nisi carnem Dei, dicens: Quis iste est, qui uenit ex Edom rubicunda ueste ex Bosra? Maxentius lib. 2. dialogi.

**Pallium.** Pallium Dei, antedicta Ecclesia rectè intelligitur, de qua in lib. Genesis scriptum est: Lauabit in uino stolam suam, hoc est, in sanguine passionis carnem suam: & in sanguine uinæ pallium suum, id est, Ecclesiam. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

**Calceamenta.** Calceamenta Dei mysticè significant incarnationem suam, quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. De qua incarnatione sua ipse per Prophetam in Psalmo ait: In Idumæam extendam calceamentum meum, id est, plebi Gentilium manifestabo incarnationem meam. Id. ibid.

**Domus.** Neq; hoc legistis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. Domum Dei dicit domum fixorum tentorium, factorum à Mose. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra hæreses.

**Cum dixerit, in domo Patris mei mansiones multe sunt, quid putabimus esse domum Dei nisi templum Dei?** Quid autem sit, interrogetur Apostolus: & respondet, Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Hoc est etiam regnum Dei, quod filius traditurus est Patri. Unde dicit idem Apostolus, Initium Christus, deinde qui sunt Christi in presentia eius. Deinde finis cum tradiderit regnum Deo et Patri, id est, quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplando etiam Patri suo. Hoc est regnum cœlorum, de quo dicitur: Simile est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Bonum autem semen, hi sunt filij regni: qui etsi nunc habent permixta zizania, mittet in fine rex ipse angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Tunc iusti fulgebunt sicut sol, in regno Patris sui. Regnum fulgebit in regno, cum regnum uenerit in regnum: quod nunc oramus, & dicimus: Veniat regnum tuum. Augustinus tract. 68. in Ioan.

**Templum.** Ita ut in templo Dei sedeat, etc. Dei templum, uocat Ecclesiam. Theodoretus lib. de diuinis decretis.

Dei templum appellauit Ecclesiam in quibus primam sedem arripit, seipsum Deum conans ostendere. Hæc diuinus etiã prædixit Daniel. Dixit enim: Super Deos

patrum suorum non intelliget, & Deum Madoxim in loco suo glorificabit. Pro eo quod est, Deum fortem seipsum nominabit. Id. in 2. cap. 2. ad Theff.

Dei templum est, non lapides, aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat. Lactantius lib. 5. cap. 8. institutionum diuinarum.

Locus. Locus Dei dicitur, ubi eius manifesta sit operatio, ipse enim per omnia pure & impermixtibiliter meat: & omnibus suae operationis consortium tradit, secundum uniuscuiusque aptitudinem, capacitatisque uirtutem. Damascenus lib. 1. cap. 16. de Orthodoxa fide.

Locus Dei dicitur, qui plus participat operationis eius & gratiae. Quapropter coelum, eius thronus est. in ipso enim angeli sunt, facientes eius uoluntatem, et semper glorificantes ipsum. Haec enim requies ipsorum. Et terra, scabellum pedum eius, nam in ea per carnem cum hominibus conuersatus est. Dicitur & Ecclesia locus Dei. Hanc enim ad glorificationem eius ueluti quoddam templum diffiniuimus, in quo ad ipsum intercessionem fundimus. Similiter autem loci in quibus manifesta nobis est operatio eius, siue per carnem, siue sine corpore facta fuerit, loci Dei dicuntur. Id. ibid.

Sapientia. Dei sapientia est Deum cognoscere, & intelligere misericordiam eius & iudicium & iustitiam, quam fecit super terram, in quo qui gloriatur, in Domino gloriatur. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Quoniam in sapientia Dei non cognouit mundus Deum, etc. Dei sapientiam dixit apostolus doctrinam quae est ex Domino, ut ueram Philosophiam ostendat tradi per Dominum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Sensus. Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? Sensus Dei est, quo haec spiritualiter ius fit fieri, per quem mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est. Ambrosius in 2. 1. ad Corinth.

Lumen. In lumine tuo uidebimus lumen. Ps. 35. Quid aliud lumen Dei dicendum est, in quo quis uidet lumen, nisi uirtus Dei, per quam quis illuminatus, uel ueritatem rerum omnium peruidet, uel ipsum Deum cognoscit, qui ueritas appellatur? Origenes lib. 1. cap. 1. Peri archon.

Gloria. Dei gloria est incorruptio. Haec est quae uere est iusticia, nolle rei alterius plus quam par sit habere, sed totum esse templum Domini sanctificationem. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Honor. Cum audierimus, honora Dominum, & eris fortis, praeter ipsum autem ne time alium: timere peccare, sequi autem, quae a Deo data sunt praecipia, Dei honorem accipimus.

Diuitiae gloriae. Et ut ostenderet diuitias gloriae suae in uastis misericordiae, &c. Diuitiae gloriae sunt, dignitas multiplex, praeparata credentibus. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Opera. Opera Dei plasmatio est hominis. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in ipso. Irenaeus lib. 4. pag. 315.

Sustentatio. In sustentatione Dei ad ostensionem iusticiae eius in hoc tempore, &c. Sustentatio Dei

est, ubi peccator non statim punitur ut peccat: sed secundum quod ibidem apostolus dixit, per patientiam Dei adducitur ad poenitentiam: & in hoc ostendere dicitur iusticiam suam Deus. Origenes lib. 3. ad Rom.

Iusticia. Nunc sine lege iusticia Dei manifesta est. Iusticia Dei est Christus. Id. ibid.

Ideo iusticia Dei dicta est, quae uidetur esse misericordia, quia de promissione originem habet, & cum promissum Dei redditur, iusticia Dei dicitur. Iusticia enim Dei est, quia redditum est, quod promissum est, & cum suscipit confingentes ad se, iusticia dicitur, quia non suscipere confingentem iniquitas est. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Charitas. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Illud mihi considerandum uidetur, utrum ne hic charitatem illam dicat, qua nos diligimus Deum, an illam qua diligimur a Deo, diffusam esse per sanctum in cordibus nostris. Et si quidem illa charitas qua Deum diligimus intelligatur, sermo iste assertionem non indiget. Si uero quia dixit diffusam esse Dei charitatem in cordibus nostris, ista potius intelligenda sit qua diligimur a Deo, certum est quod uelut summum & maximum donum sancti spiritus charitatem ponat, quod uelut munere prius suscepto a Deo per hoc ipsum diligere possimus Deum, quod diligimur a Deo. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Donum. Si scires donum Dei. Donum Dei est sanctus. Augustinus tract. 15. in Ioannem.

Dona. Dedi dona hominibus. Quae dona? sanctum. Id. serm. 39. de uerbis Domini.

Testamentum. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo, &c. Vetus Scriptura uocat Dei testamentum, promissionem quae Abrahae facta est. Theodoretus in 3. ad Galatas.

Iuramentum. Iuramentum, immutabilitatem consilii eius: eo quod apud nos contractus qui inuicem fiunt, per iuramentum rati sunt, firmitatemque habent. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Ira. Reuelatur enim ira Dei de caelo &c. Dei ira uidetur interdum uirtus ipsa, quae praestitit poenarum ministris, & quae supplicia infert peccatoribus dici: sicut significari existimo in eo quod refertur, quia ira Dei commouerat Dauid, ut iuberet Ioab numerare populum. Sed & ministri eius significantur ac socii, in eo quod dicitur: immisit in eos iram furoris sui, tribulationem & iram per angelos malos. Interdum etiam ipsius conscientiae cum delinquimus ultores uindictae stimuli irae appellantur, sicut idem apostolus dicit: Recondis tibi iram ipse in die irae. Et alibi: inter se inuicem cogitationibus acusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Sed & tribulationis, uel tentationis afflictio ira Dei nominatur, sicut Iob dicit: Ira autem Domini est in corpore meo. Origenes lib. 1. ad Romanos.

Iram Dei nos dicimus, non tamen irasci illum asseruamus, & usurpatum id esse, ut qui per multa commiserint, castigentur, dum grauius & trucius arguantur. Quod autem Dei ira dum nuncupatur, uel ubi dicitur furor, castiget, idque diuina doctrina per libeat, ex eo liquet quod in sexto Psalmo sic dicitur: Domi-

ne, ne in furore tuo arguas me, neq. in ira tua corripias. Et item in Hieremia: Corripe me Domine, sed in iudicio, & non in furore. Id. lib. 4. contra Celsum.

Ira & furor. Iras & furorem, odium & animaduersionem aduersus malignitatem & inimicitiam. nam & nos aduersantia uoluntati nostræ odio habentes succensemus, irascimurq. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Arma. Arma Domini, adiutorium eius in sanctos. In Psalmo: Apprehende arma & scutum. Eucherius lib. formularum spiritualis intelligentiæ cap. 1.

Scutum. Scutum, protectio Domini. In Psal. Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Id. ibid.

Framea. Framea, ultio diuina. In Psal. Effunde frameam, & conclude. Id. ibid.

Arcus. Arcus, intentio comminationis diuinæ. In Psal. Arcum suum tetendit, & parauit illum. Id. ibidem.

Arcus Dei apud illos Iris esse putatur. Iosephus lib. 1. cap. 8. antiquitatum Iudaicarum.

Sagittæ. Sagittæ, præcepta diuina, Apostoli, uel Prophetæ. In Psal. Misit sagittas suas, & dissipauit eos. Eucherius formularum spiritualis intelligentiæ capite 1.

Gladius. Gladius, uindicta, uel sermo Domini. In Apostolo: Uiuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Id. ibid.

Tuba. Tuba Domini, uox manifesta Domini. In Apostolo. In iussu & in uoce archangeli & tuba Dei. Id. ibid.

Currus. Currus Dei, sedes Dei, uel quadriformitas Euangeliorum. In Psalmo: Currus Dei decem milibus multiplex. Id. ibid.

Virga. Virga Domini, regni significatio, uel correctio discipline. In Psalmo: Virga æquitatis, uirga regni tui. Id. ibid.

Baculus. Baculus Domini, sustentatio consolatio nis Domini. In Psalmo: Virga tua & baculus tuus in psalme consolata sunt. Id. ibid.

Notum. Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Notum est Dei hoc quod ex huius mundi consequentijs uel rationibus assequi possunt, sicut & ipse Apostolus ex consequentibus indicat, dicens inuisibilia eius per ea que facta sunt contemplari: ignotum autem Dei intelligendum est ratio substantie eius, uel nature: cuiusq. sit proprietates, puto quod non solum nos homines, sed & omnem lateat creaturam: aut si aliquando tantus erit nature rationalis profectus, ut in hæc quoq. possit peruenire notitiam, Dei est nosse. Origenes lib. 1. ad Rom.

Ignoratio. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Valde sapienter Dei ignoracionem, resurrectionis incredulitate appellauit. Theodoretus in 1. 5. 1. ad Cor.

Obluio, somnus, & dormitatio. Obluionem, somnum, & dormitacionem, dilationem ultionis ad inimicos, & consueti ad familiares auxilij retardacione. Damascenus lib. 1. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Stultum. Infirmum. Quid est stultum Dei, sapientius hominibus, nisi crux & mors Christi? Quid infir-

rum Dei, fortius homine, nisi natiuitas & caro Dei? Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Stultum Dei, inquit, non quia uere stultum est, sed quia ab hominibus dum rationi mundanæ non conuenit, stultum putatur cum sit ratio spiritualis, ac per hoc sapientius dinoscitur esse hominibus, quia spiritalia plus sapiunt quam carnalia. Ambrosius in 1. cap. 1. ad Corinth.

Stultum & infirmum de cruce loquitur, non quod stulta & infirma sit, sed quod ita uideatur. Chrysostomus hom. 4. in 1. ad Corinth.

Cultor. Nos illum Dei dicimus esse cultorem, qui uoluntatem Dei facit, & legis præcepta custodit. Clemens Romanus lib. 5. Recognitionum.

Verus Dei cultor est is, qui non solum ipse à passionibus liber est, uerum & alios ab eis liberos reddidit, etiamsi sint ita graues, ut montibus coæquantur: per fidem qua credit Deo, transfert eas: sed & montes uere cum arboribus suis, si necesse sit, per fidem transfert. Id. ibid.

Abcondere. Abcondere faciem suam Deus legitur, cum quibusdam reprobis eorum exigentibus culpis cognicionem suam abscondit: sicut in populo Iudeorum nunc impletum uidemus, qui negantes filium Dei, scientiam ueri Dei perdiderunt, ut similes forent gentibus que Deum non nouerunt. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Ambigere. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Semper ambigere dicitur Deus, ut libera uoluntas homini referretur. Hieronymus in 2. 1. Matth.

Ambulare. Ambulare dicitur Deus non de loco ad locum transeundo, quod impium est ita credere: sed deambulatio eius est in cordibus sanctorum delectari, sicut scriptum est: Et inhabitabo in eis & inambulabo, & ero illorum Deus. Vel certe ambulare Dei est in sanctis prædicatoribus suis de loco ad locum transire. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Aperire os aliquorum. Ego aperiam os tuum, & instruam te, que oporteat te loqui. Eorum qui uerba Dei loquuntur, os Deus aperit. Origenes hom. 3. in Ex.

Aperit Deus & os, & aures, & oculos, ut uel loquamur, uel cernamus, uel audiamus, que Dei sunt. Id. ibid.

Apostolos triumphare in Christo. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu. Hoc est Deum Apostolos triumphare in Christo, uictores illos facere in fide Christi, ut calcata perfidia trophæum habeat fides, dum ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli non proficiunt in persequendo credentes. Ambrosius in 2. cap. 2. ad Corinth.

Ascendere. Ascendere Deus dicitur, cum filius Dei carnem de nobis assumptam in cælum uelut captiuam duxit: sicut est illud in Psalmo: Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem: quia naturam humani generis que à diabolo captiua in mundo retinebatur, assumens, secum in cælum, ubi nunquam antea fuerat, tanquam captiuam deportauit. Augustinus de essentia diuinitatis.

**Clarificare.** Clarificare & portare Deum in corpore uestro. Hoc est clarificare & portare Deum in corpore, ut secundum legem eius ambulemus. Per legem enim suam ipse uidetur in nobis. Portare tamen Deum hoc est, imaginem Dei in rebus bene gestis ostendere. Ambrosius in 6. cap. 1. ad Corinth.

**Cognoscere.** Cognoscere Dei, est cognoscere facere, sicut ait ipse ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas Deum. Neque enim ille ex tempore nouit, qui scit omnia antequam fiant. Sed cognoscere dicitur Deus, cognoscere facere, ut qui prius de se quales essent incogniti erant, per eius interrogationem, id est, probationem sibi metipsis manifesti fierent. Tale est & illud in lege Moysi de populo Israelitico: Ut tenes, inquit, eos utrum custodiant mandata mea, an non. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

**Dare Dei.** Dedit eis Deus spiritum compunctionis. Illud quod dicit, dedit eis, non operationem quamdam Dei, sed concessionem, hoc loco significare putabis. Chrysostomus serm. 19. ad Rom.

Neque Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Dedit ideo duxit, ut neque, ingenitum filium, neque duos Patres suspicareris. Quicquid enim Pater est, idem est & filius genitus, & manens in esse filius. Et ut intelligas hanc particulam, Dedit, idem quod, genuit, significare: audi quid alio in loco dicit: Sicut Pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Id. hom. 38. in Ioan.

**Dare uitam, iudicium.** Sicut Pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Quemadmodum illud uerbum, Dedit uitam, quod eum uitam fecit, signat: sic, & dedit iudicium, quod eum iudicem fecit, intelligendum est. Idem ibid.

**Descendere.** Deum si Prophetarum uoces descendente sententur, dicentemque: Nonne cælum ac terram ego impleo: tropologicè tamen illud accipimus. e sua namque descendit hic magnitudine atque fastigio, cum hominum facta, & improborum presertim dispensat ac moderatur. Et quemadmodum usu uenit ut pueris minutioribus condescendere preceptores dicamus, & adolescentibus item Philosophos, & alios quosdam prouectiores nuperrimè ad Philosophiam inductis, cum alioquin non corporaliter hi non condescendant: sic etiam scubi Sacris in literis dicitur, descendit Deus, siue ascendit, correspondere id noscitur uulgate consuetudinis, quæ id nomen usurpet. Origenes lib. 4. contra Celsum.

**Descendere in mundum** Deus legitur, quando aliquid nouum quod antea non fuerat in creatura humana operatur: sicut filius Dei Patris descendisse narratur, quando ueram carnem ex Maria uirgine propter redemptionem nostram suscepit, & uerus homo fieri dignatus est, non amittendo quod erat, sed assumendo quod non erat. De cuius descensione, hoc est, incarnatione, de ipso scriptum est in Psalmo: Inclinauit cælos & descendit, et caligo sub pedibus eius. Cælos inclinauit, quia ante aduentum suum præuocatos angelos siue Prophetas misit, qui eius aduentum hominibus nunciarent. Caligo sub pedibus eius fuit, quia impij homines à sua malicia cæcati, eius incarnationem

agnoscere non potuerunt: sed neque nunc possunt. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

**Sine uniuersorum Deus** pro eius uirtute cum Iesu descendat ad homines, siue qui apud Deum erat in principio uerbum, & Deus ipse cum esset ad nos tandem deuenit, profecto nec extra eius solium is deuagatur, nec propriam deserit sedem, perinde ac si locus aliquis detur sui presentia uacuus, uel impleatur qui prius non eum habuerit. Aduentat autem Dei uirtus, & Christi diuinitas, per quem illi placitum fuerit. & in quo locum inuenerit, locum nil immutando, neque hunc quidem destituyendo, illum uero implendo. Siquidem cum Deum destitueret quempiam dicimus, alium uero opplere, nequaquam de loco agi tunc demonstramus, sed prauam cuiuspiam animam in uitia prorsus effusam, destitutum à Deo iri fatentur. Eum uero qui ex uirtute uelit & uitam ducere, siue qui in ea profecerit plurimum, uel officiose iam uiuat, arguimus plane spiritu diuino repletum, uel huius esse participem. Origenes lib. 4. contra Celsum.

**Diligere.** Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Quis diligit Deum? qui omne bonum credit apud Deum, & omne bonum credit esse Deum, & extra Deum non credit esse bonum: qui omnem uirtutem & sapientiam credit esse Deum, & extra Deum non credit esse aliquam sapientiam, neque uirtutem. Diligere Deum proprium est religiosi cordis, & recti. Autor operis imperfecti hom. 42. in Matth.

**Diligere ex toto corde.** Quid est, diligere Deum ex toto corde? Id est, ut cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei dilectionem amplius quam ad Dei: nec delecteris in aliqua specie mundi amplius quam in Deo. non in honoribus, non in auro, uel in argento, non in possessionibus aut uineis, non animalibus aut mancipijs, non in ornamentis aut uestibus, non in filijs aut parentibus, aut amicis, sed hæc omnia existimes tibi esse in Deo, ut præ his omnibus Deum ames. Si autem in aliquo horum amor cordis tui fuerit occupatus, iam ex toto corde non amas Deum: pro quantam enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem amandam inclinatum, pro tanta parte minus est ad Deum. Id. ibid.

**Diligere in tota anima.** Quid est, in tota anima diligere Deum? Id est, certissimum animum habere in ueritate, & firmum esse in fide. Id. ibid.

**Qui credit.** Deum omnia facere, & sine Deo nihil fieri posse: ille tota anima diligit Deum. Id. ibid.

**Diligere in tota mente.** Quid est, in tota mente diligere Deum? Id est, ut omnes sensus tui qui pertinent ad te, Deo uacent, cuius intellectus Deo ministrat, & cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea quæ sunt Dei tractat, cuius memoria quæ sunt bona recordatur: tota mente diligit Deum, sicut ait Apostolus: Psallam spiritui, psallam & mente. Id. ibid.

**Manere in domo Dei.** Quid est aliud manere in domo Dei, quam esse in populo Dei, cum idem populus est in Deo, & Deus in eo? Augustinus tract. 69. in Ioannem.

**Dormire.** Dormire Dei est, cum unigenitus filius Patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est.

est. Cuius mors rectè dulcis somnus prædicatus est, ipso dicente per Hieremiam prophetam: Ideo quasi de somno suscitatus sum & uidi, & somnus meus dulcis est mihi. Aliter dormire dicitur Deus, cum fides eius inter prospera huius mundi in quorundam fidelium corde non uigilat, sed dormit. Hanc dormitionem Saluator noster in se significauit, cum in nauis inter fluctus maris dormiuit. Vel certè dormire Dei est, electis suis in tribulationibus huius mundi positis tardius subuenire, sicut illud in Psalmo: Exurge, quare obdormis Domine. Idem libro de Essentia diuinitatis.

Ex Deo. Sed tanquam ex sinceritate, tanquam ex Deo, etc. Hoc est ex Deo, de nullo gloriari, quasi proprium habeamus, sed omnia illi transcribere. Chrysostomus homil. 5. in 2. ad Corinth.

Aliquid in Deo facere. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestetur eius opera, quia in Deo sunt facta. Hoc in Deo facimus, quod Deo in nobis faciente datur nobis ut faciamus. Quod euidenter in epistola ad Hebræos ostenditur, ubi, cum de Deo dictum esset: Aptet uos in omni bono, ut faciatis uoluntatem eius. Continuo sequitur: Faciat is in uobis quod placeat coram se. Omne igitur opus, quod à nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. Fulgentius libro 1. ad Monimum.

Glorificare. Gloriam tribuens Deo, &c. Non euuiose agere, Deum glorificare est, quemadmodum uirissim, curiosum esse, delinquere est. Chrysostomus, sermone 8. ad Rom.

In Deo. Scriptura solet in Deo, pro eo quod est, per Deum, plerumque dicere. Clamat enim Psalmista, dicens: In Deo faciemus uirtutem. & rursus ad ipsam Deum uerso sermone: In te, inquit, inimicos nostros cornu uentilabimus. Non enim in substantia Patris uirtutem se facturum pollicetur, nec in ipsa inimicos suos inuenturum atque cornu uentilaturum dicit: sed in Deo, pro eo quod est, per Deum. & in te, id est, per te posuit. Et Paulus ad Corinthios: Gratias ago Deo meo pro uobis in data uobis in Christo Iesu gratia. Et rursus: Ex eo autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis à Patre, iusticia, sanctificatio & redemptio. Num enim gratiam in ipsa substantia Christi datam fuisse asserit? sed furor est hoc modo ista intelligere. Cyrillus libro 9. capite 40. in Ioannem.

Ad Dei imaginem. Restat ad Dei imaginem esse qui in interiore & innouato iuxta nos homine dicitur, & natura propensiore ut ad conditoris imaginem fiat. Tunc uerò ad Dei imaginem quispiam fieri intelligitur, cum perfectior, ut Pater ille celestis, euaserit, audituq; illud perceperit: Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus uester: & illud dixerit: Imitatores mei efficiamini: & eius in animam uirtute iam præditum Dei impressiones admiserit: quandoquidem & Dei sit templum, qui & quæ Dei sunt, in Dei susceptam imaginem, corpus scilicet quod istiusmodi sit animam nactum, & eius in animam Deum susceperit, quæ ad Dei sit imaginem facta. Origenes lib. 6. contra Celsum.

Deum tradere aliquos. Propterea quòd tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, &c. In hoc quod Deus tradidisse dicitur proprijs desiderijs peccatores, ostendit non quod ipse sit causa, sed quòd per longanimitatem & patientiam non inducendo uindictam, patitur eos secundum cordis sui agere uoluntatem: hoc facit uolens eos ad poenitentiam conuerti. Item tradere in Scripturis dicitur Deus cum non retinet delinquentes propter arbitrij libertatè, sicut in Psalmo dicit: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Hieronymus in 1. ad Rom.

Hoc modo intelligendum est Deum tradere quos tradit, non quia ipse tradat aliquem, sed ex eo quod derelinquit, indignos eos scilicet iudicans, qui se non ita excolunt et à uitijs purgant, ut libenter in eis habet Deus. Ipso refugiente, atq; auerente se ab anima, quæ in immundicia ac uitijs posita est, tradita dicitur ex eo, quod Deo uacua inuenitur, & inuaditur à spiritu nequam. Origenes homilia secunda in librum Iudicum.

Deus tradere dicitur eos, quorum actus & animus à se declinantem, et indulgentem uitijs, ab horrescit et deserit. Id. lib. 1. ad Rom.

Indurare. Excæcare. Repellere. Indurare Deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiã excæcare dicitur eum, quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum, quem uocare noluerit. Quos enim prædestinauit, illos & uocauit: & quos uocauit, illos iustificauit. Augustinus lib. de Prædest. et Gratia, cap. 4.

Quod indurasse Deus cor Pharaonis præmittit, non ad operationem Dei, sed ad præscientiam pertinet. Id. ibid. cap. 6.

Quid est, indurabo cor, nisi non molliam? Id. ibid. Indurare dicitur Deas quorundam malorum corda, sicut de Pharaone rege Aegypti scriptum est: non quod omnipotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impium ita credere: sed exigentibus eorum culpis, cum duritiam cordis, quam ipsi sibi mala perpetrando nutriunt, non aufert: quasi ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari sinit. Id. lib. de Essentia diuinitatis.

Iurare. Iurare dicitur Deus, ut tu audiens pauca & intremiscas, & metu consternatus inquiras, quid illud tantum est, pro quo Deus iurare dicatur. Origenes homil. 9. in Genesim.

Hoc ipsum quod uel aspirat in corde uniuscuiusque sanctorum, uel sonum uocis peruenire ad aures eius facit, loquutus homini Deus dicitur. Sic & cum nota sibi esse indicat quæ unusquisq; uel loquitur, uel agit, audisse se dicit: & cum aliquid iniustum geri à nobis indicat, irasci se dicit: cum beneficijs suis ingratos nos arguit, poenitere se dicit: indicas quidem hæc, his affectibus qui hominibus in usu sunt. Idem ibid. homil. 3.

Cum uoluntatem suam indicat, loquutus esse dicitur Deus. Id. ibid.

Loqui Dei, est inuisibiliter sine sono uocis uel quolibet strepitu occultè in mentibus sanctorum uoluntatem suam atq; rectum intellectum inspirare, seu futura sicut 8. prophetis reuelare. Quæ locutio oris

Dei, ut quidam uolunt, tribus modis accipitur. Primo namque modo per subiectam creaturam, sicut ad Moysen, cum in rubo et igne apparuit, uel sicut ad Abraham, ad Iacob, siue ut iam dictum est Moysen et ceteros sanctos, quibus uoluit, in angelis apparere dignatus est. Secundo modo in somnis, sicut ad Iacob, et ad Zachariam prophetam, et ad Ioseph sponsum Marię, et ad alios sanctos quibus uoluit secreta reuelare. Tertio autem modo, neque per creaturam uisibilem, neque per somnium, sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter corda sanctorum tangendo loquentes efficit, quemadmodum in libris Prophetarum legitur, cum ipsi Prophetę diuino subito afflato spiritu exclamabant dicentes: Hęc dicit Dominus. Augustinus libro de essentia diuinitatis.

Iraisci. Iraisci dicitur Deus, non animi motu uel qualibet perturbatione, quę illi omnino accidere non potest: sed creaturę delinquenti, id est, hominibus impijs et peccatoribus iustam inferre dicitur ultionem: hoc est enim illis reddere quod merentur: et hęc ultio diuina et ira uel furor eius dicitur. Idem ibidem.

Nescire. Nescire Dei, est quosdam reprobos reprobare, sicut in Euangelio: Nescio uos unde sitis, recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Idem ibidem.

Oblinisci. Oblinisci dicitur Deus, cum quibusdam impijs et peccatoribus non miseretur, quod uique non facit per crudelitatem, quę in Deo non est, sed per occultum iustumque iudicium suum. Id. ibid.

Ostendere. Ostendere dicitur Deus faciem suam, cum respectu gratię suę quibus uult, electis scilicet suis, seipsum in corda eorum occulta inspiratione insinuat, et ad diligendum se amorem suum infundit. Id. ibidem.

Poenitere. Poenitere Deus dicitur, non quod more hominum pro transactis operibus suis poeniteat. Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro preteritis factis suis poenitere non potest. Sed poenitentia Dei, est statuta mutare, et quod prius aliter inchoatum fuerat in aliud mutare, id est aut de bono exigentibus culpis in malum: sicut de Saule legitur, poenituisse Dominum, quod constituit eum Regem: et sicut nunc uidemus in populo Iudeorum factum, qui cum esset populus Dei, ob impietatem suam facti sunt synagoga Satane. De malo uero in bonum, sicut accidit in populo gentium, qui ante non populus Dei, nunc autem per gratiam Christi populus Dei effectus est. Hoc quippe modo occulto Dei iudicio Iudas proditor de Apostolatus gradu lapsus in inferni barathrum demersus est: Latro uero post crimē rapacitatis de cruce ad paradysum translatus est. Hanc uero immutationem de bono ad malum, ut dictum est, siue de malo ad bonum, quę occulto iustoque iudicio Dei, seu per seueritatem iusticie, seu per misericordiam eius fiat, poenitentiam Dei dicimus. Quod expressius in libro Hieremie scriptum est. Id. ibid.

Non poenitere. Non poenitere Dei est, statuta nullo modo mutare. Ut est illud in Psalmo: iurauit Dominus et non poenitebit eum, id est, Pater ad filium:

tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos Patris dicitur est filius Dei, non secundum diuinitatem, sed propter humanitatem, in qua se pro nobis per passionem et mortem suam acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset sacerdos qui et sacrificium. Idem ibidem.

Reddere. Si sic uirtutibus seruimus, ut non grauetur carnis natura a necessarijs suis, tunc reddimus Deo quę Dei sunt: ut nec uirtus minoretur, dum supra modum carni seruimus, nec carnis natura grauetur, dum abundantius uirtutibus adhaeremus. Origenes in 22 Matthæi.

Requiescere. Quies. Ideo dictum est Deum re quiescere, quia iam creaturam nullam condebat postquam perfecta sunt omnia. Quietem uero propterea appellauit Scriptura, ut nos admoneret post bona opera quieturos: sic enim scriptum habemus in Genesi: Et fecit Deus omnia bona ualde, et requieuit Deus die septimo. Augustinus tract. 20. in Iohannem.

Et requieuit die septimo ab uniuerso opere suo quod patrarat. Non quasi lassus ex nimio labore, die septimo ab uniuerso opere suo quod patrarat Deus, instar humane fragilitatis, completa mundi fabrica requieuit: sed requieuisse ab uniuerso opere suo dicitur, quia nouam creaturam ultra instituere cessauit. Solet namque Scriptura sepe requietis nomine, cessationem operis siue sermonis indicare, sicut in Apocalypsi de sanctis animalibus: Et requiem, inquit, non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: pro eo ut diceret, non cessabant hęc semper decantare. Nam maxima et unica sanctis est requies, in caelo laudem summe Trinitatis, quę Deus est, indefessa uoce dicere. Iulius in 1. Genesim.

Sedere ad dexteram. Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram, et alter ad sinistram in regno tuo. Queret qui sapiens est auditor Scripturę: quid sit sedere ad dexteram Iesu, et ad sinistram in regno eius. Et conueniebat quidem congregare quę sunt scripta de sessionibus Dei, uel Christi, ut ex tractatu eorum, et ex collatione eorum ad inuicem clarescere posset aliqua dogmatis magnitudo. Sed prolixitatis declinande gratia proponimus unum quod dicit Micheas. Vidi Deum Israel sedentem in sede sua, et omnis militia caeli stabat in circuitu eius ad dexteram eius et sinistram. Omnis ergo qui est spiritalis, et cum iudicio uult cuncta discutere, dicet quoniam est spiritalis sessio Dei super spiritali sede: similiter etiam Christi. Nihil enim in omnibus sessionibus huiusmodi Dei, uel Christi, de corporali sessione significat sermo. Ridiculum enim est propter has corporales sessiones appellatas existimare sedes aliquas corporaliter esse edificatas de materia nescio qua, in quibus sedeat Deus uel Christus eius, uel qui ad dexteram eius sessuri sunt, uel ad sinistram quibus hoc a Patre paratum est: et nescio si sit corpore quod dicitur, militiam caeli stare ad Dei dexteram uel sinistram: et iterum existimare quoniam qui saluantur quidem et laudabiles sunt, a dextris corporalibus sunt regis nostri I E S U, mali autem

perditi similiter in sinistris corporalibus. Origenes in 20. Matthei.

Sedere dicitur Deus, non corporaliter humano more, sed potentialiter super omnem creaturam rationalem presidere, ut est illud in Psalmo: Regnavit Dominus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Sedere etiam Dominus dicitur super Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiae siue multitudo, per quod significantur S. angeli siue mentes spiritualium uirorum in quibus Deus inuisibiliter presidet et regnat. In illis enim sedet, qui scientia eius et dilectione pleni sunt. In proverbijs quippe Salomonis scriptum est: Anima iusti sedes est sapientiae. Sapientia uero Dei patris Christus est, qui super animas iustorum sedere dicitur. Augustinus libro de Essentia diuinitatis.

Seruire. Nunc uero liberati a peccato, serui autem facti Deo. Seruire iusticiae, seruire Deo est Christus est enim iusticia: et seruire Christo, seruire Deo est. Origenes lib. 6. ad Rom.

Ad similitudinem fieri. Ad Dei sui similitudinem, qui est in filium adoptatus, et in numerum amicorum coaptatus, ex eo quod est coheres Dominorum et Deorum, si quemadmodum ipse docuit Dominus, per Euangelium fuerit consuminatus. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Stare. Stare Deus dicitur, cum nos infirmos, id est, creaturam suam ad poenitentiam conversione uite patienter sestet, ut est illud in Abacac propheta: sicut et mensus est terram, et dissoluit gentes, id est, stetit ad subueniendum, et dissoluit credentes in se a peccatorum uinculis. Augustinus libro de essentia diuinitatis.

Transire. Transire dicitur Deus, cum a cordibus quorundam hominum, in quibus ante per fidem inhabitare credebatur: postea surrepente perfidia uel quolibet delicto ab his recedit, et ad alios transit. Quemadmodum de iudeis ad gentes, et de haereticis ad catholicos, seu de quibuslibet irreligiosis et negligentibus, a quibus pro uitio suo recedere dicitur Deus, et ad alios transire, quod non locahiter aut uisibiliter, sed inuisibiliter occulto iustoque iudicio facere consuevit. Ad. ibid.

In tuba descendere. Et in tuba Dei descendet de caelo. Hoc est in tuba Dei descendere, nomine Dei bellum gerere. Est enim, ut ipse dixit ad Iesum filium Naue, dux et princeps exercitus Domini: propter quod archangelus dicitur. Ambrosius in 4. caput. 1. ad Thessalonicenses.

Venire ante Deum. Venire dicitur ante Deum homines, dum cum maiori deuotione atque studio animas suas effuderint in oratione ante Deum, sicut Anna mater Samuelis, cum in dolore animi effunderet orationem suam in conspectu Domini: sicut ille de quo dictum est: Oratio pauperis cum anxietate, in conspectu Domini effunderet orationem. Sic itaque assistunt ante Deum omnes qui solliciti cum oratione adorauerint. Origenes lib. 1. in Iob.

Videre. Videre Dei, est acta bona approbare: sicut illud est in Genesi: Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant ualde bona, id est, intelligentibus bona

esse demonstrauit. Aliter uidere Dei, est mala hominum sciendo reprobare, sicut est illud in Esaia propheta: Et uidit Dominus, et apparuit malum in oculis eius. Item aliter uidere Dei, est nos uidentes, id est, scientes facere, ut est illud in Psalmo: proba me Domine et scito cor meum: interroga me et cognosce me, et semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est, etc. Modus iste locutionis et in libro Iob similiter reperitur, ubi de sapientia Patris postquam plurima et insignia loquutus est de Deo patre, adiecit: Tunc uidit illam et narrauit et inuestigauit et preparauit, id est, uidentes sicut atque predicantes et inuestigantes, atque alij nunciantes. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

Videre corde. Beati mundo corde, quonia ipsi Deum uidebunt. Quid aliud est corde Deum uidere, nisi mente eum intelligere atque cognoscere. Origenes lib. 1. cap. 1. peri archon.

Vigilare. Vigilare Dei, est in defensionem electorum suorum, et in ultionem inimicorum suorum se manifestum Deum demonstrare. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis.

Viuere Deo. Quod autem uiuit, uiuit Deo. Viuere ita Deo intelligendum est, quasi expleto eo quod in forma Dei positus exinanit semetipsum, et formam serui accepit, et factus est obediens usque ad mortem, rursus permaneat in forma Dei atque aequalis Patri. Origenes lib. 6. ad Rom.

Vt Deo uiuam. Viuit Deo, cuius fit seruus emptus a Christo. Ambrosius in 2. ad Galatas.

Zelare. Zelare dicitur Deus, cum creaturam suam, quam non uult perire saepe castigat, corripit a que flagellat, et flagellando ad se reducit. Vel certe zelare Deus dicitur, cum nullum peccatum impunitum uult relinquere. Iustus enim est, et ideo omnis iniusticia execrabilis est illi, quam ut dictum est, impunitam nullo modo relinquere patitur. Augustinus lib. de essentia diuinitatis.

#### ¶ Filius Dei.

Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, etc. Filium eum dico, qui eum ex substantia Patris sit, genitori est consubstantialis, et uerus profecto Deus. Cyrillus lib. 2. cap. 51. in Ioannem.

Omnis homo, ut Paulus inquit, qui nil ultra sub timore est constitutus, uel pedagogo, sed uoluntate quod bonum est sequitur, Dei filius est. Iesus uero multo longiori a. Imo dum interuallo quemuis hominum antecedit, qui Dei filij sunt per uirtutem: ab hoc enim illi uelut ex fonte et principio quodam deriuantur. Quod autem Paulus ait, istiusmodi est. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba Pater. Origenes lib. 1. contra Celsum.

#### ¶ Filij Dei nomina.

Multis atque uarijs filium Dei nominibus Scripturae nuncupare solent. Virtus enim Dei et sapientia est, ut Paulus ostendit. Christus inquit, Dei uirtus est et sapientia. Veritas etiam, et lux, et iusticia est, ut in Psalmis scribitur: Emitte lucem tuam et ueritatem tuam. Et rursus: In tua iusticia uiuifica me. Pater enim in Christo fideles uiuificat. Concilium



tilium etiam dicitur, iuxta illud: Concilium autem Domini in seculum manet. Cyrillus libro 1. cap. 3. in Ioannem.

Verbum, & sapientia, & splendor, & character, & uirtus Patris, filius appellatur. Verbum quidem ac sapientia, quoniam ex intellectu immediate, atq; indiuisibiliter est, & propter istarum rerum (ut ita dixerim) reciprocam immisionem: mens enim & intellectus in uerbo, si sapientia est, & uerbum rursus, & sapientia in intellectu conspiciuntur. Nec quicquam interest, aut intermediat, quod alteri ab altero separet. Virtus autem, quoniam indiuisibiliter inest ei, qui naturaliter eam habet, nec quasi accidens absque subiecti corruptione potest ab eo separari. Character uero, quia semper naturaliter coniungitur, nec potest ab ea substantia separari, cuius character est. Idem ibid. capite 5.

Dominum ipsum, & Christum Deus fecit. Act. 2.

Hec nomina, Dominus & Christus, non substantia sunt, sed dignitatis: alterum potentie, alterum actionis. Chrysost. homil. 2. in Ioan.

Et uita erat lux hominum. Dei filium quem, o B. Theologe, prius uocasti uerbum, nunc uitam nominas & lucem: nec immerito mutasti appellationes, ubi distantes nobis insinuare significaciones. Verbum in si quidem Dei filium nominasti, quia per ipsum locutus est pater omnia. Quoniam ipse dixit, et facta sunt. Lucem uero, & uitam, quoniam idem filius lux est et uita omnium quae per ipsum facta. Et quid illuminat? Non aliud nisi seipsum & Patrem suum. Lux itaq; est, & seipsum illuminat, seipsum mundo declarat, seipsum se ignorantibus manifestat. Lux diuinae cognitionis de mundo recessit, cum homo Deum deseruit.

Origenes homil. in 1. Ioannis.

Quasi specialiter, ac proprie lux hominum dicitur, quia in homine non solum hominibus, uerum etiam angelis, omniq; creaturae diuinae cognitionis participem fieri ualentem seipsum declarauit. Non enim per angelum angelis, neque per angelum hominibus, sed per hominem hominibus & angelis, non in phantasia, sed in ipsa uera humanitate, quam totam sibi in unitatem substantiae suscepit, apparuit, suamq; cognitionem omnibus cognoscentibus se praestitit. Lux itaq; hominum est Dominus noster Iesus Christus, qui in humana natura omni rationali & intellectuali creaturae seipsum manifestauit, suaeq; diuinitatis qua Patri est aequalis abdita reuerauit mysteria. Id. ibid.

Agnitio salutis erat, agnitio filij Dei, qui & salus, & saluator, & salutare uere & dicitur & est. Salus quidem, sicut in salutem tuam sustinui te Domine. Saluator autem iterum: Ecce Deus meus saluator meus, si dens ero in eum. Salutare autem sic: Notum fecit Deus salutare suum in conspectu gentium. Etenim Saluator quidem, quoniam filius & uerbum Dei. Salutare autem, quoniam spiritus. Spiritus enim, inquit, faciei nostrae Christus Dominus. Salus autem, quoniam uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Irenaeus lib. 2. cap. 11. aduersus haereses.

Exinde cum parem sibi faciens, de quo procedendo filius factus est, Primogenitus, ut ante omnia

genitus: & unigenitus, ut solus ex Deo genitus, proprie de uulua cordis ipsius, secundum quod & Pater ipse testatur: Eructauit cor meum sermonem optimum. Tertullianus aduersus Praxeam.

Angelus magni consilij. Quoniam filius Dei annunciator paternae uoluntatis est, magni consilij angelus pronuntiatus est. Id. ibid.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

Saluator mundi. Venit saluator in mundum. Quare saluator dicitur mundi, nisi ut saluet mundum, ut non iudicet mundum. Augustinus tract. 22. in Ioannem.

Dies uirtutis filij Dei. Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendore sanctorum tuorum. Psal. 109. Dies uirtutis filij illa est, in qua orbem terrarum iudicaturus, merita singulis secundum opera sua retribuere. Cyrillus lib. 1. cap. 1. in Ioannem.

Filij Dei. Quando audierimus sacram Scripturam dicentem: Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, ne incorporeos Angelos accusemus. Homines enim iniquitatem perpetrare ausi sunt, qui filij Dei appellabantur. Theodoretus de diuinis decretis.

Deuter nomen, quasi secunda legislatio dicitur. Origenes homil. 9. in Iesum Naue.

Dextra. Sinistra. Per arma iusticiae a dextris & sinistris Dextra uocat ea quae animo grata esse uidentur: sinistra autem quae sunt contraria, ab ea quae est de rebus opinione imponens nomina. Theodoretus in 6. cap. 2. ad Corinth.

## D I

Diabolus, defluens: Graece uero dicitur criminator. Hieronymus in interpret. nomin. de Mattheo.

Diabolus, deorsum fluens. Id. ibid. de Apoclypsi.

Diabolo, defluenti siue clauso in ergastulis. Id. ibid. de epistola 1. ad e.

Diabolum, defluentem siue clausum in latumijis. Id. ibid. de 1. ad Timotheum.

Diabolus est delator. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem.

Diabolus accusator interpretatur, Satanus uero resistens uel rebellis, aut etiam contumax. Origenes lib. 2. in Iob.

Et unus ex uobis diabolus est. Diabolum diaboli ministrum appellauit. Nam sicut qui Domino coniungitur, unus cum eo spiritus est: sic contra quodq; fieri non est negandum. Cyrillus lib. 4. cap. 35. in Ioan.

Neq; locum detis diabolo. Diabolus Graecum uerbum est, quod Latine dicitur criminator: lingua uero Hebraea Satan appellatur, id est, aduersarius siue contrarius: & ab Apostolo Belial, hoc est, absque iugo, quod de collo suo Dei abiecerit seruitutem: quem Aquila apostatam transtulit. Et sciendum ubicunque in ueteri lege filij pestilentiae scribantur, sicut ibi: Filij autem Eli, filij pestilentiae: ibi in Hebraeis uoluminibus Belial, hoc est, diabolum pro pestilentia nominari: licet plurimi pro Belial corrupte in Apostolo Belial legant. Hieronymus in 4. ad Ephes.

Diabolus Deus huius seculi. In quibus Deus huius seculi excaecauit mentes infidelium, &c. Est re-

uera Deus huius seculi, non Deus alius & diuersus ab eo, qui est, neq; Deus alius in substantia existens: absit Deus enim omnium Dominus, qui mundum fecit, unus est Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, & nunquam desinit. Verum de quo Apostolus dicit, quem increduli in Deum sibi ipsi elegerunt, eum non solum unum Deum huius seculi esse dico, absit, sed etiam multos, quibus increduli se ipsos subiecerunt, & mente excæcati sunt. Velut etiam in alio loco dicit: Quorum Deus uenter, & gloria in turpitudine ipsorum. Et Dominus in Euangelio: Non potestis duobus dominis seruire, dicit. Deinde post multa, ut ostenderet, qui sunt duo domini, dicit: Non potestis Deo seruire & mammonæ. Proinde Deus est Deus, & mammonas est deus mundi. Epiphanius lib. 2. tom. 2. contra hæreses.

In quibus Deus huius æui excæcavit mentes infidelium. Simpliciori responso præ manu erit, esse huius æui Dominum, diabolum interpretari, qui dixerit Prophetæ referente: Ero similis altissimi, ponam in nubibus thronum meum: sicut & tota huius æui superstitio illi mancipata est, qui excæcet infidelium corda, & in primis apostatæ Marcionis. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

Princeps mundi. Diabolus princeps dicitur mundi, non quia creauerit mundum, sed quia multi sunt in hoc mundo peccatores. Peccati autem quia ipse princeps est, ideo etiam mundi princeps appellatus est: in ijs uidelicet, qui nondum relinquentes mundum, conuertuntur ad Patrem. Secundum hoc enim etiam illud dicitur, quia omnis mundus in maligno positus est. Origenes hom. 12. in Numeros.

Fortis. Quomodo potest quis intrare in domum eius qui fortis est, &c. fortem dicit aduersarium nostrum, quantum ad nostram infirmitatem, non quantum ad suam uirtutem. Deinde fortem dicit, non ut nos terreat, sed ut magis nos faciat esse sollicitos: nec enim hostem debent timere fortem, qui habent principem fortiorē, sed ut uigilemus et laboremus, ut ne in fiducia principis fortioris contemnamus aduersarium fortem. Nam si contendimus contra eum, manifestum est quia fortiores illo sumus: si autem negligimus, ille fortior inuenitur. Nam quamuis sit infirmus, tamen fortior est homine negligenti. fortem enim diabolum nostra negligentia facit, non illius potentia. Autor operis imperfecti hom. 29. in Mattheum.

Inimicus. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius &c. Diabolus propterea inimicus homini appellatur, quia Deus esse desinit. Et in 9. Psalm. scriptum est de eo: Exurge Domine, non confortetur homo. Hieronymus in 13. Matthei.

Hominem inimicum ipsam diabolum, quia semper omnibus obesse conetur, merito appellauit. Chrysostomus hom. 47. in Mattheum.

Leo. Draco. Et conculcabis leonem & draconem. Diabolus dictus est leo propter apertam iram: draco propter occultas insidias. Augustinus tract. 10. in Ioan.

Lupus. Videt lupum uenientem, & dimittit oues, & segit: & lupus rapit, & dispergit oues. Quis

est lupus, nisi diabolus? Id. ibid. tract. 46.

Diaboli domus. Quomodo potest quis intrare in domum eius qui fortis est, & uasa eius diripere, &c. Quæ est domus illius? Mundus iste. Autor operis imperfecti hom. 29. in Mattheum.

Vasa. Quæ sunt uasa illius? Peccatores & infideles, habitantes in eo. Id. ibid.

Voluntas. Diaboli uoluntas quæ est? Rerum malorum. Id. ibid.

Cum accepisset potestatem in Iob, ac quiesceret hæc cogitare, postquam quieuit ab istis meditationibus atq; consilijs, exisse dicitur à facie Domini. Ergo quia exierant à facie Domini cogitationes eius, merito ipse dicitur exire à facie Domini. Sic itaq; exiuit diabolus à facie Domini, hoc est, tractatus eius, & cogitatio, meditatio quoq; maligna, atq; iniustum desiderium. Exiuit à facie Domini, hoc est, quieuit atque cessauit meditari, & cogitare postquam id quod quæsiuit, accepit. Origenes lib. 2. in Iob.

Habere imperium mortis. Imperium mortis intelligendum est habere diabolum, non istius mortis communis, secundum quam moriuntur omnes qui compositi sunt ex anima & corpore, anima eorum à corpore recedente: sed mortis illius quæ contraria est, & inimica ei qui dixit: Ego sum uita: secundum quam anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Id. in 17. Matthei.

Diana. Cuius templum magnificentissimum Ephesi fuit, de quo Plinius lib. 36. cap. 14. lib. 16. cap. 40. fingitur fuisse filia Iouis & Latonæ, uno partu cum Apolline edita. Eandem dicunt esse Lunam Lucinam, Proserpinam, Hecaten, Triuiam. fit eius mentio Act. 19.

Dibon, de qua supra diximus, cuius meminit Esaias in uisione contra Moab. Eusebius de locis Hebr.

Dibon, sufficiens ad intellectum, uel abundanter siue satis intelligens. Philo in interpret. nom. de Numeris, Iesu Næue, & Hieremia.

Dibongad. Vide supra Debongad.

Dibongad: sufficienter intelligens tentationem.

Philo in interpret. nom. de Num.

Dibongad significare fertur apiarium tentationum. Origenes hom. 27. in Numeros.

Dicere. Quomodo nemo dicit Dominus Iesus nisi in S. sancto, nisi quia proprie Apostolus posuit uerbum quod est, dicit, ut significet uoluntatem atq; intellectum dicentis? Dominus uero generaliter posuit uerbum quod ait: Non omnis qui dicit, & reliqua. Videtur enim dicere etiam ille qui nec uult, nec intelligit quod dicit: sed ille proprie dicit, qui uoluntatem ac mentem suam sono uocis enunciat. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

Dicere uidentur etiam illi, qui non hoc quod sonant dicere uidentur, & intellectu cernunt & uoluntate agunt, sed uoce tantum sonant, secundum quem modum Dominus ait: Non omnis qui dicit &c. Verò autem ac proprie illi dicunt, à quorum uoluntate ac mente non abhorret prolato sermonis sui, secundum quam significationem dicit Apostolus: Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in S. sancto. Id. ibid.

o Dici.

Dici. Innuuit Simon Petrus, & dicit ei. Notanda locutio est, dici aliquid non sonando, sed tantummodo innuendo. Innuuit, inquit, & dicit: utiq; innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid dicitur, sicut Scriptura loquitur, dixerunt apud semetipsos: quanto magis innuendo, ubi iam foras qualibuscunque signis promitur, quod fuerat corde conceptum? Id. tract. 6. in Ioan.

In tempore dici. In tempore dicitur Iacob, & Israeli, quod perficiet Deus. Quid est, in tempore dicitur: cum oportet, & cum expedit, hoc est, in tempore. Origenes hom. 1. 6. in Numeros.

Dichrylon uocabant ueteres dimidium argenti. At Argentum hoc est, quod Romani Miliare sium uocant, hoc est, militare donum. Epiphanius de Mensuris & ponderibus.

Dies. Quid est dies? Lucis tempus, lucis transitus & solis ortus ab oriente usq; ad occasum decursus. Solis ergo lux, dies appellatur: solis transitus dies estimatur. Nam & uere ita est. Solis enim decursus diei tempus demetur, diei terminum ponit, siue ad breuiandum diem, siue ad prolongandum. Quod autem ita est, etiam Scriptura demonstrat dicens: Omnis lux diei, ex sole. Ac si diceret, Omne tempus à sole. Origenes lib. 3. in Job.

Operanini donec dies est uenit nox quando nullus potest operari. Diem ibi seculum istud nuncupauit, & necessariò apposui ibi. Scio quippe in alijs locis dissonantia presentibus ex diei uocabulo significari. Diem itaq; nuncupauit seculum istud, tenebras uerò & noctem consummationem mundi, propter supplicia que futura sunt. Id. homilia nona in Hieremiam.

Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, &c. Diem hic uniuersum uocat retro tempus, quod iam præterierat. Chrysostomus serm. 18. ad Romanos.

Et nisi breuiati fuissent dies illi, &c. Dies nunc tempus belli, atq; obsidionis illius significant. Tale namq; est, quod dicitur: Si diutius Romanorum in Hierosolyma bellum durauerit, nemo Iudeorum, omnino euaudet. Id. hom. 77. in Matth.

Dies obseruatis, &c. Dies, ut sabbati, & neomeniæ, & à decima mensis primi usq; ad quartam decimam qua agnus corporeus uicime reseruatur: & à quarta decima usque ad uicesimam primam eiusdem mensis, quando azima comeduntur, non sinceritatis & ueritatis: sed in fermento ueteri malitiæ & nequitie Pharisæorum. Septem quoq; septimanas, qui ritu Iudaico post azima computat, dies Israeliticæ pentecostes colit. Nec non & clangorem tubarum mense septimo prima mensis. Decima quoq; eiusdem mensis, expiationem & ieiunium, & scenophegias ex more figentes, Iudaicos obseruant dies. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Nox præcessit, dies appropinquauit. Diem allegoricè dicit filium & lucem, & rursus præcepta arma lucis metaphoricè. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Constat, expressum ac definitum est, diem

commemorasse Dominum hoc loco seipsum, id est, lucem mundi. Quando sum, inquit, in hoc mundo, lux sum mundi. Augustinus tract. 44. in Ioan.

Dies abbreviati. Et nisi breuiati fuissent dies illi, &c. Abbreviatis dies, non secundum deliramenta quorundam, qui putant temporum momenta mutari: nec recordantur illius scripti: Ordinatione tua permisset dies: sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus: id est, abbreviatis non mensura, sed numero. ut quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nunc abbreviati dies intelliguntur: ne temporum mora, fides concutiat credentium. Hieronymus in 24. Matth.

Breuiatis dies intelligimus, non mensura, sed numero. Sicut enim longitudinem dierum, quam dicit Propheta: Domum tuam decet sanctitas, quam dicit uerum dierum, non per longos dies intelligimus, sed multos: sic & breuiati dies, non breues dies sunt intelligendi, sed pauci. Autor operis imperfecti hom. 49. in Mattheum.

Boni. Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Qui sunt dies boni? Vita sine fine, requies sine labore. Augustinus serm. 39. de uerbis Domini.

Malus. Ut possitis resistere in die malo, &c. Diem in malum uocat diem pugne, nomen ei imponens à diabolo, qui in ea sua exercet operationem. Theodoretus in 6. ad Ephesios.

Mali. Quoniam dies mali sunt. Malos dies non uocat ipsum tempus: cuiusmodi enim improbitatem habuerit tempus, sed scelera & flagitia que in ipso perpetrantur. Id. ibid. in 5.

Domini. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, &c. Quod ait, diem meum, incertum potest esse unde dixerit: utrum diem Domini temporalem quo erat uenturus in carne, an diem Domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Augustinus tract. 43. in Ioan.

Diem meum, hoc in loco crucem mihi significare uidetur, quem in arietis oblatione Isaac præfigurauit. Chrysostomus hom. 54. in Ioan.

Festus. Post hæc erit dies festus Iudeorum. Quinam? ut mihi uidetur Pentecostes. Id. ibid. hom. 35.

Humanus. Aut ab humano die. Humanum diem cum dicit, significat & diuinum, in quo iudicaturus est Christus: quia sicut Iuriconsulti seu Pontifices, quos uocant sacerdotes, certos dies quibus iudicatur decreuerunt: ita & dies Domini definitus est, quo iudicaturus est mundum. Ambrosius in 4. 1. ad Corinth.

Iræ. Thesaurisus tibi iram in die iræ, &c. Dies iræ & uindictæ, dies iudicij designatur. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Novissimus festiuitatis. In nouissimo autem die magno festiuitatis, &c. Quia nam gratia Euangelista nouissimum diem magnum festiuitatis fuisse admonuit? Etenim primus & ultimus magnus erat, medij autem potius in delicijs consumebantur. Cur igitur in nouissimo: quia omnes conueniebant, non ita in primo, & causam dixit fratribus: sed neq; secundo, neq; tertio quicquam tale locutus est, ne irrita uerba caderet cū delicijs uacaturi esset. Chrysost. ho. 50. in Ioan.

Retributionis.

**Retributionis.** Vocate annum Domini acceptum, & diem retributionis. Dies retributionis dictus est, in qua retribuet Dominus unicuique, secundum opera sua, hoc est, iudicium. Irenaeus lib. 2. cap. 38. aduersus haereses.

**Dimidium, & ultimū dierum.** Ne reuocet me in dimidio dierum meorum, &c. Dimidium dierū prima iuuentus est, & ultimum dierum senectus. Ambrosius in Ps. 101.

**Tota die.** Propter te morti afficimur tota die, &c. Nunc tota die pro omni hoc tempore dictum est, in quo persecutionem patimur, et ut oves occidimur. Dies ergo haec non illam quae in duodecim horis subsistit, significat, sed omne tempus in quo patimur et interficiuntur propter Christum credentes ei. Irenaeus lib. 2. cap. 38. aduersus haereses.

**Tota die expādi manus meas ad populum non credentem, &c.** Tota die, semper significat. Ambrosius in 10. ad Rom.

**Diffidere.** His autem qui ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, &c. Diffidere pro non credere, uel non obtemperare, solet in Scripturis sanctis inueniri, sicut & in hoc loco. quod forte aptius Latinus interpretari potuisset, si dixisset: Qui non obediunt ueritati, sed obediunt iniquitati. Omnis ergo qui alienum à ueritate iter ingreditur, nec sequitur eum qui dixit: Ego sum ueritas, diffidit ueritati, & inobediens est ei. Origenes lib. 2. ad Rom.

**Dilectio.** Dilectio est absoluta & perfecta demonstratio, & diligere, quod est ἀγαπάω, id est, placere moribus, duciq; & abduci. Clemens Alexandrinus libro. 2. Strom.

**Si diligitis me, mandata mea seruate.** Haec est dilectio, credere & parere dilecto. Chrysostomus homil. 74. in Ioan.

**Dilectio ueritatis.** Propterea quod dilectionē ueritatis non receperunt. Dilectionem ueritatis Christum uocat. Chrysostomus hom. 3. in 2. ad Thessal.

**Charitatem ueritatis appellauit Dominum, ut qui nos uerē et sincerē dilexerit.** Theodoretus ibid. cap. 2.

**Manere in dilectione Christi.** Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Quid est, manete in dilectione mea, nisi manete in gratia mea? Augustinus tract. 82. in Ioan.

**In finem diligere.** In finem dilexit eos. Quid si bi uult ea particula, in finem dilexit eos? Hoc est, semper dilexit, cuius signum hoc dicit. Chrysostomus homil. 69. in Ioan.

**Inimicum diligere.** Inimicum diligere quid aliud est, quam optare desinere illum ab odio, & nihil asperum petere aduersus illum, hoc est, amare illum, ea illi optare per quae Deum habeat propitium. Ambrosius in 13. ad Rom.

**Dimaon, sufficit eis mæror.** Philo in interpr. no. min. de Esaia.

**Dimon.** Sic nominatur urbs Dibon, teste Hieronymo in Esaia cap. 15.

**Dimona, in tribu Iuda.** Eusebius de locis Hebr.

**Dimona, satis numerans, uel sublimitas.** Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Dina, filia Iacob ex Lia uxore.** Gen. 30. 34.

**Dina iudiciū istud.** Philo in interpr. nom. de Genes.

**Dionysius, Arcopagita, à S. Paulo conuersus.**

Act. 17.

**Dionysius, dijudicans, siue uehementer fugiens.**

Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Dioscori, pulchri ad tegēdum, sunt autem gemini castores.** Id. ibid.

**Diospolis, ciuitas Aegypti, sicut scribit Ezech.**

Eusebius de locis Hebr.

**Diospolis, abnuens, sed melius Græcè Iouis ciuitas.** Philo in interpr. nom. de Ezech.

**Diotrephes, huius mentio fit in tertia epistola Ioannis, ex qua apparet, fuisse hominem ambitiosum, superbum, uanum, appetentem primatum in gubernatione Ecclesiae, & alios arte prementem.**

**Diotrephes, speciosus insulsus, siue decor insanies.**

Hieronymus in interpr. nom. de 3 Ioannis.

**Dilan, & Dison, fratres, filij Seir, ad fines Esau.** Gen. 36.

**Disan, similiter ut supra licet quidam putent fortem elephantem interpretari.** Id. ibid.

**Dison, foris papilla, siue calcabit eam: sed hoc Syro sermone dicitur. ceterum Hebraicè pinguedo interpretatur, aut cinis, id est, fauilla holocaustorum.** Philo in interpr. nom. de Gen.

**Discipuli.** Transi hinc & uade in Iudæam, ut discipuli tui uideant opera tua, &c. Quos nam hoc in loco discipulos appellat? Turbam sequentem, non duodecim. Chrysostomus hom. 47. in Ioan.

**Ut autem Saulus uenit Hierusalem, tentauit adhaerere discipulis, &c.** Discipulos uocat etiam eos, qui non erant in choro duodecim, eò quod omnes tunc propter eximiam uirtutem discipuli uocabantur. Erat enim manifesta illorum imago. Id. hom. 21. in Acta apostolorum.

**Ditnem oab, id est, ad occidentem Moab iuxta Iordanem contra Hierichum: ubi Balach rex Moab et maiores natu Madian, Israelit inuidijs deceperunt: in quo loco & Moyses Deuteronomium scripsit.** Eusebius de locis Hebr.

**Dispectio.** Numquid in dispersionem gentium? Hoc est, quod Iudaei dispersionem gentes appellabāt, quia ubiq; disperse essent, & promiscuo inuicem miscerentur: quam ignominiam ipsi postmodum subierunt. ipsi namq; facti sunt dispersio. Antiquitus enim Iudaeorum nauis in sola Palestina, & nusquam alibi inueniebatur. Propterea dispersionem gentiles uocabant eis exprobrando, se iactando. Chrysostomus homil. 49. in Ioan.

**Dissolutio.** Dissolutionis nomen duo designat: nam significat huiusmodi passiones, famem, sitim, laborem, clauorum confossionem, mortem, id est, animę à corpore separationem, & id genus alia. Significat etiam & dissolutio perfectam corporis in ea (ex quibus compositum fuerat) elementa dispersionem, interitum, & disparentiam: quae quidem magis à complusculis corruptio nominatur. Damascenus lib. 3. capite 28. de Orthodoxa fide.

**Diuinitas ponit quidam putant diuinitus datur.**

tur, sed magis (ut mihi uidetur) per antiphrasim, id est, ex contrario, nomen accepit, quasi quæ per homines demonibus repletos fiat. Sed gentiliū ritus, diuinū credit omne, quod per qualēcūq; spiritū profertur. Origenes hom. 16. in Num.

**Diues.** Qui uolūt diuites fieri. Aliud est esse diuitē, aliud uelle diuitē fieri. Diues est, qui à diuitibus natus est, nō qui uoluit. Diues est, cui multi hereditates diuiserunt. Augustinus serm. 5. de uerbis Domini.

Illum diuitem dicimus, qui omnia presentia contemnit. Chrysostomus hom. 8. in Ioan.

Si uerum fateri licet, ne diues quidem ille est, qui multis opibus circumuallatus est: sed qui nō eget multis. Nec is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Id. hom. 2. de Lazaro.

**Diuites alterius seculi.** Diuitibus huius seculi præcipe. Sunt et alterius seculi diuites, qui emunt sibi aurū ignitū à Deo, et qui habet aurū in caelo, nec nō qui proferūt noua et uetera. Hieron. in 6. 1. ad Tim.

Sunt futuri etiam seculi diuites, qui stabiles diuitias et sufficientes possident. Theodoretus ibid.

**Diuitiæ.** Ut nos illius paupertate ditesceremus. Diuitias hoc loco dicit, scientiam pietatis, peccatorū purificationem, iusticiam, sanctimoniam, et innumera bona quæ nobis exhibuit et exhibiturus est, maxime cum omnia per paupertatem factus sit nobis. Chrysostomus hom. 17. in 2. ad Corinth.

Quasi pauperes, multos autem ditantes. Quidam dicunt diuitias hic appellari spirituales, ego uerò dixerim etiam carnales. Etenim et illi locupletes erant nouo quodam modo, habentes omnium domos sibi apertas, et hoc manifestauit, per hoc quod postea dixit: Quasi nihil habentes, et omnia possidentes. Chrysostomus hom. 12. in 2. ad Corinth.

**Diuitiæ alienæ.** Si in alieno fideles non fuistis, et c. Alienæ nobis diuitiæ sunt, quia præter naturam sunt: neq; nobiscum nascuntur, neq; nobiscum transeunt. Ambrosius in 16. Lucæ.

**Veræ.** Veræ sunt diuitiæ iusticiæ, et ratio, quæ est quouis thesauro pretiosior. Clemens Alexandrinus libro 3. cap. 6. pedagog.

## D O

**Doctores.** Tertio doctores. Illos dicit doctores, qui in ecclesia literis et lectionibus retinendis pueros imbuebant more synagoga, quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Ambrosius in 12. 1. ad Cor.

Doctores quippe, qui non tam uerbo quam operibus, et illustri uite exemplo docent, appellat, quæ res et Apostolos esse fecit. Chrysostomus hom. 32. in 1. ad Corinth.

**Doch,** arx Ptolemæi in agro Hierichuntino, in qua suum socerum interfecit. 1. Macc. 16.

**Dodan,** pater Eliezer Propheta, qui Iosaphat regi Iuda denunciatur cladem Clasis in Asiongaber, propter foedus cum rege Israel initum. 2. Paral. 20.

**Dodanim,** filius Iauan, nepos Iaphet. Gen. 10. Ab hoc Dodonei in Epiro orti esse putantur, et Rhodij.

**Dodanim,** de qua Esaias in uisione scribit Arabia. Est autem iuxta Arcopolim. Eusebius de locis Hebr.

**Dodanim,** patruelis: in propinquos uertitur et co-

gnatos. Philo in interpr. nom. de Gen. et Esaias.

**Doech,** Idumæus, aulicus Saulis, et minister cupiditatum tyrannicarum regis, proditor Davidis, et parricida Sacerdotum. 1. Sam. 21. 22.

**Doech,** motus siue sollicitus, quod Græcè dicitur ἀγώνος. Philo in interpr. nom. de 1. Regum.

**Dolus.** Linguis suis dolose agebant. Dolus est, cum quis lingua loquitur, et aliud uoluit in corde. Origenes lib. 3. ad Romanos.

In quo dolus non est. Omnis qui uerba Latina intelligit, scit quia dolus est, cum aliud agitur et aliud fingitur. Dolus fraus est, simulatio est. Quando aliquis aliquid in corde tegit, et illud loquitur, dolus est, et tanquam duo corda habet. Vnum quasi sinum cordis habet, ubi uidet ueritatem, et alterum sinum, ubi concipit mendacium. Augustinus tract. 7. in Ioan.

**Dolus est,** occulta malitia, blandis sermonibus adornata. Hieronymus in 1. ad Rom.

**Domicilium terrenum.** Scimus, quod si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destrutum fuerit, et c. Sunt nonnulli qui terrenum hoc domicilium, mundum hunc dicunt, ego autem asseuerauerim de hoc corpore potius dici. Chrysostomus hom. 10. in 2. ad Corinth.

Etenim in hoc geminus, domicilio nostro quod est ex caelo, et c. Quale domicilium dic obsecro: corpus quod in corruptibile. Id. ibid.

**Domim,** locus in tribu Iuda. 1. Sam. 15.

**Dominus.** Dominus autem dirigat corda uestra in charitate Dei. Clarum est cum Dominum uocasse S. sanctum. Ita etiam scripsit ad Corinthios: Dominus autem spiritus est. Theodoretus in tertium 2. ad Corinthios.

**Sabaoth.** Dominus Sabaoth ex interpretatione, est Dominus exercituum. Euseb. lib. 7. cap. 1. de demonstratione Euangelica.

**Thesaurus Domini.** Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit uasa iræ suæ. Quis est iste thesaurus Domini in quo uasa iræ inueniuntur? Aliquis forsitan quaeret, utrum in thesauro Domini tantum uasa iræ sint, et thesaurus Dei qui est thesaurus omnium, non habet uasa misericordiæ: an aliud quid intelligi oporteat de thesauro Dei, unde efferantur uasa iræ eius? Thesaurum Domini ego confidens dicam esse ecclesiam eius, et in isto thesauro, id est, ecclesia, sæpe homines latitare qui sunt uasa iræ. Veniet igitur tempus quando aperiat Dominus thesaurum ecclesiæ: nunc enim clausa est ecclesia, et uasa iræ cum uasis misericordiæ inhabitant, et palea cum frumento sunt, et pisces perdendi ac proijciendi, cum bonis piscibus qui in retia inciderunt, continentur. Origenes homilia tertia in Hierem.

**Viam Domini dirigere.** Dirigite uiam Domini. Bisariam uiam Domini dirigetur, propter contemplationem, quæ manifestatur in ueritate absq; ulla permutatione mendacij, deinde propter actionem: si quis cum probe peruiderit quid agendum, actionem conuenientem rationi rectæ, suggerenti agenda in opus produxerit. Ut accuratius uerò intelligamus illud, dirigite uiam Domini, opportunum erit citare, quod

quod in Prouerbiorum libro est dictum: Ne declinaueris ad dexteram, neque ad sinistram. Qui enim in uiam libet inclinari, is amisit illud dirigere, factus non amplius cura & consideratione dignus, quando transgressus fuerit iustitiam & rectitudinem. Quoniam enim iustus Dominus, & iustitias dilexit, & rectitudines uidit uultus eius, illud quod uidet, illuminat. Hanc ob causam qui est in consideratione & tutela, utilitatem ex hac cura & protectione capiens, inquit: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. id. tom. 7. in Ioan.

**Conuerti ad Dominum.** Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferretur uelamen. Conuerti ad Dominum hoc est, credere in Christum, ut agnoscentes Dominum, ueniam mereatur accipere. Ambrosius in 3. 2. ad Corinth.

**Seipsum dedidere Domino.** Quin et semet ipsos dediderunt primum Domino, &c. Quid est se ipsos dediderunt Domino? obtulerunt: probati enim apparuerunt in fide, & magnam fortitudinem in temptationibus declarauerunt, honestatem, iustitiam, charitatem, & acritatemque, & studium in omnibus alijs bonis. Chrysost. homil. 16. in 2. ad Corinth.

**Fornicari à Domino.** Recedere ab illo simplici & singulari bono, in istas multitudinum uoluptates & in amorem seculi corruptionesque terrenas accedere, hoc est fornicari à Domino. Augustin. serm. 54. de uerbis Domini.

**Sequi Dominum.** Et habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. Sequitur Dominum, qui imitator eius est: & per uestigia illius graditur. Qui enim dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Hieronym. in 19. Matthaei.

**Subditum esse Domino.** Subditus esto Domino, & ora eum. Praecipiente mandato, & dicente, Subditus esto Domino, necessarium uidetur perscrutari quid sit subditum esse Domino, & quid sit non esse subditum. Sicut enim non omnis qui dicit Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in caelis est: ita non omnis qui dicit se subditum esse Domino, subiectus est ei, sed qui re ipsa subiectus est ei. Quia uere subiectum esse Domino, non sermo professionis, sed opus subiectionis ostendit. Plenius autem intelligitur quod dicimus hoc modo. Dominus noster Iesus Christus iusticia est. Nemo ergo iniuste agens subiectus est Christo, qui est iusticia. Christus ueritas est. Nemo mendax Christo subiectus est, qui est ueritas, siue cum in rebus siue cum in doctrina mendacium loquitur. Dominus Iesus Christus sanctificatio est. Nemo est subiectus sanctificationi, cum pollutus sit & impurus. Dominus Iesus Christus pax est. Nemo litigiosus & turbulentus Christo subiectus est, qui est pax, sed ille subiectus est ei qui dicit: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Unde & in alio Psalmo ad animam suam dicit Propheta: Veruntamen Deo subdita esto anima mea, quia ab ipso est patientia mea. Origenes hom. 2. in Psal. 36.

**Domina, silentium.** Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

**Domus res est fundata, ac stabilis, & certis terminis septa.** Tabernacula uero sunt, habitacula quae

dam eorum, qui semper in uia sunt, & semper ambulat, nec itineris sui terminum repererunt. Origenes hom. 17. in Numeros.

**Vt luceat omnibus qui in domo sunt.** Domum puero dictam habitationem hominum, id est, ipsum mundum, propter id quod superius ait. Vos estis lumen mundi. Aut si domum quisque uult accipere Ecclesiam, nec hoc est absurdum. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

**Seruus autem non manet in domo in aeternum.** Ecclesia est domus, seruus peccator est. Idem tract. 14. in Ioannem.

**Domus Iudeorum deserta.** Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Desertam Iudeorum domum, id est, templum illud quod fulgebat augustius, oculis comprobamus: quia habitatorem Christum perdidit, & hereditatem praeripere gestiens, occidit heredem. Hieronymus in 23. Matthaei.

**Iuda.** Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & consummabo domum Israel, & domum Iuda testamentum nouum, &c. Domum Iuda & Israel non utique Iudeos significat, quod abdicauit, sed nos, qui ab conuocati ex gentibus, in illorum locum ad opus uenimus, & appellamur filij Iudeorum. Lactantius lib. 4. cap. 20. institutionum diuinarum.

**Magna in magna autem domo.** Magnam domum, non ecclesiam dicit, ut quidam putant, quae non habet maculam neque rugam, sed mundum. Unde ait Hieronimus: O Israel quam magna est domus Domini, &c. Hieronym. in 2. 2. ad Timotheum.

**Terrestris. Aeterna.** Scimus enim quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, etc. Terrestrem domum carnem hanc dixit, quia mortalis est: ut si de hac dissoluti fuerimus, aedificationem inueniamus in caelis domum aeternam. Haec domus corpus immortale significat, in quo resurgentes semper erimus, cuius forma iam in caelis est in Domini corpore declarata. Ambrosius in 6. 2. ad Corinth.

**Terrestrem domum appellat, huius praesentis uitaetraductionem: Tabernaculum autem corpus.** Theodoretus ibid. in 5. cap.

**Dona.** Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Dona seu gratiae uocantur, quod à diuina dentur magnificentia. Id. in 12. 1. ad Corinth.

**Meliora.** Aemulamini autem meliora dona. Meliora dona spiritalia sunt, quae imitati habebunt effectum apud Deum. Ambrosius in 4. ad Galatas.

**Donec.** Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. Hoc uocabulum Donec, determinati temporis praefinitionem significat: non autem nunciat quod postea. Dicit enim Dominus: Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculi, non quod post saeculi consummationem separandus sit. Nam ait diuinus Apostolus: Et sic semper cum Christo erimus, post communem resurrectionem intelligens. Damascenus libro 4. capite 15. de Orthodoxa fide.

**Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.** Illud donec, non significat tempus, sed docet eum esse oēs inimicos subiugaturum.

Hic simile est id quod à David dictum est: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextis meis. Donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Theodoretus in 15. ad Corinth.

Dora, urbs Palestinae maritima, media inter Caesaream Stratonis & Carmelum promontoriū. 1. Mac. 15. Eiusdem mentio fit Ios. 11. 12. 17. Iud. 1.

Dorcas, nomen pie mulieris resuscitatæ à Petro. Act. 9. Ebraicè Tabitha, Græcè *Αἰψας*, Latine Dama vel Caprea.

Dormientes. Lazarus amicus noster dormit, &c. Secundum potentiam suam dixit dormientē, quia & alij mortui dicti sunt in Scripturis sepe dormientes sicut Apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Ideo & ipse dormientes appellauit, quia resurrecturos prænuñciavit. Augustinus tract. 49. in Ioannem.

Dornapheth, quod Symmachus translulit dor maritima: hæc est Dora in nono milliario Cesaree Palestine pergentibus Tyrum, nunc deserta: quæ cum cecidisset in sortem tribus Manasse, eam possidere non potuit: quia in ea habitatores pristini permanserunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Dositheus quidam sacerdos nominatur, Ester 11.

Dothaim, ubi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes: qui & usq; hodie in duodecimo à Sebastie milliario, contra aquilonis plagam ostenditur. Eusebius de locis Hebraicis.

Dothaim, pabulum, uel uiride eorum, aut sufficientem defectionem. Philo in interpret. nomin. de Gen.

*Δῖξ* quæ Græcè dicitur, Latine gloria est. Augustinus tract. 82. in Ioannem.

Ille me clarificabit, &c. Verbum Græcū quod est *δοξάζει*, aliis clarificabit, aliis glorificabit, Latini interpretes in sua quisque translatione posuerunt: quoniam ipsi quæ Græcè dicitur *Δῖξ*, unde dictum est uerbum *δοξάζει*, & claritas interpretatur & gloria Gloria namque sit quisque clarus, & claritate gloriosus: ac per hoc quod utroque uerbo significatur, id ipsum est. Sicut autem definerunt antiqui Latine lingue clarissimi autores, Gloria est, frequens de aliquo fama cum laude. Id. ibid. tract. 100.

## D R.

Drax farinæ, hoc est pugillus, hæc mensura nulli curiositatem requirit, & est omnibus manifesta. Epiphanius lib. de Ponderibus & mensuris.

Drusilla, filia Herodis Agrippæ, qui interfecit Iacobum Actorum duodecimo. Soror Agrippæ postremi regis Iudeorum, uxor felicis præsidis Iudeæ. Act. 24.

Drusilla, generis pacifici. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apost.

Drys, id est, quercus Mamre iuxta Chebron, quæ usque ad ætatem infantie mee & Constantij imperij Terebintus monstrabatur peruetus, & amos magnitudine indicans, sub qua habitauit Abraham. Mirro autem cultu ab ethnicis habita est, & uelut quodam insigni nomine consecrata. Eusebius de locis Hebraicis.

Drys, id est, quercus in Ephrata, in tribu Manasse, unde fuit Gedeon. Id. ibid.

## D V.

Duel, agnoscant Deum. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Dui, pulchritudo. Id. ibid. de 3. Regum.

Duma, filius Hismael, nepos Abraham. Gen. 25.

Duma, in tribu Iuda, uicus grædis in Daroma, hoc est, ad australem plagam in finibus Eleutheropoleos, decem & septem ab ea milliariis distans. Eusebius de locis Hebraicis.

Duma, tacens, uel silentium siue gaudium. Philo in interpret. nomin. de Genesi, & Iesu Naue.

Dura, ubi rex Nabuchodonosor cultum statue aureæ suis subditis proposuit. Daniel. 3.

Dura, loquens. Philo in interpretationibus nominum de Daniele.

Durus. Durus est sermo hic. Quid est, durus? Difficilis intellectu, & quem capere eorum non posset imbecillitas, plenus formidinis. Chrysostomus homil. 46. in Ioannem.

Duritia. Quid aliud est duritia, quam Dei obuiare mandatis? Unde illud B. Stephanus dicebat ad populum: Dura ceruice, & non circumciso corde & auribus, uos semper S. sancto resistitis. Augustinus lib. de Prædestinatione & gratia, cap. 4.

## E A.

**E** Atam, auis eorum. Philo in interpret. nomin. de libro Idicum.

## E B.

**E** Ebal, uallis uetus aut acernus lapidum, uel uorago uetus. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Deuteronomio.

Eber, filius Sela. Gen. 11.

Eber, transitor. Philo in interpretationibus nominum de Genesi.

Eber, transitus. Hieronymus ibid. de Luca.

Ebezinthia, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebr.

Ebræus, transitor. Id. ibid. de epist. ad Ephesios & Hebræos.

Ebræi, transitores. Philo in interpret. nomin. de 1. Regum. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum, de 1. & 2. ad Corinthios.

Ebræorum, transcuntium. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Ebraicè, transitorie. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Ebezinthia, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Ebion Hebræis inopem significat. Epiphanius libro 1. tom. 2. contra hæreses.

Ebrietas est, usus uini uehementior. Clemens Alexandrinus lib. 2. cap. 2. pædagog.

Qui inebriantur, non inebriantur. Ebrietatē hic dicit, non eam solum quæ ex uino, sed & quæ ex omnibus malis est. Ebrietas enim animi, sunt diuitiæ, & pecuniarum concupiscentia, & corporum amor, & quicquid tale dixeris, animi est ebrietas, Chrysostomus homil. 9. in 1. ad Thessalonicenses.

Ebrioth, transitus. Philo in interp. nom. de Exod.

Ebron,

**Ebron**, participatio tristitiae siue fortitudinis, uel augmentum sempiternum. Id. ibid.

**Ebrona**, in deserto castra filiorum Israel. Euseb. de locis Hebraicis.

**Ebrona**, transgressus, siue transgressio. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

**Ebrona** est transitus. Origen. homil. 27. in Num.

**Eliba**, uoluntas mea in eo. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

## E C.

**Ecce**. **Ecce** agnus Dei. Illud uerbum, **Ecce**, ponitur, eo quod sepe multi ex iam dictis ipsum inquirebant, ideo presentē ostendit. **Ecce** hic est, de quo iam sermo habitus est. Hic est agnus. Chrysostomus homil. 16. in Ioannem.

**Ecce** uirgo in utero accipiet. Hoc ipsum quod dicitur **Ecce**, admirantis est tanti mysterij magnitudinem, ut omnes uelut de somno suscitans ad hoc dictum euigilet. **Ecce** uirgo, dicit, in utero accipiet, & pariet filium. Ad colligandum fortem armatum, ad conculcandum serpentis impij caput, ad conterendas uires eius, ad praedam eius diripiendam, adq; captiuitatem sui populi conuertendam. Pariet filium ad denuo reparandum Adam, ad inobedientiam Euae per Mariam obedientiam excludendam, ad erigendum iacentiū genus quod permulieris temerariam credulitatem fuerat ante deiectum. Origenes homilia prima in primū Matthaei.

**Ecce** ascendimus Hierosolymam. **Ecce**, contestantis est sermo, ut memoriam praesentiae huius in cordibus suis recondant. Autor operis imperfecti homilia 35. in Mattheum.

**Ecclesia** est, congregatio credentium. Clemens Romanus epist. 1.

**Ecclesia** est uerum templum Dei, quod non in parietibus est, sed in corde, ac fide hominum, qui credunt in eum, ac uocantur fideles. Lactantius lib. 4. cap. 13. Institutionum diuinarum.

**Et domestica** eorum ecclesia. Horum domesticos & uernaculos salutat, quos ecclesiam appellat, quia sanctorum uirorum erant discipuli circa fidem. Ambrosius in 16. ad Romanos.

**Ecclesia** malignantium. Salutant uos omnes ecclesiae Christi. Per hoc intelligitur dici ecclesiam quae non sit Christi. Unde et Dauid conspirationem iniquorum, ecclesiam malignantium uocat. Id. ibid.

**Corpus** Dei. **Ecclesia** corpus Dei dicitur, quia communicauit Deus carni & sanguini, & caput factus est ecclesiae. **Ecclesia** uero per fidem rursus participans eius efficitur, accipiendo s. sanctum. Maxentius lib. 2. dialogi.

**Ecclesijs** Galatiae. **Ecclesiae** nomen, consensus cordisq; nomen est. Chrysostomus in 1. ad Galatas.

**Ecclesia** est, populus quem Deus adoptare dignatus est. Ambrosius in 3. ad Ephesios.

**Ecclesiastes**. A congregando ecclesiam, **Ecclesiastes** appellatur. Origenes in prologo explanationis posterioris in Cantica canticorum.

**Echela**, ubi absconditus est Dauid, nunc uero **Echela** uilla dicitur in septimo ab Eleutheropoli mil-

liario, iuxta quam et sepulchrum Habacuk prophetae ostenditur. Euseb. de locis Hebraicis.

**Euseb.** Non possumus in Latina lingua uno sermone exprimere uerbum Graecum, quod illi uocant, id est, cum pro alicuius magne rei admiratione obstupescit animus. Origenes homil. 27. in Num.

Parantibus illis irruit super eum mentis excessus, &c. **Quid** est ecclesiasticus? **Spiritualis**, inquit, contemplatio facta est in illo: quasi diceret quis, anima excessit e corpore.

## E D.

**Eden**, sacer paradisi locus ad orientem, quod in uoluptatem deliciasq; transfertur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Eden**, uoluptas, siue deliciae, uel ornatus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Interpretatio **Eden** est deliciae. Clemens Alexandri nus lib. 2. Stromatum.

**Eden** uoluptas interpretatur. Damascenus lib. 1. cap. 11. de Orthodoxa fide.

**Eden**, quae Hebraica est, si transferatur in nostram linguam, uersionem significat, Theophilus libro 2.

**Edenna**, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

**Eder**, oppidum tribus Iuda, prope Bethlehem. Ios. 15.

**Edilla**, cognomen Ester. Hest. 2.

**Ednas**, unus ex capitaneis Iosephat regis Iuda. 1. Esdrae 10.

**Ednas**, unus ex ducibus, qui ex tribu Manasse ad Dauid transfugerunt. 1. Par. 21.

**Edom**, cognomen Esau, fratris Iacob, cui uendit primogenita pulmēto rufi. Ideo dictus est **Adom**, id est, rufus. Gen. 25. Ab eo pars Arabiae dicta est, terra **Edom** seu **Idumea**, de cuius regionibus, urbibus, regibus, & ducibus, uide 36. Genesim.

**Edom**, urbis nomen prope Iordanem. Ios. 3.

**Edom**, rufus, siue terrenus. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Exodo.

**Edom** interpretatur terrenus. Origenes homil. 6. in Exodum.

Propter ruborem cibi, a coetaneis infante tempore **Esau** **Edom** uocatus est. Hebraei namq; **Edom** rubrum dicunt. Iosephus lib. 2. capite primo antiquitatum Iudaicarum.

**Edomia**, in tribu Benjamin, nunc uero ostenditur uilla **Eduma** in Acrabatene duodecim ferme milibus distans a Neapoli contra orientalem plagam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Edrai**, ubi interfectus est **Og** rex **Basan**, gigas, id est potens, omnisq; illius caesus exercitus. Nunc autem est **Adara** insignis ciuitas Arabiae, in uicesimo quarto lapide ab **Ostra**. Id. ibid.

**Edrai**, in tribu **Neptalim**. Id. ibid.

**Edrai**, inundatio pascet me. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

**Edraim**, descensio pastorum, uel inundatio malorum, aut natiuitas pessimorum. Idem ibidem & de Deuteronomio.

**Edre**, in tribu Iuda. Euseb. de locis Hebraicis.

**Edroi**,



Edroi, inundatio pascens me. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

## E F.

Efa, resolutus uel effundens. Philo in interpret. nomin. de Esai.

Efa, defectio mea. Id. ibid. de Hieremia.

Efi, mensura. Id. ibid. de Ezechiele.

Efraim, frugifer, siue crescens. Id. ibid. de Genesi.

Effraim interpretatur fructificatio. Origenes homil. in lib. Regnorum.

Effrem interpretatur fructificatio. Id. homil. 21. in Iesum Naue.

## E G.

Egbathana, urbs Medie. 2. Mac. 9.

Egla, filia Salphaat, nepotis Galaad. Num. 26. 27.

Egla, uxor Dauidis regis. 2. Sam. 3.

Eglaim, uituli, uel iuuenca. Philo in interpret. nomin. de Esai.

Eglon, rex Moabitarum, qui occupauit Iericho, & oppressit Israel octodecim annis. Tandem ab Ehud confossus est. iud. 3.

Eglon, que & Odollam in tribu Iudae, cuius regem nomine Dabir interfecit Iesus. Est autem nunc uilla pregrandis in duodecimo ab Eletheropoli lapide contra orientem. Eusebius de locis Hebraicis.

Eglon, uacca eorum. Philo interpret. nomin. de Iesu Naue.

Eglon, festiuitas ista, uel uitalis mceroris, siue iuuenca. Id. ibid.

Eglon, rotatus, uel orbita, uel iuuenca, uel festiuitas ista, uel uitalis mceroris. Id. ibid. de lib. Iudicum.

Eglon interpretatur rotatus uel orbita. Origenes homil. 4. in lib. Iudicum.

## E I.

Eidnois est, uniuersorum scientia per speciem. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

## E L.

Ela, dux Idumea. Gen. 36.

Ela, terebinthus, aut maledicta, uel ipsi. Philo in interpret. nomin. de Genesi, & 3. Reg.

Elada, ad scientiam, uel ad ascensum, siue Dei scientia. Syra uero lingua dicitur super hanc. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Elade, ad ascensum. Philo ibid. de Numeris.

Elam filius Sem, a quo orti sunt Persae. Dan. 8. Hierem. 25. 49. Esa. 11. Gen. 10. 14. Act. 2.

Elan, legimus uallem Ela, quam Aquila & Theodotio interpretantur uallem quercus. Eusebius de locis Hebraicis.

Elam, seculi uel orbis. Philo in interpret. nominum de Genesi.

Elam, Dei populus, uel pro foribus. Id. ibid. de libris Regum.

Elam sempiternum, uel seculum, uel *αιολόγιον* eorum. Id. ibid. de Ezechiele & Daniele.

Elam, oppositi, siue abiecti, uel compositi. Id. ibid. de Hieremia.

Elam melech, ad regem. Id. ibid. de Iesu Naue.

Elam Elamitas, qui Persarum sunt principes, dereliquit. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiquit. Iudaic.

Elamitae, principes Persidis, ab Elam filio Sem appellati. Hieronymus de locis lib. Actorum apost.

Elamitae, *αιολόγιον* eorum, siue comparati, aut despicientes. Philo in interpret. nomin. de Esai.

Elamitae, abiecti, oppositi, siue despecti. Hieronymus ibid. de Actis apost.

Elasa, legatus Sedechiae ad Nabuchodonosor, per quem Hieremias epistolam misit ad Iudaeos, qui sponte in Babylonem migrauerant. Hier. 29.

Elasa, ad faciendum. Philo in interpret. nominum de Hieremia.

Elath, regio principum Edom, & ciuitas Esau, in decimo a Petra milliario contra orientem. Eusebius de locis Hebraicis.

Elath, terebinthus, uel aulones. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.

Elatus dicitur, qui effertur super mensuras suas. Hieronymus in 1. ad Rom.

Elba, de hac tribu Afer accolas pristinos nequirit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

Elbon, robustus fortitudine, siue Dei fortitudo. Philo in interpret. nomin. de Ezechiele.

Elcan, pars eorum, siue testimonium eorum. Id. ibid. de Numeris.

Elcana, Dei possessio. Id. ibid. de Exodo.

Elchana, Dei possessio. Id. ibid. de 1. Regum.

Elcath, portumculam. Id. ibid. de Iesu Naue.

Elcese, de quo loco & Nahum propheta fuit, nam appellatur Elceseus. Eusebius de locis Hebraicis.

Elcese, aduocati. Philo in interpret. nomin. de 10 na & Nahum.

Elciau, pars Domini. Id. ibid. de libris Regum.

Eldaa, ad scientiam, siue de scientia. Id. ibid. de Genesi. (ibid. de Numeris.)

Eldad, ad solum, siue solitarium, uel ad unum. Id.

Eleale, ciuitas Amorrhaeorum in Galaad, quae cecidit in sorte tribus Ruben. Meminit huius & Esaias in uisione contra Moab & Hieremias: sed & usque hodie uilla grandis ostenditur in primo ab Esbus milliario. Eusebius de locis Hebraicis.

Eleale, ad ascensum, siue cōscensum. Philo in interpret. nomin. de Esai.

Eleaman, unus ex fortissimis ducibus in exercitu Dauid. 1. Par. 11.

Eleazar, filius Aaronis, summus sacerdos post patrem Exod. 6. Leuit. 10. Num. 16. 20.

Eleazar, scriba, tempore persecutionis sub Antiocho Epiphane, cum iuberetur uesci carne porcina, et contemnere Deum legis autorem, ut ostenderet se legem Dei abicere, acerbissimos cruciatus & mortem sustinere maluit. 2. Mac. 6.

Eleazar, proauus Ioseph sponsi Mariae uirginis. Matth. 1.

Eleazar, confessor elephanti. 1. Mac. 6.

Eleazar, Deus meus adiutor, siue Dei adiutorium. Philo in interpret. nomin. de Exodo. & 1. Reg.

Eleazarus significat, qui adiutore patrio Deo usus, Aegyptios effugisset. Iosephus lib. 2. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum, (26.)

Elech, filius Galaad, pronepos Manasse. Numer. Elec,

**Elec.** portio. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

**Electe.** ascendentes. Hieronymus ibidem de 2. Petri.

**Electi.** Electos hic fideles nominauit, qui in medio Iudeorum intercepti erant. Propter electos autem abbreviabantur dies illi. Chrysostomus homil. 77. in Matth.

**Electio.** Electio est, duorum propositorum hoc seligere, et retinere ante alterum. Damascenus lib. 2. cap. 22. de Orthodoxa fide.

Quemadmodum et eligit nos in ipso, etc. Eligi et diuina benignitatis indicium est, et uirtutis eorum qui eliguntur. Chrysostomus serm. 1. ad Ephesios.

**Quid est eleemosyna?** Misericordia. Augustinus serm. 30. de uerbis Domini.

Eleemosyna est, non dare opes, sed cum misericordia illas dare. Chrysostomus hom. 13. in 2. ad Corinth.

Eleemosyna est, quando cum alicuius sit, quando cum liberalitate, quando cum non putas dare, sed accipere, quando quasi beneficio afficiaris, quando quasi lucrum faciens et non perdes, alioqui neque gratia est. Id. ibid. hom. 16.

**Quid est, facite eleemosynam?** facite misericordiam. Augustinus serm. 3. de uerbis Domini.

**Elehab,** in tribu Aser, ciuitas Leuii separata. Eusebius de locis Hebraicis.

Quomodo conuertimini denuo ad infirma et mendica elementa, etc. Elementa apud Romanos quoque etiam prima litera solent dici. Quae uelit intelligi elementa, primas scilicet literas legis, ipse declarat. Dies obseruatis et menses, et tempora, et annos, et sabbata, ut opinor, et coenas puras, et ieiunia, et dies magnos. Tertullianus libro quinto aduersus Marcionem.

Sub elementis huius mundi eramus seruientes. In elementis neomenias significat et sabbatum. Neomenia enim sunt dies Lunares, quos obseruat Iudaei sabbatum uero dies requietionis. Ambrosius in 4. ad Galatas.

**Elementa infirma.** Quomodo iterum conuertimini ad infirma et egena elementa, etc. Infirma et egena dicit elementa, quia imperfecta sunt. Ad regendum enim mundum inuicem egent sui: in Christo enim perfecta salus est. Id. ibid.

Elementa infirma uocat et egena, quod nullam uim habeant ad bona proposita perducendi. Chrysostomus ibid.

**Elementa mundi.** Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Elementa mundi legales obseruationes appellauit, quandoquidem a sole et luna nox et dies perficitur: a diebus autem septimanae, et menses, et anni conficiuntur: lex autem et sabbata, et nouilunia, et festa anniuersaria, et annorum hebdomadas seruare iussit. Theodoretus ibid.

Elementa mundi, eosdem quos supra tutores et auctores dixerat, appellauit, quod sub ipsis primum praesidiis constituti, quia necdum filij Dei capere ad nos poteramus aduentum, erudiebamus in mundo. Non-

nulli eos esse angelos arbitramur, qui quatuor mundi elementis praesideant: terrae uidelicet, aquae, igni, et aeri: et necesse esse ut priusquam quis credat in Christo, illis arbitris gubernetur. Elementa mundi, caelum et terram, et ea quae intra haec sunt, plerique appellata putant: quod uidelicet solem, lunam, maria, sylvarum et montium deos, et sapientes Graeciae et Barbarum nationes, Romanique omnium superstitionum sentina uenerentur: a quibus cum Christus uenerit liberamur, intelligentes ea creaturas esse non numina. Alij elementa mundi, legem interpretantur Moysi et eloquia Prophetarum, quod per haec, quasi initia et exordia literarum, Dei timorem qui sapientiae principium est, suscipiamus. Hieronymus ibid.

Iuxta traditionem hominum, iuxta elementa mundi, et non iuxta Christum. Solem et lunam uocat elementa mundi, quemadmodum et in ea quae ad Galatas est dixit: Quomodo denuo conuertimini ad infirma et egena elementa? Chrysostomus hom. 6. ad Colossenses.

**Eleonis,** id est montis Oliueti, quod interpretatur diuinitas uel allaborantes. Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

**Eleutheropolis,** urbs sita in ripa fluminis Soree, in tribu Iuda, medio itinere inter Ierosolymam et Ascalonem.

**Eleutherus,** flumen in finibus Phoeniciae et Syriae, cuius mentio fit in historia Ionathae. 1. Macc. 11. 12.

**Elhanan,** miles Dauidis, interfecit Goliath Philistaeum. 2. Sam. 21.

**Eli,** auus maternus Christi. Luc. 3. 23.

**Eli,** Deus meus, siue scandens, siue sciens. Philo in interpret. nom. de 3. Regum.

**Eli,** ascendens. Hieronymus ibid. de Luc.

**Eli eli lamma azabthani,** Deus meus, Deus meus quare dereliquisti me. Id. ibid. de Mattheo.

**Eli,** Dei Domini, uel Deus Dominus. Philo in interpret. nom. de libris Regum et Zacharia. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Elias,** Deus meus. Philo ibid. de 3. Reg.

**Eliab,** Deus meus pater, uel Deus pater. Id. ibid. de Exodo, Numeris et 1. Regum.

**Eliaba,** nequaquam absconditus. Id. ibid. de 2. Reg.

**Eliachim,** praefectus praetorio in aula apud Ezechiam regem Iuda. Esa. 36. 22. 2. Reg. 18.

**Eliachim,** nepos Zorobabel in genealogia Christi. Matth. 1.

**Eliachim,** Dei resurrectio. Philo in interpret. nom. de libris Regum.

**Eliachim** interpretatur Dei adiudicatus. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matth.

**Eliacim,** Dei resurrectio, uel Deus resuscitans, aut Deus resuscitauit. Hieron. in interpret. nom. de Mat.

**Elianan,** Domino donante. Philo ibid. de 2. Reg.

**Eliadad,** Deus meus patruelis, uel Deus meus patruus. Id. ibid. de Numeris.

**Eliadabe,** Deus meus scit. Id. ibid. de 2. Reg.

**Eliazer,** aëronomus Abrahae. Gen. 15.

**Eliazer,** filius Moise. Exod. 18.

**Eliazer,** pater Iosaphat in genealogia Christi. Luc. 3.

p Eliazer,

**Eliezer**, Dei auxilium, uel Deus meus adiutor. Philo in interpr. nom. de Genesi & Exodo. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Elim**, aries siue deficiens. Philo ibid. de Exodo & Esai.

**Elimas**, magus, natione Iudeus subita cecitate puniatur Paulo cōcionāte in urbe Cypri. Paph. Act. 13.

**Elimas**, ad transgressionem, siue transgredi faciens. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Elimelech**, socer Ruth. Ruth 1.

**Elimelech**, Deus meus rex. Philo in interpr. nom. de Ruth.

**Heliopolis**, ciuitas solis, in Aegypto, pro qua in Hebræo scriptum est On, in qua Peirefes sacerdos fuit. Meminit huius & Ezechiel. Eusebius de locis Hebræicis.

**Elioreb**, Dei hyems. Philo in interpr. nom. de 3. Regum.

**Eliphalech**, Deus meus saluans. Id. ibid. de 2. Regum.

**Eliphaz**, Dei mei aurum, uel Dei contemptus. Id. ibid. de Genesi & Job.

**Eliphaz** interpretatur Deus me dispersit. Origenes hom. 19. in Numeros.

**Elisa**, filius Iauan, nepos Iaphet. Gen. 10. Ab hoc Aoles in minori Asia orti sunt, & Aolus rex uentorum seu insularum in mari Græco. Ezech. 27.

**Elisa**, Deus meus, uel eius salus, uel ad insulam, uel Dei mei saluatio, uel Deus saluator. Philo in interpr. nom. de Genesi & Ezechiele.

**Elisabei**, Dei mei saturitas, uel Dei mei iuramentum, aut Dei mei septimus. Id. ibid. de Exodo.

**Elisae**, Dei mei salus. Id. ibid. de 3. Regum.

**Eli sarna**, princeps tribus Ephraim in deserto. Num. 1. 21.

**Elisama**, concellarius Ioachim regis Iuda. Hier. 36.

**Elisama**, Deus meus audiens. Philo in interpr. nom. de Numeris & Hier.

**Elisame**, Deus meus audiuit, uel audiēs, aut Deo meo audiente. Id. ibid. de Numeris, 3. Regum, & Hieremia.

**Elisapham**, Dei mei specula, uel Deus meus abscondens. Id. ibid. de Exodo.

**Elisaphath**, Deus congregauit, uel Dei mei protectio, siue absconso. Id. ibid. de Numeris.

**Elisar**, pater meus fortis, siue pater meus coanguis. Id. ibid.

**Elisas**, Eliseos uocauit eos, quorum princeps fuit, qui nunc sunt Acolij. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiquitatum Iudæicarum.

**Elisee**, Dei est hæc, uel Dei salus. Philo in interpr. nom. de Ezech.

**Eliseus**, Dei mei salus. Hieronymus ibid. de Luca.

**Elisue**, Dei mei salus. Philo ibid. de secundo Regum.

**Elisur**, filius Seducur, princeps tribus Ruben in deserto. Num. 1. 21.

**Eliu**, Deus meus iste, uel Deus domini. Philo in interpr. nom. de 1. Regum, & Job.

**Elin**, Deus meus iste, uel Dei mei istius. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Eliud**, in genealogia Christi. Matth. 2.

**Elizabeth**, uxor Aaronis, soror Naasson ex tribu Iuda. Exod. 6.

**Elizabeth**, uxor Zachariae Sacerdotis. Luc. 1.

**Elizabeth**, Dei mei saturitas, uel Dei mei iuramentum, aut septimus. Hieronymus in interpr. nom. de Luca.

**Elizabeth**, Dei mei iusiurandum, uel Dei mei septimum esse dicitur. Origenes tom. 5. in Ioan.

**Ellasar**, Dei declinatio, siue hanc separans. Philo in interpr. nom. de Gen.

**Ellesar**, ciuitas regis Arioth. Eusebius de locis Hebræicis.

**Ellenon**, id est, Græcorum, ad ascendentes, siue scientia Dei. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Ello m**, uirtulus mæroris, uel festiuitas eorum. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

**Elmadadi**, Dei mei mensura. Hieronymus ibid. de Luca.

**Elmelech**, oppidum tribus Aser, situm in litoribus. Ios. 19.

**Elmodad**, filius Iectan, nepos Heber. Gen. 10.

**Elmodad**, ad matrem eius præcipuam, siue Dei mei suram. Philo in interpr. nom. de Genesi.

**Elmoni**, locus quissiam interpretatur, pro quo Aquila & Theodotion transtulerunt in Aser, quod nos dicere possumus hunc uel illum. Eusebius de locis Hebræicis.

**Elnathan**, ad dantem, siue addentem, uel donum Dei. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

**Elo**, exercitus eius, pro uirtute enim semper in Hebræo, aut turma militum desorbuntur, aut opes. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Eloam** interpretatur uestibulum portæ. Origenes hom. 14. in Hieremiam.

**Elohe**, Deus. Philo in interpr. nom. de lib. Iudic.

**Elolath**, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebræicis.

**Elom** interpretatur arietantes. Origenes homil. 24. in Iesum Naue.

**Elon**, oppidum terræ Moab. Hier. 33.

**Elon**, regio campestris, aut quercus, uel roborcus. Philo in interpr. nom. de Genesi & Numeris.

**Elon**, exercitus fortitudo uel fortitudinis. Id. ibid. de Numeris & Hieremia.

**Eloquia uina**. Qui accepit eloquia uina ut daret uobis. Quid sunt eloquia uina? uel prophetias dicit, uel ea quorum fines per sermones monstrantur. Bene autem eloquia uina dicit, ostendens etiam eloquia esse non uina, de quibus & Ezechiel dicit, sicut quando dicit: Et dedi uobis præcepta non bona. Ad talia igitur respiciens dicit eloquia uina. Chrysostomus hom. 17. in Acta apostolorum.

**Eloth**, quam edificauit rex Azarias. Eusebius de locis Hebræicis.

**Eloth**, arietis signum, uel arietatio. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

**Elrath**, uel potius Elcath, ciuitas Leuitarum in tribu Aser. Ios. 21.

Elthaci, nequaquam uomentem. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Eltechen, protulit. Id. ibid.

Eltheco, in tribu Dan separata Leuitis. Eusebius de locis Hebraicis.

Elthei, in tribu Iuda: est hodieq; Thecua uicus in nono ab Aelia milliario contra meridianam plagam, de quo fuit Amos propheta: cuius sepulchrum ibid. ostenditur. Id. ibid.

Eltholet, ad natiuitatem. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Elul, in tribu Iuda. Est & hodie in regione ad Aeliam pertinente uilla nomine Alula iuxta Chebron. Eusebius de locis Hebraicis.

Elymais, regio & urbs finitima Persiæ & amni Euleo.

## E M

Emacim, quod Symmachus & Aquila transtulerunt uallium. Eusebius de locis Hebraicis.

Eman, terminus Damasci, sicut in Ezechiel legimus, ad orientem uergens Athman & Palmetis, quem ceteri interpretes adiderunt Thamar. Id. ibid.

Eman, accipiens, uel formido eorum. Philo in interpr. nom. de 3. Regum.

Emam, calor eorum. Id. ibid. de Genesi.

Emmam, mater eorum. Idem ibidem de Iesu Naue.

Emmanuel, nobiscum Deus. Id. ibid. de Esaia.

Emath, terminus Allophylorum in regione Damasci. Eusebius de locis Hebraicis. uide Aemath.

Emath, regio Allophylorum. Porro iuxta Hieremiam ciuitas Damasci. Id. ibid.

Emath, in Esaia Damasci ciuitas, quam oppugnauit rex Assyriorum. Meminit huius Zacharias & Ezechiel. In Amos quoq; Emath rabba scribitur, quod nobiscum sonat, Emath magna. Diximus supra & de hac, quod nobis uideretur hanc esse Epiphaniam iuxta Emesam, quæ usq; hodie Syro sermone sic dicitur. Id. ibid.

Emath quam transierunt exploratores, qui ab Iesu missi sunt. Id. ibid.

Emachdor, in tribu Neptalim separata Leuitis. Id. ibid.

Emaus, de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas meminit Euangelista: hæc est nunc Nicopolis insignis ciuitas Palestinæ. Id. ibid.

Emec Achor, quod interpretatur uallis Achor, id est, tumultus atq; turbarum: ubi Acham lapidibus oppressus est, eo quod quedam de anathemate sustulisset. Est autem locus iuxta Hiericho, haud procul à Galgalis. Male ergo quidam putant uallem Achor, à nomine eius qui lapidatus est nuncupatam: cum ille Acham dictus sit, & non Achor uel Achar. Idem ibidem.

Emec Raphaim, id est, uallis Raphaim in tribu Benjamin. Id. ibid.

Emec, uallis. Philo in interpretat. nomin. de Iesu Naue.

Emecasis, uallis concisionis. Id. ibid.

Emere & redimere. Christus nos redemit de

maledicto legis &c. Emere & redimere differunt, quia qui emit, alienum emit: qui autem redimit, id emit propriè quod suum fuit, & suum esse desinit. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Emim, Sic nominant Moabite Enachim. Deu. 2.

Emim, horribiles, uel terribiles. Philo in interpr. nom. de Genesi & Deuteronomio.

Emmim, populi. Id. ibid. de Deuteronomio.

Emmer, pater Phashur sacerdotis. Hierem. 20.

Emmer, sermo uel uerbum. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.

Emor, pater Sichem, qui stuprauit Dinam filiam Iacob. Gen. 34. 33.

Emor, asinus. Philo in interpr. nom. de Gen.

Emor, asinus, si per heth, literam scribatur: quod si per aleph, loquax dicitur. Hieronymus ib. de Actis apostolorum.

Emori, mater lux mea. Philo ibid. de Exodo.

Emori, amaricantis, uel loquentis. Id. ibid. de 3. Regum.

Emorræum, loquentem, siue amaricantem. Id. ibid. de Exodo.

## E N

Enach, gigantis nomen est, cuius posteri urbem Hebron & uicinas tenuerunt, & deleti sunt à Caleb. Ios. 15.

Enach, humilis consurgens, uel humilitas inanis. Philo in interpr. nom. de Iudicum libro.

Enach interpretatur humilitas inanis, uel responsio inanis. Origenes hom. 20. in Iesum Naue.

Enadda, in tribu Issachar. Est autem usq; hodie quedam uilla Enadda pergentibus de Eleutheropoli Aeliam, quasi decimo milliario. Eusebius de locis Hebraicis.

Ennadda, fons exacutus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Enagallim, fons, uel oculus uitulorum. Id. ibid. de Ezechiele.

Enakim, et in hac interfecit Iesus Enakim gigantes de regione montana in Chebron. Sed mihi non uidetur nomen esse loci, sed habitatorum Chebron. Eusebius de locis Hebraicis.

Enaim, in tribu Iuda: hodieq; uilla est Bethenim circa Terebinthum. Id. ibid.

Enaim, oculi, siue fontes. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Enam, ecce hæc sunt, uel oculus eorum. Id. ibid. de libris Regum. Hieronymus ibid. de Luca.

Enan, nubes. Philo ibid. de Numeris.

Enna, quæ est iuxta desertum Cades. Eusebius de locis Hebraicis.

Enarad, ecce concepit. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Enasor, in tribu Neptalim posita est, & supra Asor. Eusebius de locis Hebr.

Ennathan, ad danem, siue Deo dante. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

Ennathon, gratiam dantes. Id. ibid. de Iesu Naue.

Eucæniâ. Facta sunt encæniis in Hierosolymis.

et hyems erat. Magnus hic dies festus, et sollemnis, quo uidelicet templum fabricatum fuerat, cum redierunt e diuturna Persidis captiuitate. Chrysostomus hom. 60. in Ioannem.

Encenia festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim cænon dicitur nouum. Quandoquæq; nouum ali quid fuerit dedicatum, encenia uocantur. Iam et usus habet hoc uerbum. Si quis noua tunica induatur, enceniare dicitur. Illum enim diem quo templum dedicatum est, Iudæi sollemniter celebrabant: ipse dies festus agebatur, tum ea quæ lecta sunt, locutus est Dominus. Augustinus ibid. tract. 48.

Endor, in tribu Manasse, ubi pythouissa à Saule rege Iudææ consultitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Endor, fons generaticnis. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Eneam, ecce ista, uel ecce sunt. Id. ibid.

Energumeni sunt, uexati ab immundis spiritibus. Clemens Romanus lib. 8. de constitutionibus Apostolicis.

Engaddi, in tribu Iuda, ubi absconditus est Dauid in solitudine, quæ est in Aulone Hierichus, hoc est, in regione illa campestri. Eusebius de locis Hebraicis.

Engaddi, desertum in quo absconditus est Dauid. Posuimus et supra Engaddi in tribu Iuda iuxta mare mortuum, contra occidentem. Id. ibid.

Engaddi, fons hædi, uel oculus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue et Ezechiele.

Engaddi interpretatur oculus tentationis meæ. Origenes hom. 2. explanationis prioris in Cantica canticorum, et hom. 2. explanationis posterioris in eadem.

Engaddum, ager terræ Iudææ est, non tantum uineis quantum balsamis florens. Id. ibid.

Engallim. Ezech. 47.

Engallim, fons, uel oculus uitulorum. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.

Engamin, in tribu Iuda Ios. 15.

Engamni, urbs Leuitarum in tribu Isaschar, non procul ab ostio fl. Cison. Ios. 19. 21.

Enganim, in tribu Iuda, nunc est uicus iuxta Bethel. Eusebius de locis Hebraicis.

Enganim, fons hororum. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Eniel, gratia mea Deus. Id. ibid. de Numeris.

Enoch, septimus ab Adam. Doctor et gubernator ecclesiæ Dei ante diluuium, ab ipso Deo uiuus in cælum translatus est. Gen. 5.

Enoch, filius Cain. Ibid.

Enoch, nepos Abraham. Ibid. 25.

Enoch, filius Ruben. Ibid. 46. Num. 26.

Enoch, dedicatio, siue dedicauit. Philo in interpr. nom. de Genesi et Exodo. Hieronymus ibid. de Luca et epist. ad Hebræos.

Enoch, Latine gratiam Dei significat. Eusebius libro 7. cap. 3. de Præparatione euangelica.

Enoch interpretatur innouatus. Cyprianus tract. de montibus Sina et Sion.

Ennon, oppidum est in ripa Iordanis, paulum in

fra mare Galilææ, e regione ostij torrentis Iaboc situm, ubi Ioannes baptisauit. Ioan. 3.

Ennon, ecce hæc, siue sunt. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

Enon, seu Hazarenon, locus in parte orientali Iudææ, seu limitis terræ Sanctæ uersus septentrionem. Ezech. 47. 48.

Enon, fons tristitiæ, uel fons fortitudinis. Philo in interpr. nom. de Numeris et Ezechiele.

Enos, filius Seth, nepos Adæ. Gen.

Enos, homo, siue desperatus, uel uiolentus. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Enos, homo Hieronymus ibid. de Luca.

Enos Latine uerus homo interpretatur. Eusebius lib. 7. cap. 3. de Præparatione euangelica.

Hebræi hominem Enos quoque appellant: quo nocabulo non terrenam, sed rationalem naturam significanti. Proprie autem si uerbum de uerbo Latine exprimitur, obliuiscens Enos denotare uidetur, qualis certe natura rationalis corpori alligata efficitur. Id. ibid. lib. 11. cap. 4.

Ens, est res uel per se existens, et non indigens alio ad consistentiam: uel quod non secundum seipsum potest esse, sed in altero habet existentiam. Damascenus lib. de Dialectica cap. 2.

Eusemes, fons in tribu Benjamin. Ios. 15. 18.

Epænetus, primum in Achaia Euangelium Christi amplexus est. Huic Romæ postea uersanti salutem optat Paulus. Rom. 16.

Epineton, superindutum. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Romanos.

Epaphras, natus in oppido Colossis, primus ibidem Euangelion docuit. Colos. 1. 4. Postea Romæ cum Paulo captiuus fuit, ut apparet ex epist. ad Philemon.

Epaphras, ciuis corinthus erat in primis laude dignus. Theodoretus in 2. ad Coloss.

Epaphra, frugifer, uel equidem uidens. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Coloss.

Epaphran, quem nos crescentem, siue augmentum possumus dicere. Id. ibid. de epist. ad Philemonem.

Epaphroditus, minister ecclesiæ Philippiensis, et legatus adferens Paulo captiuo munera, et fideliter ministrans Paulo. Philippiens. 2. 4.

Epafroditen, frugiferum. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Ephesios.

Epauleum, ascensio tortuosa interpretatur. Origenes hom. 1. in Exodum.

Epha, filius Madian, nepos Abraham. Gen. 25.

Epha, dissolutus, siue mensura. Philo in interpr. nom. de Genesi et Exodo.

Epher, filius Galaad, pronepos Manasse. Numeri 26.

Ephesus, Amazonum opus, ciuitas in Asia, ubi requiescit B. Ioannes Euangelista Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Ephesus, Asia metropolis est. Chrysostomus in argumento epist. ad Ephesios.

Ephesus, uoluntas mea, siue consilium meum. Id. in interpr. nom. de Apocal.

**Ephesus** in Latinam linguam interpretatur uoluntas, siue consilium meum in ea, uel certe anima mea in ea. Id. in 4. ad Ephesios.

**Ephelo**, uoluntas mea in ea, siue anima mea in ea. Id. in interpret. nomin. de 1. ad Corinth.

**Epheso**, uoluntas eius. Id. ibid. de 2. ad Tim.

**Ephesum**, uoluntas mea in ea, siue finis eorum. Id. ibid. de Actis apostolorum.

**Ephesum**, uoluntas eius. Id. ibid. de 1. ad Timoth.

**Ephi**, mensura continens tria sata, quantum uidelicet capiunt 4. 35. oua.

**Ephod**, cinctorium seu pallium tegens humeros. Erat aliud peculiare summi Sacerdotis ex auro, purpura, hyacintho, cocco et bysso contextum. Exod. 28.

**Ephod**, superindumentum, uel superhumeralis, quod Græce dicitur *ἐπιθήκη*, siue *ἐπίπαιδα*. Philo in interpret. nomin. de Numeris, & lib. Iudicum.

**Ephra**, in tribu Masse, ubi Geleon ab angelo uocatur, ut liberet Israelitas à Madianitis oppressos. Iudicum 6.

**Ephraim**, filius Ioseph. Gen. 41. adoptatus in filium ab auo Iacob. Ibid. 48.

**Ephraim**, iuxta desertum, ad quam uenit Dominus Iesus cum discipulis suis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ephraim**, oppidum in finibus tribuum Isaschar & Manasse, inter Hermon & Thabor montes. Ios. 19.

**Ephraim**, crescens, siue frugifer. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Sonat Ephraim, si interpreteris fertilitas. Origen. tomo 31. in Ioannem.

**Ephraim** restitutionem significat, eò quòd redditus esset libertati maiorum. Iosephus lib. 2. cap. 5. antiquitatum Iudaicarum.

**Ephrata**, regio Bethlehè ciuitatis David, in qua natus est Christus. Est autem in tribu Iuda: licet plerique malè existiment in tribu Benjamin iuxta uiam, ubi sepulta est Rachel quinto milliario ab Hierusalem in eo loco, qui à Septuaginta uocatur Hippodromus. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ephrata**, ubertas, siue puluerulenta. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Ephrata**, frugifera, siue de cinere ueniens, aut puluerulenta. Id. ibid. de lib. Iudicum.

**Ephrata**, frugifera, siue equidem uides. Id. ibid. de Psalterio.

**Ephrata** eadem est & Bethleem, sicut in Genesi constat, ubi de Rachel dictum est Et sepelierunt eum in Hippodromo Ephrata, hæc est Bethleem. Et superior prophetia habebat illud: Et tu Bethleem domus Ephrata. Eusebius lib. 7. demonstrat. 5. de demonstratione Euangelica.

**Ephrathes**, humus aut puluis eorum, siue frugifer. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

**Ephree**, rex Aegypti fuit eo tempore quo Hierosolyma euersa est, & Hieremias in Aegyptum abductus. Hierem. 44.

**Ephron**, in tribu Iuda. Est & uilla prægrandis Ephrea nomine contra septentrionem in uicesimo ab Aelia milliario. Euseb. de locis Hebraicis.

**Ephron**, cuius Hebron, à quo Abrahâ emit agrum,

& locum sepulturae uxoris & sui. Gen. 23.

**Ephron**, puluis mæroris, uel puluis inutilis, siue puluis eorum. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Epicurei**, secta philosophorum orta ab Epicuro, qui Athenis tempore Alexandri Magni, & postea uixit, & docuit: Animas hominum unâ cum corporibus interire, negat esse prouidentiam, affirmat uoluptatem esse summum bonum. Vide Laertium lib. 10. fit eorum mentio. Act. 17.

**Epiphania**. Vide Aemath.

**Episcopus**. Si quis episcopatum desiderat, &c. Episcopus à uerbo *ἐπισκοπέω*, id est, considerare, dicitur: quòd omnes consideret, prospiciat, et speculetur. Oecumenius in 3. 1. ad Timotheum.

Hic Episcopum appellat presbyterum. Theodoretus ibidem.

Qui habet in se quæ Paulus enumerat de episcopo, etsi nō est coram hominibus episcopus, episcopus est apud Deum, etsi non per ordinationem hominum ad eum gradum peruenit. Sicut & medicus est, qui medicinalem didicit disciplinam, & potest medicare quasi medicus: etsi egrotantes non ei credant corpora sua, medicus est: sed & gubernator est, qui didicit gubernatoriam artem, & potest ea sicut conuenit uiri: etsi non crediderit ei aliquis gubernacula nauis, tamē est gubernator. Origenes in 23. Mathæi.

Terrere per epistolas. Ut non existimemur quasi terrentes uos per epistolas. Ipse potest uideri terrene per epistolas, qui neque autoritatis alicuius est, neque præsens fiduciam habet arguendi: absens autem ideo habet, quia præsens timet. Ambrosius in 10. 2. ad Corinthios.

## E R.

**Er**, uigilia, siue pollicens, aut resurrectio, uel effusio. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Er**, uigilans, aut consurgens, uel pollicens. Id. ibid. de Numeris.

**Er**, uigilans, aut uigilia. Hieronym. ibid. de Luca.

**Eram**, uita sublimis. Philo ibid. de Iesu Naue.

**Eran**, uacue fecit. Id. ibid. de Numeris.

**Erastus**, œconomus seu quæstor ciuitatis Corinthi. Rom. 16. Conuersus à Paulo, aliquandiu comes fuit professionum eius. Act. 19. cum Timotheo mittitur in Macedoniã. Sed Paulo Romæ captiuo, Corinthi mansit. 2. Tim. 4.

**Erastus**, frater meus uidens aut uigilans, satis absurdè uocabulum figuratum. Hieronym. in interpret. nomin. de Actis apostolorum, epist. ad Romanos, & 2. ad Timotheum.

**Ereb**, in tribu Iuda: est hodieq; uilla in Daroma, id est, ad austrum quæ Heromith nuncupatur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Erecon**, terminus tribus Dan iuxta Ioppen. Idē ibidem.

**Eremmon**, uicus Iudeorum prægrandis in decimo sexto ab Eleutheropoli milliario contra meridiem in Daroma. Id. ibid.

**Ergab**, ad quem locum Ionathan filius Saul uerū dirigit, militaribus iaculis se exercens. pro quo Aquila & Symmachus interpretati sunt lapidem, licet in

alio loco Symmachus pro hoc τὸ πρῶτον dixit id. ibid.

Eri, uigil meus. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

*Esau* est, cum quis semper ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alieno, & muliebri iurgio contendit, & prouocat contententem. Hec alio nomine apud Græcos *φισαρία* appellatur. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Erma, ubi pars populi caesa est Israelis ab Amalech & Cananæo: quem in Deuteronomio Amorraem Scriptura uocat. Eusebius de locis Hebraicis.

Erma, & hanc Iesus cepit rege illius interfecto, quæ fuit in sorte Simeonis siue Iuda. Id. ibid.

Erma, anathema eius. Philo in interpret. nomin. de Numeris, Deuteronomio & Iesu Naue.

Ermam, auferentem, siue anathema nostrum. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

Ermes, anathema mœroris. Idem ibidem de Actis apostolorum.

Ermogenes, uomens eos in ualle, sed melius mons seruat. Id. ibid. de epist. 2. ad Timotheum.

Ermon, mons Ermon, quem Phœnices cognominant Sanior. Eusebius de locis Hebraicis.

Ermon, anathema tristitia, siue damnatio. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio & Iesu Naue.

Ermon, anathema eius, uel anathema mœroris. Id. ibid. de Psalterio.

Ermon, anathematizantes mœrorem. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

Erodes, pelliceus, gloriosus. Hieron. ib. de Luca.

Erodes, pellis gloria. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Eroim, ciuitas in Aegypto, ad quam Ioseph occurrit patri suo Iacob. Eusebius de locis Hebraicis.

Eroon, id est, Eroim, infacie eorum, siue uigilie dolorum. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Eruditus in bono. Volo uos proficere ut eruditi sitis in bonum, rudes uero in malum. Eruditus in bono hic est, qui bona operatur. Rudes uero in malum hi sunt, qui ignorant opera mala, id est, usum malicie nesciunt. Ambrosius in 16. ad Romanos.

## E S

Esaan, oppidum Iudææ. Ios. 15.

Esaan, inuitor, siue confirmo. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Esaias propheta, qui gubernauit sua doctrina et consilij ecclesiam populi Iudaici annos 80. Et eodem uixerunt prophetae Amos, Oseas, Micheas, Ionas, & cetera.

Esaias salus Domini: uerum apud Hebræos ab i, li tera sumit exordium. Hieronymus ibidem de Actis apostolorum.

Esata, salus Domini. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Elaiou, uoluntas, siue consilium mœroris. Philo ibid. de 3. Regum.

Esan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Elau, filius Isaac, frater Iacob. Gen. 25. 27.

Esau, factura, siue rubeus, uel accruus lapidum, seu uanus, aut frustra. Philo in interpret. nomin. de Genesi

& Deuteronomio. Hieron. ibid. de epist. ad Hebræos.

Esau, ut aiunt qui Hebræa nomina interpretantur uel a rubore, uel a terra, id est, rubrus uel terrenus, uel, ut alijs uisum est, factura dictus uidetur. Origenes homil. 1. in Genesim.

Diligebat pater quidem senioreni, qui uocabatur Esau, secundum etymologiam pilorum. Hebræi namque capillatur a Seiron dicunt. Iosephus lib. 1. cap. 26. antiquitatum Iudaicarum.

Elau, uoluntas mœroris, siue fortitudinis. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Esban, filius Disan, nepos Seir. Gen. 36.

Esban, ignis in eis. Philo in interpret. nomin. de Gen.

Esbel, ignis uanus, siue uetus. Id. ibid. de Genesi.

Eschabod, cecidit gloria, uel uae gloriae. Id. ibid. de 1. Regum.

Eschamina, concitatio. Id. ibid. de Iesu Naue.

Eschamoe, cogitans. Id. ibid. de 1. Regum.

Eschani, habitantes contemptum. Idem ibidem de Ezechiele.

Eschaol, ignis parturitionis. Id. ib. de Iesu Naue.

Eichemo, ciuitas sacerdotalis, nunc autem ostenditur praegrandis uicus Iudæorum in Daroma: qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionem. Eusebius de locis Hebraicis.

Elcho potest dici litigium. Iosephus lib. 1. cap. 26. antiquitatum Iudaicarum.

Eichol, frater Mambre hospitis Abraham. Genesim 14.

Eicol, botrus, siue ignis omnis. Philo in interpretationibus nomin. de Genesi & Numeris.

Eida, misericordia. Id. ibid. de 3. Regum.

Eidod, effusio, uel incendium, siue ignis patruelis. Id. ibid. de Deuteronomio & Iesu Naue.

Eidas, sacerdos patrius Iosue seu Iesu sacerdotis magni, qui cum Zorobabel primus ex Babylone redijt. Postea Esdras anno septimo Artaxerxis Hierosolyma profectus est, cum mandatis a rege datis, ut Rempub. instaurarent. 1. Esd. 7. 8. Nehem. 8.

Esdras interpretatur adiutor. Origenes homil. 1. in Ezechielem.

Eidrelon, locus Bethuliae & Dothaim uicinus, ut apparet Iudith 7.

Esebon, filius Gad patriarchæ. Gen. 46.

Esebon, ciuitas Segis Amorraeorum in terra Galaad: quæ cum fuisset ante Moabitum, ab Amorreis belli iure possessa est. Meminit huius Hieremias, Esaias quoque in uisione contra Moab. Porro nunc uocatur Esbus, urbs insignis Arabiae, in montibus qui sunt contra Hiericho, uiginti a Iordane millibus distans. fuit autem in tribu Ruben separata Leuitis. Eusebius de locis Hebraicis.

Esebon, cogitatio, siue cingulum mœroris. Philo in interpretationibus nominum de Numeris & Hieremia.

Eseli, uicinus meus. Hieronymus ibid. de Luca.

Eseliau, prope Dominum est. Philo ibidem de libris Regum.

Esemel, electrum. Id. ibid. de Ezechiele.

Eser, filius Seir, Horreus. Gen. 36.

**Eser**, urbs quam edificauit Salomon. Eusebius de locis Hebraicis.

**Eser**, fictus, id est, plasmatus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Esiogaber**, uoluntas, siue consilium tristitiae confortata, uel iuuenilis. Id. ibid. de 3. Regum.

**Eslî**, pater Nabum, in genealogia Christi. Lucae tertio.

**Esmona**, uigesima sexta mansio Israelitarum. Numerorum 33.

**Esna**, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

**Esna**, uoluntas, quam nos à secundo numero dicere possumus secundantem, uel ignis, uel ediffertio. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Esrâi**, indigena, uel orientalis. Idem ibidem de 3. Regum.

**Esrôm**, filius Phares, nepos Iudæ. Gen. 46. 1. Par. 1. Matth. 1. Luc. 3.

**Esrôm**, filius Ruben. Gen. 46.

**Esrôm**, oppidum in finibus Iudæ & Arabie, prope Cadesbarne. Ios. 15.

**Esrôm**, irascens, uel sagitta uisionis. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Esrôm**, iacula gregum. Id. ibid. de Genesi.

**Esrôm**, sagittam uidit, siue atrium eorum. Hieronymus ibid. de Matthæo.

**Esrôm**, sagittam uidens, siue atrium tristitiae, uel fortis. Id. ibid. de Exodo.

**Esrôm** sicut Hebræorum sermonum nominum interpretes dicunt, interpretatur iaculum uidens. Auctor operis imperfecti homil. 1. in Matthæum.

**Esrôn**, quæ et Assur, iuxta eremum in tribu Iuda. Euseb. de locis Hebraicis.

**Esrôn**, sagittam uidens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Esrâi**, insule libatio, sed melius incensum. Hieronymus ibid. de Matthæo.

**Essentia**. Essentiae nomen nudo modo in ueteri ac nouo testamento non habetur, sensus autem ac significatio eius ubique habetur. Et primum in his quæ Deus Moysen mittens, dixit: Sic dicis ad filios Israel: Qui est, &c. uelut de eo qui primario pater intelligitur, ex quo omnis patrum familia in coelo & in terra nominatur, qui neq; ex aliquo est, & his quæ sunt, ut sint causa est. Quandoquidem uero & filius est qui est, accepit hoc ex Euangelio secundum Ioannem dicentem: In principio erat uerbum. Epiphanius libro 3. tom. 1. contra hereses.

Ne heretici decipientes simpliciores, dicerent filium idem cum uerbis, quæ loquitur Deus, Patres differentiam filij Dei ad uerba Dei ostendentes, filium essentiam uocauerunt, ita differentiam declarantes, quod Deus est qui est, & uerba quæ loquitur sunt, sed non essentia Dei, uerum uocales actiones. At filius uerbum existens, non est uocalis actio Dei, sed filius existens, essentia est. Si enim Pater est qui est, & filius est qui est, est autem sic filius, uelut qui ex Deo ingenue ipsum esse habet. Verbum intelligitur filius, non uelut uerba quæ Deus loquitur. Illa enim ipsum esse in loquente habent, hic uero eò quod ex Patre geni-

tus est, & Patrem audit, & Patri ministrat, ipsum esse se habet. Hanc igitur substantiam Patres uocauerunt essentiam. Id. ibid.

**Esin** Græca lingua logion, Latina rationale significat. Iosephus libro 3. capite 11. antiquitatum Iudaicarum.

**Estamoe**, mulier uentris. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Estahul**, in tribu Dan, ubi mortuus est Sampson quæ usque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos militario contra aquilonem pergentibus Nicopolim. Euseb. de locis Hebraicis.

**Estema**, ad quem locum misit Dauid. Id. ibid.

## E T.

**Etha**, in tribu Simeonis. Eusebius de locis Hebr.

**Ethai**, Gethæus, capitaneus regis Dauid. 2. Samuelis 16.

**Ethalon**, limes terræ Israelitis promissæ, uersus septentrionem et occasum. Ezechielis quadragesimo septimo, & quadragesimo octauo.

**Ethalon**, incunabula moeroris. Philo in interpret. nomin. de Ezechiele.

**Etham**, castra filiorum Israel in deserto, quæ appellatur Ebutham. Eusebius de locis Hebraicis.

**Etham**, ubi habitauit Sampson, in spelunca Etham, iuxta torrentem. Id. ibid.

**Etham**, consummatus, siue suscipiens navigationem. Philo in interpret. nomin. de Exod.

**Ethan**, autor Psalm. 88, ortus est à Musi, filio Merari, filij Leui.

**Ethan**, fortem, robustus, siue ascensus. Philo in interpret. nomin. de Numeris & 3. Regum.

**Ethan** Hebræi humiliatū uocat. Arnob. in Psalm. 88.

**Ethan**, tertia mansio Israelitarum egredientium ex Aegypto. Exod. 13.

**Ethan**, mons in tribu Iuda. Iud. 15.

**Ethai**, orti à Heth, filio Canaan. Gen. 10. 15. 27. tenuerunt Hebron & uicina loca. Gen. 23. Ex horum posteritate fuit Urias, cuius uxorem Bethsabee Dauid arte interfecto marito rapuit. 2. Sam. 11.

**Ethanim**, robustorum. Philo in interpret. nomin. de 3. Regum.

**Ethad** quoniam est, uoluntarius cultus ac superstitio. Theodoretus in 2. ad Colossenses.

**Ether**, fortis Symeonis: & nunc est uilla prægrandis nomine Iethira, in interiore Deroma iuxta Malatham. Eusebius de locis Hebraicis.

**Etheus**, formidans, siue stupens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Ethi**, timuerunt, siue obstupuerunt. Idem ibidem, de Exodo.

**Ethim**, terra Hetheorum. Iud. 1.

**Ethon**, est Heliopolis, quæ dicitur ciuitas solis. Origenes homil. 1. in Exodum.

**Etna**, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

**Etthi**, mecum. Philo in interpretationibus nominum de 1. Regum.

## E V

**Eua**, uxor Adæ protoplasti, mater omnium hominum. Gen. 2.



**Eua** significat omnium uiuentium matrem. Iosephus lib. 1. cap. 2. antiquitatum Iudaicarum.

**Eua**, calamitas, aut uita, uel uita. Philo in interpret. nom. de Genesi. Hieronymus ib. de 1. & 2. ad Corinth. & 1. ad Thimotheum.

**Eua** citra aspirationem Hebraeis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Epiphanius lib. 3. tom. 2. contra hereses.

**Euæus**, filius Canaan, nepos Cham. Gen. 10. 15.

**Euæus**, lapides colligens, quod Græcè dicitur *εὐαίος*. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

**Euæum**, ferum, siue pestimum. Id. ibid. de Gen.

**Eubulus**, Romæ sancto Paulo familiaris fuit. 2. Tim. 4.

**Eubulus**, cohabitator. Hieronymus in interpret. nom. de 2. ad Tim.

**Euangelistæ**, Alios uero **Euangelistas**, &c. **Euangelistæ**, diaconi sunt, sicut fuit Philippus. Quæuis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Ambrosius in 4. ad Ephesios.

**Euangelium**. Non enim erubescio **Euangelium**. Virtus enim Dei est &c. Definiens quid sit **Euangelium** pronunciat. Virtus enim, inquit, Dei est in salutem omni credenti, Iudeo primum & Græco. Origen. lib. 1. ad Rom.

**Euangelium** Græcè, Latine bona annunciatio prædicatur, quod proprie ad regnum Dei & remissionem pertinet peccatorum. Unde dicitur: **Pœnitentini & credite Euangelio**, & appropinquabit regnum caelorum. Hieronymus in 1. Matih.

**Euangelium**, Latine bona annunciatio dicitur, natiuitatis scilicet Christi, passionis & resurrectionis & in caelum ascensionis. Id. in 1. ad Romanos.

**Euangelium Christi**. Segregatus in **Euangelium Dei**. In alijs locis scripturæ **Euangelium Christi** esse dicitur, sicut & Marcus **Euangelista** scribit. Initium **Euangelij Iesu Christi**, sicut scriptum est in **Esaiâ** Propheta. Verum quoniam **Christus uerbum est**, & in principio erat apud Deum, & Deus erat uerbum, unum atq; idem dicit, **Euangelium Dei & Euangelium Christi**, uel quia ipse Dominus dicit: **Ego & Pater unum sumus**. Et iterum dicit ad Patrem: **Omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in his**. Ergo & **Euangelium Patris Euangelium filij est**. Origenes lib. 1. ad Romanos.

**Quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei**, &c. **Euangelium gloriæ** appellauit prædicationem, quoniam futuram gloriam pollicetur credentibus. Theodoretus in 1. 1. Timoth.

Non mirum, si **lex spiritalis** dicatur & **lex mortis**, cum & **Euangelium** eodem modo sit. Dicit enim alio loco inter cætera: **Alijs odor uitæ ad uitam, alijs odor mortis ad mortem**. Quos enim opinio uirtutum aut rerum gestarum, uisus aut auditus attraherat ad fidem, his odor uitæ erat **Euangelium**. Illis autem quorum sensum inflammabat facta uirtus ad contradicendum, mortis erat odor prædicatio fidei. Vna ergo cum sit fides diuersitatem præstat hominibus, sicut & sol cum sit unus cæram soluit, lutum stringit. Quæ ergo quis mète

odoratus fuerit fidem, sic proficiet illi. Ambrosius in 8. ad Romanos.

**Euangelium meum** quod prædico inter Gentes. Quod fortassis ut heres Christi dicit, & tanquam in **Euangelio coheres**, quia & alibi etiam plurimorum dicit esse **Euangelium**, sicut ad Galatas: Sed eisi uelatum est **Euangelium nostrum**, id est, omnium qui coheredes sumus Christi. Verum & secundum hoc quod ipse prædicator eius est, rectè suam dicit esse, **Paulus Euangelium**. Origenes libro primo ad Romanos.

In die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum **euangelium meum**. **Euangelium Pauli est**, quod **Paulus annunciauit**. Id. ibid. lib. 2.

**Euangelio salutis uestre**. Bene uocat **Euangelium**, salutis **Euangelium**, partim ad legem, partim ad futurum supplicium clanculum respiciens. Nihil enim aliud est prædicatio, quam salutis **Euangelium**, eo quod non amplius perdit eos, qui tamen ut perderentur digni essent. Chrysostomus in 1. ad Eph.

Super **communicatione uestra in Euangelio**, &c. **Euangelij communionem fidem uocauit**. Theodoretus in 1. ad Philipp.

Et **confirmatione Euangelij**, &c. **Euangelij confirmationem appellauit perperiones**. Idem ibid.

Magis ad profectum uenerunt **Euangelij**. Profectum **Euangelij** uocauit multitudinem credentium. Id. ib.

Et non dimoti à spe **Euangelij**. Quid est spes **Euangelij** aliud nisi **Christus**? Ipse enim & pax nostra, & qui omnia ista perfecit. Chrysostomus hom. 4. ad Colossenses.

**Euchodiam**, apprehendentem **Dominum**. Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Ephesios & 2. ad Timoth.

**Eud**, accipiens gloriam. Philo ibid. de Iesu Naue.

**Eudonia**. Secundum placitum uoluntatis suæ. **Uerbum eudonia**, quod Latinus interpretatus est, placitum: apud Græcos compositum est ex duobus integris *εὐδονία*, à bene & placito, quod nos possumus dicere beneplacitum: quia non statim omne quod placuit, & bene placere potest: sed ibi tantum *εὐδονία*, hoc est, beneplacitum dicitur, ubi quod placuit, rectè placitum comprobatur. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

*εὐδονία*, hoc est, beneplacitum, solet ponere scriptura pro beneficio afficiendi uoluntate. **Beneplacitum est**, inquit, Domine in terra tua, & **Cōplacet Domino in timentibus eum**, & **Si subtraxerit se nō complaceat anima mea in ipso**. Theodoretus ibid.

Pro bona uoluntate. *εὐδονία*, hoc est, beneplacitum, appellauit bonam Dei uoluntatem. Idem in 2. ad Philippenses.

**Euge**. Non dicant in cordibus suis **euge euge anime nostræ**, nec dicant deuorabimus eum. **Euge euge**, & in bono accipitur & in malo. Nam dicitur, **euge serue bone & fidelis**, dicitur &, **euge uiderunt oculi nostri**. **Euge ergo uox eius est**, cuius desiderium uidetur impletum, siue in bono, siue in malo. Arnobius in Psalm. 34.

**Eui**, princeps Madianitarum. Num. 31.

**Eui**, ferales, uel feroces. Philo in interpret. nom. de Exodo.

Eui, desideravi, uel desiderans, siue est. Id. ibid. de Numeris & Iesu Naue.

Euila, ubi aurum purissimum, quod Hebraicè dicitur Zaab, & gemmæ preciosissimæ carbunculus smaragdusq; nascuntur. Est autem regio ad orientem uergens, quam circumit de paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangen uocant. Sed & unus de minoribus Noe Euila dictus est, quem Iosephus refert, cum fratribus suis à flumine Cephene & regione Indie usq; ad eum locum, qui appellatur terrie possedisse. Sed & Ismael in solitudine Euila habitasse scribitur: quam Scriptura sancta esse ait in deserto Sur contra faciem Aegypti: & inde tendere usq; ad terram Assyriorum. Eusebius de locis Hebr.

Euila, dolens, siue parturiens. Philo in interpr. nom. de Gen.

Euilæi. Ab Euila Euilei, qui nunc Getuli uocantur. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiquitatum Iudaicarum.

Euilath, à principio. Philo in interpr. nom. de 1. Regum.

Eui m, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Eui m, iniqui. Philo in interpr. nom. de Deuteronomio.

Eui m, beluinus, uel ferinus interpretatur. Origenes hom. 26. in Numeros.

Eunice, mater Timoth. 2. ad Timoth. 1.

Eunice, ornantis. Hieronymus in interpr. nom. de 2. ad Timotheum.

Eunuchus uerus est, non qui non potest, sed qui non uult dare operam uoluptati. Clemens Alexandrinus lib. 3. cap. 4. pædagogii.

Eunuchus. Ne dicat eunuchus, lignum aridum sum. Eunuchus non qui per uim excisas habet partes, sed nec qui cælebs est, dictus est, sed qui non gignit. Ad lib. 3. Stromatum.

Eunuchi. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Triplex genus est eunuchorum, duorum carnalium, & tertij spiritalis. Alij sunt qui de matris utero sic nascuntur. Alij quos uel captiuitas facit: uel deliæ matronales. Tertij sunt qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum: & qui cum possint esse uiri, propter Christum eunuchi fiunt. Hieronymus in 19. Matth.

Eunuchi sunt ex matris utero, qui frigidioris naturæ sunt, nec libidinem appetentes. Id. ibid.

Euodia, Philippensis matrona. Philip. 4.

Eupator, filius Antiochi Epiphanis, successit patri in Regno Syriæ, cui præfuit annos duos. Postea interfectus est à Demetrio patruo.

Euphrates, fluius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Porro Salustius autor certissimus asserit tam Tygris quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animaduertimus aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendum. Eusebius de locis Hebr.

Euphrates, frugifer, siue crescens. Philo in interpr. nom. de Gen.

Euphrates. Vocatur Euphrates quidè foras, quod significat dispersionem seu flos. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiquitatum Iudaicarum.

Euphrate, frugifero. Hieronymus ibid. de Apoc.

Eupolemus, legatus Iudæ Maccabæi ad populum Romanum. 1. Macc. 8.

Eurielion, commiscens, siue deorsum duces. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

Eutichus, à S. Paulo resuscitatus in Troade. Actorum 20.

Eutyches, amens. Porro Græcè dicitur fortunatus. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

## E X

Exacerbatio. Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabatur spiritus illius in ipso, &c. Non ira hoc loco, neq; indignatio est, exacerbatio uel incandescencia, sed excitationem ac zelum significat. Sicut etiam alibi: facta est, inquit, exacerbatio inter illos. Quid est exacerbabatur? pro eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim est ab ira & indignatione donum Spiritus. Non ferebat, sed mordebatur. Chrysostomus hom. 38. in Acta apostolorum.

Exaltatio. Cum exaltaueritis filium hominis, &c. Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis, non cæli: quia & ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio humiliatio fuit. Tunc enim factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Augustinus tract. 40. in Ioan.

Et ego si exaltatus fuero à terra, &c. Exaltationem suam quid aliud dixit quam in cruce passionem? Quod & ipse Euangelista non tacuit: subiunxit etenim & ait: Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Id. ibid. tract. 52.

Excudi. Foderunt illum principes, excuderunt reges. Quod dixit excuderunt, ab excudendo, non ab excidendo dictum est. Excudi enim dicitur, quod in saxo uel cæditur, uel formatur. Origen. hom. 12. in Numer.

Exercitus. Et missis exercitibus suis, &c. Exercitus seu ultores angelos: de quibus in Psalmis scribitur: immisiones per angelos pessimos, seu Romanos intelligamus sub duce Vespasiano & Tito: qui occisis Iudææ populis, præuaricatricem succenderint ciuitatem. Hieronymus in 22. Matth.

Audiens autem rex iratus est, & misit exercitum suum, &c. Romanus exercitus, dicitur exercitus Dei: Quia Domini est terra, & plenitudo eius. Nec enim uenissent Romani in Hierusalē, nisi Dominus eos excitasset. Quidam autem exercitum angelos dicit: & ciuitatem pro ciuibus ponit: ac si diceret: Misit angelos suos, & ciues illos misit in ignem æternum. Autor operis imperfecti ibid. hom. 41.

Exhortatio. Exhortatio enim nostra non de errore, &c. Exhortationem appellauit doctrinam. Theodoretus in 2. 1. ad Thessal.

Dum uenio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Exhortatio differt à doctrina, quod doctrina quidem absq; ullo impedimento diuersas tradet doctrinas: Exhortatio autem uel eos qui sunt tristes consolatur, uel eos qui irascuntur consilio mitigat. Id. in 4. 1. ad Timoth.

Exhortatio est, cum miti uerbo aliquos prouocamus ad opus bonum. Docere uero, quando ea que latent, intimamus mentibus audientium. Ambrosius ibid.

Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Quid est

est hoc quod dictum est, exinde? Quasi antea non querebat? Lege superiora, et inuenies iam dudum eum querere dimittere Iesum. Exinde itaque intelligendum est, propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quamuis minus peccans quam Iudei, qui eum illi tradiderant occidendum. Exinde ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio querebat eum dimittere. Augustinus tract. 116. in Ioan.

Exire inde. Recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis. Quid est exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona salua pace fieri potest? Displicuit tibi quod quisque peccauit, non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam si res exigit congruam, et que unitatem non uolet disciplinam, existi inde. Id. serm. 18. de uerbis Domini.

Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, et uoluntate non consentire, et ore non parcere. Id. ibid.

Expectatio est, opinio futuri. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Experientia est, scientia comprehendens, adeo ut etiam diligenter perscrutetur quale sit unumquodque. Id. ibid.

Explorare. Qui subintrauerunt explorare libertatem nostram, et c. Explorare est, sic intrare, ut aliud fingat, et aliud querat. Ambrosius in 2. ad Galat.

Expollatio est, que artificiali auxilio clam fit uituperatio, que ipsa quoque saluti prouidet sub teamento. Clemens Alexandr. lib. 1. cap. 9. pedagog.

Extasis. Inmisit Deus sororem et extasim in Adam, et dormiuit. Extasis iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim extasis stupor ob excellentiam admirationis. Dicitur et extasis insania, eò quod à proposito emoueat. Verum illa somni extasis, hoc est, sopor, iuxta alium modum dictus est, iuxta naturalem actionem, maxime eò quod profundissime. Adam inductus esset, qui manu Dei formatus erat. Reuera enim uidere licet, quod merito hanc extasim diuina Scriptura posuit. Nam dum dormit homo, transferuntur omnes sensus ad quietem conuersi. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hereses.

Exterminare. Exterminant enim facies suas et c. Verbum exterminant, quod in ecclesiasticis scripturis uisio interpretum tritum est: aliud multò significat, quam uulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demolitur semper accipere debemus: quod Græcè dicitur ἀποδοῦν. Demolitur autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulet: et animo forte letante, luctum gestet in uultu. Hieronymus in 6. Matt.

Externi. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab externis. Externos dicit infideles. Theodoretus in 3. 1. ad Timotheum.

Extollentia. Si quis extollitur. Extollentia superbia est. Ambrosius in 1. 2. ad Corinth.

Extra. Munda calicem interius, ut exterius mundus fiat. Corpus quod extra, animam quod intus est

appellat. Chrysostomus hom. 74. in Mattheum.

Exul, ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15.

Exulare. Quomodo est exulare, extra solum fieri: exorbitare, extra orbitam fieri: sic expirare, extra spiritum fieri, qui spiritus anima est. Augustinus tract. 47. in Ioan.

Exultatio. Exultationem dicunt esse leticiam, que est reputatio uirtutis ex ueritate, per quandam exhilarationem et diffusionem animi. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Exurgere à mortuis. Exurge qui dormis, et exurge à mortuis, et c. Exurge à mortuis dicitur Iesus qui in operibus permanent mortuis, in inmunditijs suis et sceleribus perdurantes: que licet hominibus non sint manifesta, Deo tamen sunt cognita. Origenes hom. 1. in Iesum Naue.

In quo et circumcisi estis circumcissione non manu facta in expoliatione corporis carnis, et exuuiæ corporis peccatorum carnis, salutarem baptismum appellauit. In illo enim exuuius sordidam peccati tunicam. Theodoretus in 2. ad Coloss.

## E Z

Ezazon, uisio. Philo in interpret. nom. de 3. Regum.

Ezechias, rex Iudæ, cuius temporibus Ierosolyma cincta obsidione Assyriorum diuinitus liberata sunt, cæsis de exercitu Sennaberib centum octoginta quinque millibus. 2. Reg. 18. 19. 20. 1. Par. 29. 30. 31. 32. Esa. 1. 36. 37. 38. 39.

Ezechias interpretatur confortauit Dominum. Autor incertus hom. 1. in Mattheum.

Ezechiel, Propheta in Babylone consolatur Iudeos, qui suasu Hieremie unà cum Iechonia rege se te migrauerant in Babylonem.

Ezechiel interpretatur imperium Dei. Origenes hom. 1. in Ezechielem.

Ezer, separatus, sanctificatus. Philo in interpret. nom. de libris Regum.

Ezer, fortitudo, uel auxilium. Id. ibid. de Ezech.

Ezion, auus Benadab, regis Syriæ. 1. Reg. 15.

Ezrael, semen Dei. Philo in interpret. nom. de 3. Regum.

Ezraites, semen Dei. Id. ibid. de Psalterio.

Ezri, familia tribus Manasse, orta ab Ezer seu Ezer, filio Galaad pronepote Manasse. Ex hoc ortus fuit Gedgon. Iud. 6.

Ezri, auxilium meum. Philo in interpret. nom. de libris Iudicum.

Ezriel, pater Seraia Hieremie 36.

Ezriel, adiutus à Deo. Philo in interpret. nom. de Hieremia.

## F A



Abulæ. Neque attenderent fabulis, fabulas uocauit, non legis doctrinam, sed Iudaicam interpretationem, que ab eis uocatur ὁ ἀβυλῶν. Theodoretus in 1. 1. ad Timotheum.

Aniles. Prophanas autem et aniles fabulas abnue. Aniles fabulas doctrinas Iudaicas uocauit, non legem, sed falsam legis interpretationem, et intempesti uari

uam eius obseruationem. Id. ibid. in 4.

Aniles fabule deliramenta quaedam sunt. Ambrosius ibid.

Facere, aperiens. Philo in interpr. nom. de Esai.

Facere. Quod Dominum et Christum ipsum Deus fecerit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. fecerit, pro constituerit, et ordinarit, non pro essentiam dederit, positum est. Oecumenius in 1. Actorum apost.

Facere citius. Quod facis, fac citius. Illud uerbum, fac citius, non imperantis est, neque consulentis: sed exprobrantis, et reuocantis ad emendationem: sed cum esset inemendabilis, dimisit eum. Chrysostomus hom. 3. in Ioan.

Restem longam. Ve his qui trahunt peccata sua sicut restem longam. Et quis facit restem longam? Qui peccato addit peccatum. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata que facta sunt, cooperiuntur alijs peccatis. Augustinus tract. 10. in Ioan.

Honestè aliquid fieri. Omnia autem honestè, et secundum ordinem fiant. Honestè illud fit, quod cum pace et disciplina fit. Ambrosius in 14. ad Cor.

In facie. Contra gloriantes in facie, et non corde. Quid est, in facie: in his que uidentur, et que ad obseruationem: tales enim erant illi propter ambitionem omnia facientes: et intus quidem planè uani, et pietatis gerentes faciem et honesti apparentes, bonorum autem operum expertes. Chrysostomus hom. 11. in 2. ad Corinth.

In faciem cedere. Toleratis enim et c. si quis in faciem uos cedit. Deinde continuo subiungit, secundum ignobilitatem dico, ut exponat quid sit in faciem cedi, hoc est, contemni atque despicere. Augustinus lib. 11. super sermonem Domini in monte.

In faciem teditur, in cuius os iniuria irrogatur. Ambrosius in 1. 1. 2. ad Cor.

Resistere. In faciem illi restiti. Quid est hoc, nisi in presenti ei contradixi? Ambrosius in 2. ad Galat.

Iuxta faciem. Quod dixit *κατὰ πρόσωπον*, id est, iuxta faciem, perinde est quasi dixisset, in speciem. Chrysostomus ibid.

Facia, aperiens Domino, uel oris assumptio. Philo in interpr. nom. de libris Reg.

Facud, uisitatus, uel uisitans. Id. ibid. de Ezech.

Fadai, redemptio Domini. Id. ibid. de libris Regum.

Fadaia, redemptio Domini. Id. ibid. de tertio Regum.

Fadassur, redemptio fortis, siue uallata. Id. ibid. de Numeris.

Fagur, oris pellis, uel hiauit. Id. ibid.

Falazar, cadens princeps, uel cadetem principem. Id. ibid. de libris Regum.

Faldas, ruina paupertatis, siue cadens germen. Id. ibid. de Gen.

Falech, diuidens, aut diuisit. Hieronymus ibid. de Luca.

Faleci, saluator meus, uel saluans me. Philo ibid. de Numeris et Iesu Naue.

Faleg, diuidens. Id. ibid. de Gen.

Faleth, ruina, uel deiectio. Id. ibid. de Numeris.

Fallu, mirabilis. Id. ibid. de Exod.

Fallui, mirabilis. Id. ibid. de Gen.

Falti, saluatori meo. Id. ibid. de 1. Regum.

Faneandor, interpretatur conuersio. Origenes hom. 14. in Iesum Naue.

Fanuel, locus in quo Iacob tota nocte colluctas, Israelis uocabulum meruit iuxta torrentem Iaboch. Eusebius de locis Hebraic.

Fanuel, interpretatur facies Dei, ab eo quod Iacob ibi Deum uiderit. Id. ibid.

Fanuel, ciuitas quam edificauit Hieroboam. Idem ibidem.

Fanuel, turris quam subuertit Gedeon. Sed et unus de filijs Or uocatus est fanuel. Id. ibid.

Fanuel, facies Dei. Philo in interpr. nom. de Genesi et lib. Iudicum. Hieronymus ibid. de Luca.

Fara, ferocitas eorum. Philo ibid. de Gen.

Farai, hi ante me. Id. ibid. de 2. Reg.

Faran, nunc oppidum trans Arabiam iunctum Saracenis, qui in solitudine uagi erant. Per hoc iter fecerunt filij Israel cum de monte Syna castra mouissent. Est ergo, ut diximus, trans Arabiam contra australem plagam, et distat ab Aula contra orientem, itinere trium dierum. In deserto autem Pharan Scriptura commemorat habitasse Ismaelem. Vnde et Ismaelite qui nunc Saraceni. Legimus quoque Chodorlaomor regem percussisse eos, qui erant in deserto Pharan. Eusebius de locis Hebr.

Faran, ferus eorum, uel frugifer. Philo in interpr. nom. de Exod.

Farao, dissipans, siue discooperiens eum, uel discooperuit eum. Id. ibid. de Genesi et Exod.

Farao, denudans eum, siue dissipator eius. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Farao, discooperiens eum. Id. ibid. de epist. ad Romanos.

Farao, nudauit eum, siue dissipauit eum. Id. ibid. de epist. ad Hebraeos.

Farao Nechao, dissipans preparata. Philo ibid. de Hieremia.

Faraothoni, auolantis tristitiae meae. Id. ibid. de 2. Reg.

Faras, auctus, siue succrescens. Id. ibid. de Deuteronomio.

Farez, diuisio, siue diuidens, uel uiolentus, aut dissipans. Id. ibid. de Genesi, Numeris, lib. Iudicum, et Ezechiele. Hieronymus ibid. de Matth.

Farfar, fluius Damasci. Eusebius de locis Hebraicis.

Fayfar, fodientes, siue dissipationes, uel talpa. Philo in interpr. nom. de Ezech.

Farisæi, diuidentes, siue diuisi. Hieronymus ibid. de Matthæo et Actis apostolorum.

Farnac, uittulus saginatus, aut discessio mea. Philo ibid. de Numeris.

Farurim, conscius. Id. ibid. de libris Regum.

Fase, transitus, siue transgressio, pro quo nostri pascha legunt. Hieronymus ibid. de Luc.

Fase, transcensus, quod interpretatur pascha. Id. ibid. de epist. ad Hebraeos.

**Falech**, transgressus, siue transcensio. Philo in interpret. nom. de Exod.

**Fatee**, transcensus, siue transgressus. Id. ibid. de libris Regum.

**Falga**, ciuitas Amorrhæorum. Est autem & mons contra orientalem plagam falga, pro quo Aquila interpretatur excisus. Sed & Septuaginta interpretes falga in quodam loco excisum transtulerunt. Eusebius de locis Hebraicis.

**Fasga**, abscisus, uel dolatus, aut os multum: ab ore, non ab osse. Philo in interpret. nom. de Numeris.

**Fasga**, abscisa, uel dolata, siue os delicti. Id. ibid. de Deuteronomio.

**Fatuel**, latitudo Dei, uel aperiens Deus. Id. ibid. de Iohela & Abdia.

**Fatura**, ciuitas trans Mesopotamiam, unde fuit Balaam hariolus: sed & iuxta Eleutheropolim quædam uilla nomine Fatura nuncupatur euntibus. Gazæ. Eusebius de locis Hebraicis.

**Fature**, regio Aegypti iuxta Ezechielem & Hieremiam, in qua profugi habitauerunt Iudæi. Idem ibidem.

**Fathures**, deceptus, calcatus, siue buccella confirmata. Philo in interpret. nom. de Hieremia.

**Fau**, nihil, aut subito. Id. ibid. de Genesi.

## F E

**Fe**, os: ab ore, non ab osse: siue laqueus, uel decipula. Philo in interpret. nom. de Psalterio.

**Feben**, ore edificans, aut oris filium. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

**Fegiel**, occurre mihi Deus, uel occurso Dei. Philo id. de Numeris.

**Felechia**, salus Domini. Id. ibid. de Ezech.

**Felcthe**, mirabilis, siue excludens. Id. ibid. de 2. Regum.

**Felcthi**, admirabiliter. Idem ibidem de tertio Regum.

**Felix**, præses Iudææ & Galilææ, præfuit postremo biennio Claudij Cæsaris. Coram hoc Paulus captiuus causam dicit. Act. 23.

**Felicem**, ruinam facturæ, siue timorem eius, Latinum nomen est. Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

**Felmonialmon**, quod Aquila interpretatur illum uel istum, Symmachus uero nescio quem locum. Theodotion, illum locum. Eusebius de locis Hebraicis.

**Femoralia**. Et femoralia linea sint super corpus eius. Femoralia indumentum est, quo pudenda corporis contegi & constringi solent. Origenes homil. 9. in Leuiticum.

**Fenenna**, conuersio. Philo in interpret. nom. de 1. Regum.

**Fenenna** est conuersio. Origenes hom. 11. in Genesim, & hom. in libros Regnorum.

**Fennador**, conuersio generationis. Philo in interpret. nom. de Deuteronomio.

**Fennag**, nutus. Id. ibid. de Ezech.

**Fenon**, castra filiorum Israel in deserto, fuit autem quondam ciuitas principum Edom, nunc uiculus

in deserto, ubi æris metalla damnatorum supplicij effodiuntur, inter ciuitatem Petram & Zoaram. Eusebius de locis Hebr.

**Ferezei**, separantes, siue disseminati, uel fructificantes. Philo in interpret. nom. de Genesi.

**Fermentum**. Expurgate uetus fermentum, &c. Hoc duplici genere accipiendum est, quia est & fermentum humana doctrina dicente Salvatore: Cauete à fermento Phariseorum, id est, à doctrina. Et ad malam ergo doctrinam cauendam, & ad hanc causam dictum est, quia & eiectio fornicatore, uetus fermentum eicitur. Ideo autem uetus, quia antiqui erroris peccatum est. Ambrosius in 5. 1. ad Cor.

Expurgate uetus fermentum. Id est, hunc scelestum hominem, uel potius non de hoc tantum loquitur, sed de alijs omnibus. Non enim fornicatio duntaxat uetus fermentum est, sed omnis malitia. Chrysostomus homil. 15. in 1. ad Corinth.

Christus fermentum doctrinam appellat. Id. ibid.

Intuemini & cauete à fermento Phariseorum & Sadduceorum. fermentum Phariseorum & Sadduceorum non corporalem panem, sed traditiones peruersas & hæretica significat dogmata. Hieronymus in 16. Matth.

**Verus**. Expurgate uetus fermentum, & non epulemur in fermento ueteri. Quamobrem uetus appellat. Vel quod talis fuerit prior uita nostra: uel quod uetus prope interitum est, & putridum et turpe, quale est peccatum. Neque enim simpliciter uetus expellit, neque simpliciter nouum laudat, sed secundum substantiam materiam. Etenim alibi inquit: Vinum nouum amicus nouus: si inueteraſſet, tunc cum leticia capies. Laudat in amicitia ueterem magis quam nouum. Et iterum: Antiquus dierum sedit. & hic rursum in laude & gloria maxima uetus accipies. Alio autem in loco in dedecore uetus accipit Scriptura. Cum enim res ueræ sint ex malis compositæ, & in bonis & in malis, isdem uitur, non eadem significatione. Vide item alibi, uetus uituperari. Inueterati sunt & prohibiti sunt à semitis suis. Et iterum: Inueteratus sum inter inimicos meos. Et rursum: Inueterate dierum malorum. Ita & fermentum sepe numero pro regno cælorum accipitur, quamuis hoc in loco expellatur. Sed illic pro altero, hic pro altero. Chrysostomus homil. 15. in 1. ad Corinth.

**Ferre** non posse. Sed non potestis portare modo. Quid est ferre non posse, nisi æquo animo non habere? Augustinus tract. 96. in Ioan.

**Felga**, dolata, siue præcisa, aut oris multi. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

**Felot**, os nigredinis. Id. ibid. de Hierem.

**Felstus**, præses Iudææ, successit Felici primo anno Neronis. Act. 24. 26. hic S. paulum Romam mittit ad Neronem. Act. 26. 27.

**Fellum**, ore multorum, hoc Latinum nomen uolenter Hebraicè figuratur. Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

**Fethora**, oris exploratio, siue buccella luminis, uel os turturis. Philo ibid. de Num.

**Fetrese**, Libycus uiculus, siue discooperiens, uel

ferre diuisio, aut os declinans. Id. ibid. de Genesi.

Feculum, dissoluens mensuram. Id. ibid.

F L.

Flegon, dissecans. siue diuidens. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

F I.

Fides donum est misericordiae Dei, ut per legem rei facti ueniam consequantur, idcirco fides gaudium operatur. Ambrosius in 4. ad Romanos.

Fides lumen est animarum. Auctor operis imperfecti homil. 1. in Mattheum.

Fides est, ut interpretatur Origenes, sperandarum rerum substantia, indicium non apparentium. Origenes libro 4. ad Romanos.

Fidei ritus inquam, danda est etymologia, anime nostrae aequi rei uisus, id est, circa id quod est statio et quies. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat.

Fides quid aliud est, quam uera de Deo cognitio? Cyrillus lib. 11. cap. 16. in Ioannem.

Fides est doctrinae perfectio. Et ideo dicit: Qui credit in filium, habet uitam aeternam. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 6. pedagog.

Fides est uoluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quae sperantur substantia, argumentum earum quae non uidentur, ut est sententia diuini Apostoli. Id. lib. 2. Stromatum.

Alij, rei non apparentis uiuentem assensionem tradiderunt esse fidem, sicut certe demonstrationem, rei quae ignoratur manifestam assensionem. Id. ibid.

Fides est gratia, quae ex his quae demonstrari nequeunt, deducit ad id quod est simplex, generale, et uniuersum: quod neque est cum materia, neque materia, neque sub materia. Id. ibid.

Fides est uoluntaria existimatio, et anticipatio prudentis praecomprehensionis. Id. ibid.

Fides est uirtus ad salutem, et potentia ad uitam aeternam. Id. ibid.

Fides significat pietatis et religionis constantiam. Theodoretus in 2. ad Thessalonicenses.

Fides quae sperat et credit, et absque ulla dubitatione consistit, in nobis est: ratio uero fidei ipsius et scientia et perfectus eorum intellectus quae credimus, donatur a Deo. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Fides pro integritate. Sectare uero iustitiam, fidem, et c. Hic fidem integritatem dicit. Hieronymus in 22. ad Timotheum.

Tu fidem quam habes, apud te ipsum habere coram Deo. Fidem hic illam dicit, quae credit quis manducare omnia, sicut supra dixit: Alius credit manducare omnia. Ille sine dubio qui credit, quod in creaturis Dei nihil commune, nihil immundum sit. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Fidem hic non eam dicit, quae ad dogmata pertinet, sed quae propositi est argumenti: de illa si quidem dicit: Ore uero confessio fit ad salutem. Et, Qui negauerit me coram hominibus, negabo ipsum et ego. Nam illa tum subuertitur quando confessio non fuerit: ista uero quando intempestiue. Chrysostomus serm. 26. ad Romanos.

Pro fide signorum. Alij fides in eodem spiri-

tu. Fidem non eam dico quae dogmatum est, sed signorum, de qua Christus: Si habueritis, inquit, fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, et transibit: et apostoli ad eam hortabantur, dicentes: Adde nobis fidem, ipsa enim mater signorum est. Chrysostomus homil. 29. in 1. ad Corinth.

Fidem hic non hanc dicit communem, sed illam de qua paulo post dicit: Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam. Theodoretus in duodecimum 1. ad Corinthios.

Et si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, et c. Fidem in hoc loco, non catholicam dicit, uel quae fidelibus cunctis communis est, sed fidei donum. Erat enim muneris species quadam, eiusdem nominis cum hac, quam dicimus fidem. Unde in spirituali societatis ac unitatis ostensionem, religiosis compluribus illo in tempore suppeditabatur. De quo munere etiam Dominus in Euangelio ait: Si habueritis fidem quantum granum sinapis, dicetis monti huic, Tollere, et mittere in mare, et ita fiet. Haud enim quasi ad infidele circa communem fidem haec ad eos Dominus loquebatur, sed ad suos ipsius discipulos, hoc est, si habueritis fidei donum. Oecumenius in decimum tertium 1. ad Corinth.

Fides Dei. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuabit? Fidem Dei uel eam intelligimus, quam fidem habet Deus cum his quibus credit eloquia sua, uel eam fidem quam credunt Deo ij, qui ab eo eloquia diuina suscipiunt. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Quae est fides Dei? Quam promisit Abraham, dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Argentinus serm. 18. de uerbis Domini.

Fides ficta. Et fide non ficta. Fides ficta est, quae solo ore promittitur, et actu negatur. Hieronymus in 1. ad Timoth.

Fides sana. Increpa illos acriter, ut sani sint in fide. Sana fides dicitur, quae perfecta est, et cui nihil deest: et ipsa est quae credit manducare omnia, id est, quae capere potest omnia: quam qui habet, spiritualis appellatur, et diiudicat omnia, et in nullo sermone scandalisari potest. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Fidei lex. Nequaquam, sed per legem fidei. Quae ista fidei lex est? Per gratiam, uidelicet, saluari. Chrysostomus homil. 7. ad Romanos.

Opus fidei. Et opus fidei cum potentia compleat. Quid hoc est? Tolerantiam persecutionum intelligit. Id. homil. 3. in 2. ad Thessalonicenses.

Sine intermissione memores operis fidei uestrae, et c. Opus fidei firmitas et constantia in periculis. Theodoretus in 1. ad Thessalonicenses.

Et opus fidei in uirtute. Fidei opus hic appellauit, tolerantiam in persecutionibus. Id. ibid. in 2. cap.

Verba fidei. Emittitur uerbis fidei, et bonae doctrinae, quam affecutus es. Verba propriae fidei, sunt traditio symboli. Bona uero doctrina, quae uita instituitur Christiana. Hieronymus in 4. ad Timotheum.

Fidelis est, qui contra transgressionem ea seruat quae sunt ei tradita. Clemens Alexandrinus libro secundo Stromatum.

Fideles. Ac fidelibus fratribus in Christo. Fideles

non ideo duntaxat uocamur quod credimus, sed & propterea quod mysteria ista nobis à Deo cōcreduntur, quæ neque angeli ante nos cognouerunt. Chrysostomus homil. 1. ad Colossenses.

Fidere in Patrem. Fidere dicimus in Patrem, & filium, & Spiritum sanctum, qui integram substantiam, plenam, perfectam, qui nihil diuersum, nil discrepans aut extraneum in Trinitate profitetur. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Fichol, os omnium, ab ore, non ab offe. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Ficol interpretatur os omnium. Origenes homil. 14. in Genesim.

Fiducia est, firma de aliquo apprehensio. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Fiennon, ori eorum, aut ori uincto. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Filadelphia, saluans hærentem Domino. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Filemoni, mirè donato, uel certè os panis eorū. Id. ibid. de epist. ad Philemonem.

Filetus, declinans, siue os meum. Id. ibid. de 2. ad Timotheum.

Filius. Vis ex ueteri Scriptura perdoceri quod filius quis dicitur, non tantum eius, de cuius carnali semine descendit, sed eius cuius actus imitatur & opera, audi Danielem, quid dicat ad unū ex illis senioribus, quos arguit adulterij. Semen, inquit, Chanaan & non Iuda, species seduxit te, et concupiscentia euertit cor tuum. Vides eum qui carnaliter de genere Iuda descendit, negari filium esse Iuda, sed Chanaan, eius scilicet cuius actus & opera sequebatur. Ita ergo & hi qui de Abrahæ semine secundum carnem genus ducunt, non dicuntur filij Abrahæ, si eius non habeant fidem. Sic denique & Propheta dicit ad eos: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea. Quibus utique non eos necessitudo generis, sed morum similitudo iungebat. Origenes lib. 4. ad Romanos.

¶ Filius, quemadmodum quidam ante nos dixit, dupliciter intelligitur. Alius quidem secundum naturam, eò quod natus sit filius. Alius autem secundum id quod factum est, reputatur filius, licet sit differentia inter natum & factum. Quoniam ille quidem ex eo natus est, ille autem ab ipso factus est, siue secundum conditionem, siue secundum doctrinæ magisterium. Qui enim ab aliquo edoctus est uerbo, filius docentis dicitur, & ille eius pater. Secundum igitur naturam, que est secundum conditionem, ut ita dicam, omnes filij Dei sumus, propter quod à Deo omnes facti sumus. Secundum autem dicto audientiam & doctrinam, non omnes filij Dei sunt, sed qui credunt, & faciunt eius uoluntatem. Qui autem non credunt, & non faciunt eius uoluntatem, filij & angeli sunt diaboli, secundum id quod opera diaboli faciunt. Quoniam autem ita se habet hoc, in Esaiâ dixit: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Et iterum quæ dicit, filios alienos eos, ita: filij alieni mentiti sunt mihi: secundum naturam filij sunt, propter hoc quod ab eo facti sunt: secundum autem opera non sunt filij. Irenæus lib. 4. cap. 79. aduersus hæreses.

Filius est, quisquis eruditur, ex eo quod ei qui eum erudit, obediatur. Fili, inquit, præscriptorum meorum ne obliuiscaris. Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum.

Filius orientis. Omnis qui super se quoquo modo nomen suscipit Christi, filius efficitur orientis. Sic enim scriptum est de Christo: Ecce uir oriens, nomen est illi. Quisquis ergo Christi suscipit nomen, filius esse dicitur orientis: sed non semper qui nomen Christi accipiunt, etiam in ecclesia permanent Christi. Origenes homil. 8. in lib. Iudicum.

Filius perditionis. Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Filium perditionis dicit, propterea quod & ipse perdetur. Chrysostomus homil. 3. in 2. ad Thessalonicenses.

Filium perditionis appellauit, ut & qui ipse peccat, & alijs interitum procuret. Theodoretus in 2. ad Thessalonicenses.

Nemo ex ijs perijt, nisi filius perditionis, & cetera. Filius perditionis dicitur est traditor Christi perditioni prædestinatus, secundum Scripturam quæ de illo in Psalmo centesimo octauo maxime prophæatur. Augustinus tractatu centesimo septimo in Iohannem.

Perditionis filium appellauit, quia prauitate perijt sua. Non enim diuino inexpugnabiliq; iudicio in diaboli laqueum proditorem incidisse credendum est. Nam si sic esset, nullo modo culparetur, quum iudicio Dei nemo resistere queat. Nunc autem ita miser factus est, ut melius secam ageretur, si nunquam natus fuisset. Nulla enim necessitate, sed proprio iudicio fecit, quod fecit. Quare merito perditionis filius nuncupatur, qui perditionem elegit. Cyrillus libro 11. cap. 21. in Iohannem.

Idcirco quia luceant opera eius coram hominibus, filius lucis nuncupatus: quia uerò habeat pacem Dei, exuperantem omnem intelligentiam, filius pacis: atque etiam propter sapientiæ utilitatem, filius sapientiæ. Iustificata est enim, inquit, sapientia à filijs suis. Origenes tomo secundo in Euangelium Iohannis.

Filij siue in bono exemplo, siue in malo, imitatores in sacris uoluminibus appellantur. Arnobius in Psalm. 148.

Filij arietum. Afferte Domino filij Dei, afferete Domino filios arietum. Filij arietum agni sunt. Id. in Psalm. 28.

Chore. Chore filij sunt, quibus pater ignem alienum in altare uolens ponere tollitur, & pater Christus per gratiam condonatur. Idem in Psalmum 84.

Filij Dei hi soli possunt uocari, qui sunt pacifici, qui natiuitate cœlesti & lege diuina ad similitudinem Dei patris et Christi respondent adunati. Cyprianus sermone de Zelo & liuore.

Filij dicimur Dei per gratiam Christi. Ambrosius in 15. ad Romanos.

Filius Dei quis est ob bonitatem, & sapientiam, & potentiam, & iusticiam. Thalassius hecatonda 2. de sincera charitate.

Diaboli

**Diaboli.** Singuli peccantes generatim quidem filij sunt diaboli (quoniam qui facit peccatum, ex diabolo natus est) priuati uero uel Caym, uel Cham, uel Pharaonis, uel Nabuchodonosor, uel alicuius impiorum. Origenes tom. 2. in Ioan.

**Dici.** Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei. Quomodo possumus filij dici esse quemadmodum filij perditionis, filij gehennæ. Quapropter & Christus dixit Pharisæis: Vae uobis, quoniam circuitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum. Et quum factus fuerit, facitis ipsum gehennæ filium. Et Paulus quoque dixit: Propter quæ uenit ira Dei super filios inobedientiæ. Hoc est, qui ea faciunt quæ ad gehennam pertinent, quæ inobedientiæ sunt. Ita & filij Dei sunt, qui quæ Deo probantur, faciunt. Ad eum modum dicuntur & filij diei, & filij lucis, qui quæ lucis sunt, faciunt. Chrysostomus hom. 9. in 1. ad Theſſalonicenses.

Et cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quam uos. filius uocatur gehennæ quomodo filius perditionis, & filius huius seculi. Vnusquisque enim cuius opera agit, eius filius appellatur. Hieronymus in 2. 3. Matth.

Filium gehennæ ipsam per se gehennam appellat. Chrysostomus hom. 74. in Matth.

**Hierusalem.** Qui sunt dicendi filij Hierusalem, de quibus dictum est: Quoties uolui congregare filios tuos. Sed dicimus semper ciuiliu successores, filios præcedentium dici. Origenes in uigesimum tertium Matthei.

**Inobedientiæ.** Qui nunc operatur in filiis diffidentie, filios inobedientiæ eos solos qui diuinas prædicationes non admittunt, appellauit. Theodoretus in 2. ad Ephesios.

**Irae.** Erasmus enim nos quoque aliquando filij iræ, si cut etiam reliqui. Qui adhuc sunt infideles, ira filij nominantur, ut qui ira nutriantur. Clemens Alexandrinus oratione ad Gentes.

Si filij iræ, filie uindictæ, filij gehennæ: quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, uitium pro natura inoleuit? Augustinus tract. 44. in Ioan.

Filios iræ dixit, pro eo quod est ira dignos, et ultimo supplicio. Ita Antichristum appellauit filium perditionis, hoc est, dignum perditione, seu dignum qui periret. Theodoretus in 2. ad Ephesios.

**Iudæorum.** Si ego in Beelzebub eicio demonia, filij uestri in quo eijciunt filios iudæorum, uel exorcistas gentis illius ex more significat: uel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas qui ad inuocationem Dei eijciebant demones: coartat interrogatione prudenti, ut constentur sancti esse opus.

Quod si expulsio demonum, inquit, in filiis uestris Deo non demonibus deputatur: quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi iudices uestri erunt, non potestate sed comparatione, dum illi expulsionem demonum Deo assignant: uos Beelzebub principi demoniorum. Sin autem de Apostolis dictum est: quod & magis intelligere debemus: ipsi erunt iudices eorum: quia sedebunt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus Israel. Hieronymus in

duodecimum caput Matthei.

Filios eorum Apostolos dicit, qui erant ex illis, quos superius misit ad prædicandum, dans illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos. Autor operis imperfecti homilia uigesimanona in Matth.

**Prophetarum.** Vos estis filij Prophetarum, & testamenti, &c. Quid est filij Prophetarum & testamenti? heredes, successores. Chrysostomus homil. 9. in Acta apostolorum.

**Regni.** Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. filios regni, iudeos significat: in quos ante regnauit Deus. Hieronymus in 8. Matth.

Filij regni, iudei scilicet. Unde filij regni: quia legem acceperunt, ad quos Propheta misi sunt, apud quos templum et sacerdotium fuit, qui celebrabant figuræ omnium futurorum. Augustinus serm. 6. de uerbis Domini.

Regni filios illos uocauit, quibus regnum fuerat præparatum. Chrysostomus homilia uigesimasexta in Mattheum.

**Filia Sion.** Relinquitur filia Sion, ut umbraculum in uinea, &c. filia Sion erat adoratio quæ in monte celebrabatur, qui uocatur Sion. Eusebius lib. 2. de demonstratione Euangelica, demonstratione trigesima sexta.

**Filippus,** os lampadis uel lampadarum, siue os manuum. Hieronymus in interpr. nom. de Luca & Actis apostolorum.

**Filistim,** quæ nunc dicitur Ascalon, & circa eam regio Palestine. Eusebius de locis Hebraicis.

**Filistim,** cadentes, siue ruina poculi, aut cadentes portione. Philo in interpr. nom. de Gen.

**Filistim,** ceciderunt duo. Id. ibid. de Exodo.

**Filistim,** ruina duplex. Id. ibid.

**Filologum,** ore præcipuum, uel os meum ei in hortum. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

**Fin,** castra filiorum Israel in deserto. Eusebius de locis Hebr.

**Finæa,** ori parcens, uel ore requieuit, aut oris augurium. Philo in interpr. nom. de Exodo.

**Finæa,** os requieuit, uel silet, uel ori pepercit. Id. ibid. de Numeris.

**Finæa,** os requieuit, siue os mutum uel silens. Id. ibid. de 1. Regum.

Significat finæa in nostra lingua, oris obturatio, uel ori parcens. Origenes hom. in libros Regnorum.

**Finis.** Nam finis illorum mors est, finem dixit exitum uitæ & actuum, cui aut mors aut uita succedit. Ambrosius in 6. ad Romanos.

**Finis** interpretari putamus oris parsimoniam. Origenes hom. 27. in Numeros.

**Finoni,** os meum nepotum. Philo in interpr. nom. de Numeris.

**Filidiam,** os sonitus. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Filon,** quod interpretatur caterua, fluuius quem nostri Gaugen uocant, de paradiso exiens, & pergens ad Indie regiones, post quas erumpit in pelagus. Dicit autem Scriptura circumiri ab hoc uniuersam regionem



nem Euila, ubi aurum præcipuum nascitur, et Carbulus lapis et Prasinus. Eusebius de locis Hebraicis.

Fison, os pupillæ, siue oris mutatio. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Fithon, ciuitas Aegypti, quam edificauerunt filij Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Fihon in nostra lingua significat os defectionis, uel os abyssi. Origenes homil. 1. in Exodam.

Fitom, os abyssi, uel subitò. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Fygelus, occurrens, siue aduersarius. Hieronymus in interpret. nomin. de 2. ad Timotheum.

## F O.

Fœnicis, annuerunt, siue nutus. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apost.

Fogo, ciuitas Adad regis, quæ est in regione Galilitica. Eusebius de locis Hebraicis.

Fogo, ciuitas regni Edom. Id. ibid.

Fogor et Bethphogor mons Moabitarum, ad quem Balach rex adduxit Balaam hariolum in supercilio Lybiadis. Sed et alia uilla Fogor haud procul à Bethlehem cernitur, quæ nunc Phaora nuncupatur. Idem ibidem.

Fogor interpretatur delectatio. Origenes homil. 17. in Numeros.

Fons. Erat autem ibi fons Iacob. Puteus erat. Sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, et usui præbetur haurientibus, fons dicitur. Sed si in promptu et superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto et profundo sit, ita puteus uocatur, ut fontis nomen non amittat. Augustinus tract. 15. in Ioannem.

Fons & fluuij. Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Fons aquæ salientis in uitam æternam. Simul et indeficientem copiam et incredibilem operationem, et fontem et fluuios appellauit, et non unum, sed innumeros. Chrysostomus homilia quinquagesima in Ioannem.

Quid est fons, et quid est fluuius, qui manat de uentre interioris hominis? Beneuolentia qua uult consulere proximo. Si enim putet, quia quod bibit soli ipsi debet sufficere: non fluit aqua uiua de uentre eius. Si autem proximo festinat consulere: ideo non siccatur, quia manat. Augustinus tractatu trigesimo secundo in Ioannem.

Foras prodire. Lazare prodi foras. Quid est foras prodire, nisi quod occultum erat foras prodire? Id. serm. 8. de uerbis Domini.

Fornicatio est, ab uno matrimonio ad plura prolapsio. Clemens Alexandrinus libro tertio Stromatum.

Scripturæ solent fornicationem uocare omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria uel auaritia, et ex eo iam omnis transgressio legis propter illicitam concupiscentiam. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Generalis fornicatio dicitur, cum anima quæ in consortium uerbi Dei ascita est, et matrimonio eius quodammodo sociata, ab ullo alieno scilicet, et aduersario illius uiri qui eam sibi despondit in fide, corrup-

pitur et uiolatur. Origenes homilia uigesima in Numeros.

Fornicatio carnis est meretricatio: fornicatio autem spiritualis est præuicatio. Autor operis imperfecti homil. 15. in Mattheum.

Fornicationem fugere. Fugite fornicationem. Fugit fornicationem, qui omnem occasionem iritantem et prouocantem ad fornicandum euitat, et neque iuuenibus in fabulis iuuenilibus commiscetur, in quantum potest, ne forte consumatur per eas, neque descendit ad consuetudines eorum talium, sed auertit se omnino ab huiusmodi hominum concitationibus. Qui uult fugere fornicationem, audiat et illud quod dicitur: Cum saltatrice noli astidius esse, ne forte consumaris in desiderijs eius. Fugit autem fornicationem abundantius, qui accendentes et ex cita rices seminis escas in quantum ualet, euitat, et uinosa potest fieri non utatur, donec transeat feruentior ætas. Si autem utitur, modico utatur, secundum Apostolicum præceptum dicens Timotheo: iam noli aquam bibere, sed uino modico utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates. Origenes in uigesimum quartum Matthei.

Fornicari cum lapide. Et facta est fornicatio eius in nihilum, et mœchabatur in ligno et lapide. Quando peccamus duro contra Deum corde, nihil aliud facimus, nisi cum lapide fornicamur. Quando in uoluptate peccamus, mœchamur subitò omne lignum nemorosum. Idem homilia decimaquarta in Hieremiam.

Fornicarij mundi. Non utique cum fornicarijs huius mundi. Mundi fornicarios gentiles appellat. Chrysostomus homilia decimasexta in primam ad Corinthios.

Forfitan. Si me sciretis, forsitam et Patrem meum sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit forfitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quando increpatiuè dicitur ipsum forfitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis. Sed dubitationis uerbum est, quando dicitur ab homine. ideo dubitante quia nesciente: cum uerò dicitur à Deo uerbum dubitationis, cum Deum utique nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent aliquando increpatiuè dubitant, id est, uerbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent. Velut si indigeris seruo tuo et dicas: Contemnis me, considera, forfitan Dominus tuus sum. Hinc et Apostolus ad quosdam contemtores suos loquens ait: Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Qui dicit, puto, dubitare uidetur: sed ille increpabat, non dubitabat. Et ipse Dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: Cum uenerit, inquit, filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Augustinus tract. 37. in Ioannem.

Et manus fortium ditescunt. Fortes uocat eos qui pecunias contemunt: et qui sunt ad commutandum et largiendum faciles. Clemens Alexandrinus libro secundo, capite duodecimo pedagogicæ.

Forthum-

**Forthommim**, diuisio perfecta populi gloriosi. Philo in interp. nomin. de Daniele.

**Fortuna** est accidentium rerum subitus, atq; inopinatus euentus. Lanctantius lib. 3. cap. 29. institutio Num. diuinarum.

## F R

**Fraaron**, unde fuit Abdon, iudex populi Israel in monte Amalech. Eusebius de locis Hebr.

**Framea**. Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tue. Frameam humana litera specialiter dicunt lanceam regis, nos autem frameam generaliter gladium in Scripturis sanctis accipimus. Arnobius in Psal. 16.

**Frater**. Mismus & cum illo fratrem, cuius laus in Euangelio, &c. Quis est ille frater? Quidam sane Lucam putat, & dicit, propter historiam, quam scilicet scripsit: quidam autem Barnabam, etenim etiam non scriptam predicationem Euangelium uocat. Chrysostomus homil. 18. in 2. ad Corinth.

**Lex** prohibet fratri scenerari, fratrem nominans non eum solum qui est ex iisdem natus parentibus, sed etiam qui fuerit eiusdem tribus, eiusdemq; sententiae, & eiusdem uerbi particeps. Clemens Alexandrinus libro secundo Stromatum.

**Frater Domini**. Nisi Iacobum fratrem Domini. Vocatur quidem frater Domini, sed non erat natura, sed nec fuit Ioseph filius, ut quidam existimauerunt, ex priori matrimonio natus, sed erat quidem Cleophae filius: Domini autem consobrinus. Habuit enim matrem, matris Domini sororem. Theodoretus in 1. ad Galat.

Hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui ideo frater Domini appellatus est, quia & Ioseph pater eius, etiam Domini pater nuncupatus est. Sic enim dicit Maria ad Iesum in Lucae Euangelio: Quid fecisti nobis fili? Et ego & pater tuus moysi & trishes querebamus te. Et in Euang. Ioannis dicit Philippus ad Natanael: Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus Iesum a Nazareth filium Ioseph. Hoc ergo modo dictus est Dominus frater Iacobi & ceterorum, quo & filius nuncupabatur Ioseph. Quidam enim ducti insania hos ueros Domini fratres de Maria natos impia assertionem contendunt, cum Ioseph non uerum eius patrem dicant appellati. Si enim hi ueri erant fratres eius, & Ioseph erit uerus pater: quia qui dixit patrem eius Ioseph, idem dixit & fratres eius Iacobum & ceteros. Ambrosius ibidem.

Nunc hoc sufficiat, ut propter egregios mores, & incomparabilem fidem sapientiamq; non mediam, frater dictus sit Domini, & quod primus ei ecclesiae praefuerit, quae prima in Christum credens ex iudeis fuerat congregata. Dicuntur quidem & ceteri Apostoli fratres Domini, sicut in Euangelio: Vade, dic fratribus meis: Vado ad Patrem meum, & ad Patrem uestrum: & ad Deum meum, & ad Deum uestrum. Et in Psalmo: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae cantabo te. Sed praecipue hic frater dicitur, cui filios matris suae ad Patrem uadens Dominus commendauerat. Et quomodo Iob & ceteri Patriarchae dicti sunt quidem famuli Dei: sed quasi egregium quiddam Moyses habuit, ut scriberetur de eo: Sed non

sicut Moyses famulus meus: sic & B. Iacobus specialiter frater Domini (ut ante diximus) appellatus est. Quod autem exceptis duodecim quidem uocantur Apostoli, illud in causa est: omnes qui Dominum uiderant, & eum postea praedicabant, fuisse Apostolos appellatos, ut ad Corinthios scribitur: Qui uisus est post haec illis undecim: deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usq; ad huc, quidam autem dormierunt: deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Paulatim uero tempore procedente, & alijs ab his quos Dominus elegerat, ordinati sunt apostoli: sicut ille ad Philippenses sermo declarat, dicens: Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem, cooperatorem & commilitonem meum: uestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meae mittere ad uos. Et ad Corinthios de talibus scribitur: Siue Apostoli ecclesiarum in gloria Dei. Silas quoq; & Iudas ab Apostolis, Apostoli nominati sunt. Unde uehementer errauit, qui arbitratus est Iacobum hunc de Euangelio esse Apostolum fratrem Ioannis, quem constat post Stephanum iuxta fidem Actuum apostolorum sanguinem fudisse pro Christo. Hic autem Iacobus episcopus Hierosolymorum primus fuit, cognomento iustus, uir tantae sanctitatis & rumoris in populo, ut simbriam uestimenti eius certatim cuperent attingere. Qui & ipse postea de templo a iudeis praecipitatus successorem habuit Symeonem: quem & ipsum tradunt pro Domino crucifixum. Hieronymus ibidem.

Descendit in Capernaum, ipse & mater eius, et fratres eius, &c. Fratres Scriptura nostra, non eos solos appellare consueuit, qui nascuntur ex eodem uiro & foemina, aut ex eodem utero, aut ex eodem patre, quam uis diuersis matribus, aut certe ex eodem gradu uel consobrinis aut consobrinis: non solum hos fratres nouit dicere Scriptura nostra, Quomodo loquitur, sic intelligenda est. Unde ergo fratres? Cognati Mariae fratres Domini, de quolibet gradu cognati. Unde probamus? Ex ipsa Scriptura frater Abraham dictus est Loth qui filius erat frater ipsius Lege, & inuenies quia Abraham patruus erat Loth, & dicti sunt fratres. Unde, nisi quia cognati? Item Iacob Laban Syrum habebat auunculum: frater enim erat Laban matris Iacob, id est, Rebeckae uxoris Isaac. Lege Scripturam, & inuenies quia fratres dicuntur auunculus & sororis filius. Qua regula cognita, inuenies omnes consanguineos Mariae fratres esse Christi. Augustinus tract. 10. in Ioannem.

Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes te. Isti sunt fratres mei, qui faciunt opera Patris mei. Quidam fratres Domini de alia uxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocryphorum, et ad quadam Escha muliercula confingentes. Nos autem sicut in libro quem contra Heluidium scripsimus continetur: fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris Mariae liberos intelligimus mater ter Domini, quae esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph & Iudae: quos in alio euangelij loco fratres Domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinos dicit, omnis Scriptura demonstrat Hieron. in 2. Matth.

Verum homines prauissimi hinc presumunt opinionis suae auctoritatem: quod plures Dominum nostrum fratres habuisse sit traditum. Qui si Mariae filij fuissent, & non potius Ioseph ex priore coniugio suscepti: nunquam tempore passionis Iohanni Apostolo transcripta esset in matrem, Domino ad utrumque dicente: Mulier ecce filius tuus. & Iohanni: Ecce mater tua: nisi quod ad desolatae solatium, & charitatem filij in discipulo relinquebat. Hilarius canon. 1. in Matth.

Loquuntur sunt fratres eius ad Dominum nostrum. Fratres eius sic accipite sicut nostis: non enim nouum est quod auditis. Consanguinei uirginis Mariae, fratres Domini dicebantur. Erat enim consuetudo in Scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis propinquos, & extra usum nostrum, non quo more nos loquimur. Nam quis dicat fratres auunculum & filium sororis? Scriptura tamen etiam huiusmodi cognationes fratres appellat. Nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abraham patris Loth: & Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Cum ergo auditis fratres Domini, Mariae cognatione consanguinitatem, non iterum parentis uel propaginem. Sicut enim in sepulchro ubi positum est corpus Domini, nec antea nec postea mortuus iacuit: sic uerus Mariae nec antea nec postea quicquam mortale concepit. Augustinus tract. 18. in Iohannem.

Fratres. Quatuor modis fratres appellari quis dubitat? Primo, naturae: secundo, cognatione: tertio, genere: quarto, affectu. Vnde Iacobus secundum cognationem frater Domini dicitur: quoniam de Maria Cleophae sorore matris Domini, natus esse monstratur. Hieronymus in 1. ad Galatas.

Fratres Christianos significari, multis diuinarum Scripturarum documentis probari potest. Manifestissimum tamen illud est, quod Apostolus ita ponit: Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore fidei, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Non enim addidit, nostro: sed manifestum existimauit, cum fratris nomine Christianum intelligi uoluit, qui infidelem haberet uxorem. Et ideo paulo post dicit: Quod si infidelis discedit, discedat: Non enim seruituti subiectus est frater uel soror in huiusmodi. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Fratres appellandi qui sunt eodem uerbo regenerati. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Falsi fratres hi erant, qui credentes in Christum, legem tamen seruandam dicebant, non sufficere ad plenam salutem esse Christum putantes. Ambrosius in 16. ad Romanos.

Propter autem subintroductos falsos fratres, &c. Falsi fratres dicuntur, qui credentes iudaifabant. Id. in 2. ad Galatas.

Fraternus appellatur fratris filius. Origenes homil. secunda explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Fraudatio. Nolite fraudare inuicem, &c. fraudationem hoc in loco, & antea debitum appellauit, ut ostendat seruitij magnitudinem. Nam si alter altero inuito se continet, id fraudare est: non inuito autem, minime. Neque enim si per suasionem mea aliquid meum ac-

ciperes, dicor eo fraudari: sed qui ab inuito & coactio accipit, is fraudat. Chrysostomus homil. 19. in 1. ad Corinth.

Fructus. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Qui sunt fructus quibus inuentis cognoscamus arborem malam? dicit Apostolus: Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditia, luxurie idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia, quae praedico uobis sicut praedixi, quoniam qui talia agant regnum Dei non consequentur. Et qui sunt fructus per quos cognoscimus arborem bonam, idem ipse Apostolus consequenter dicit: fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

Mens autem mea sine fructu est. Fructus eius qui dicit, est auditorum uilitas. Hoc etiam dixit in epistola ad Romanos: Ut aliquem fructum habeam in uobis, sicut & in ceteris gentibus. Theodoretus in 14. 1. ad Corinth.

Fructus mentis. Mentis fructus est, ut per uarios diuersosque intellectus ac sensus, proximis curemus prodesse. Ciceronius ibid.

Frygia, provincia Asiae, Troade superiecta in septentrionali sua parte Galatiae cotermina meridiane Lyconiae & Pisidiae Macedoniaeque, ab oriente Cappadociam attingit. Duae autem sunt Phrygiae, quarum maior Smirnam habet, minor uero Ilium. Hieronymus de locis libri Actuum apostolorum.

Frygio, scissio pectorum. Id. in interp. nomin. de Actibus apostolorum.

## F V

Fua, hic, aduerbium loci, siue rubrum. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Fua, hic, aduerbium loci, siue apparebo: sed melius rubrum. Id. ibid. de Exodo.

Fua, operarius uel sonitus. Id. ibid. de lib. Iudicum.

Ful, ruina, uel cadens. Id. ibid. de libris Regum.

Fulgura. Aiunt naturalium causarum scrutatores quia fulgura ex nubium collisione generentur in morem silicium duriorum, quos cum comploferis sibi, medius ex his elabitur ignis: atque ita cum fulgure patriter & tonitrua mugire, tonitruo scilicet sonitum indicante concussum, & fulgure excubi luminis claritatem. Origenes homil. 5. in Hieremiam.

Fumus uapor ignis est. Id. homil. 1. in Esaiam.

Fundamentum. Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuram. Diuitiarum possessionem appellauit incertam, futurorum autem bonorum perceptionem, appellauit fundamentum. Theodoretus in 6. 1. ad Timotheum.

Fura, laguncula uel frugifer. Philo in interpretat. nomin. de lib. Iudicum.

Omnis amaritudo & furor, &c. Furor incipiens ira est, & feruescens in animo indignatio. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Qui furabatur, iam non furetur. Furti nominat, omne quod alterius damno queritur. Id. ibid.

Fur,

Fut, Libye, siue oris declinatio. Philo in interpr. nomin. de Genesi & Ezechiele.

Fut, induite. Id. ibid. de Esaia.

Futiel, hic declinans Deum, aduerbium loci, non pronomen: uel declinans Deus, siue oris declinatio Dei. Id. ibid. de Exodo.

Futifar, os inclinans ad dissecadū. Id. ibid. de Gen.

## G A

**G**Aal, filius Obed, mouet seditionem aduersus Abimelech regem Israel. Iud. 9.

Gaala, abiiciens siue reuelatio. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

Gaam, nullis estus. Id. ibid. de Genesi.

Gaas, mons in tribu Ephraim, in cuius septentrionali plaga sepultus est Iesus filius Naue: & usq; hodie iuxta uicum Thammam sepulchrum eius in signe monstratur. Eusebius de locis Hebr.

Gaas, commotus. Philo in interpr. nomin. de 2. Reg.

Gabaa, in una tribu Benjamin quatuor oppida sunt. (Sam. 10.)

Gabaa, patria Saulis primi regis Israelitarum. 1.

Gabaa, in qua uxor Leuite stupratur, propter quod scelus postea fere tota trib. Benjamin deleta est. Iud. 19.

Gabaa, collis. Philo in interpr. nomin. de 1. Regum.

Gabaa nomen interpretatum significat collem. Iosephus lib. 6. cap. 10. antiquitatum Iudaicarum.

Gabaan, usq; ad hanc bellatum est contra tribum Benjamin, sicut in libro Iudicum scribitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Gabaath, in tribu Benjamin; urbs Phinees filij Eleazari, ubi sepultus est Eleazarus. Est autem nunc Gabaatha uilla in duodecimo milliario Eleutheropoleos, ubi & sepulchrum Prophete Habacuk ostenditur. Id. ibid.

Gabaath, collis patruelis. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Gabaon, unde Gabaonite supplices uenerunt ad Iesum, erat olim Metropolis ciuitas & regalis Aeuorum, ceciditq; in sortem tribus Benjamin: & nunc ostenditur uilla eodem nomine in quarto milliario Bethelis contra orientalem plagam, iuxta Rama & Remon, ubi Solomon hostijs immolatis diuinum meruit oraculum. Fuit autem & ipsa separata Leuitis. Eusebius de locis Hebr. (Iesu Naue.)

Gabaon, collis mœroris. Philo in interpr. nomin. de

Gabarth, pro quo Aquila interpretatur in septibus, Symmachus uero in Colonis. lege Hieremiam. Eusebius de locis Hebr.

Gabbatha, id est, locus sublimior, suggestus, tribunal. Ioann. 19.

Gabatha, collis siue sublimis. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

Gabathon, in tribu Dan ciuitas separata Leuitis. Est quoq; oppidum, quod uocatur Gabe in sexto decimo milliario Cesare: & alia uilla Gabatha in finibus Diocesarie iuxta grandem campū legionis: nec non Gabaa & Gabatha uiculi contra orientalem plagam Darome. Sed et alia Gabatha in tribu Benjamin, ubi fuit domus Saul: alienigenarum quoq; in regnorū

libris quadam Gabatha scribitur, & iuxta Bethlehem in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Gabathon, sublimitas eorum, uel collis mœroris. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Gabe, fortis Benjamin, & hæc Leuitis ciuitas separata. Eusebius de locis Hebr.

Gabe, collis. Philo in interpr. nomin. de 3. Regum.

Gabelus, Iudeus, ex tribu Neptalim abductus in Mediam a rege Salmanassar, amicus Tobie. Vide librum Tobie.

Gaber, nomen uic, qua ex Iezrael itur in teblaam urbem uicinam Sichem. 2. Reg. 9.

Gaber uir, aut iuuenis, uel fortis, siue uiriliter. Philo in interpr. nomin. de 3. Regum.

Gabis, altitudo confusionis, siue *masbosar*. Idem ibidem de Iob.

Gabli, terra Allophylorum. Eusebius de locis Hebraicis.

Gabriel, angeli nomen, qui nunciat B. Marie conceptionem Christi, & Danieli uisionem, & uaticiniū de 70. hebdomadibus exponit. Daniel. 8. 9. Luc. 1.

Gabriel, confortauit me Deus, aut fortitudo Dei, uel uirtus mea Deus. Hieronymus in interpr. nomin. de Luca.

Gabriel interpretatur fortitudo Dei. Origenes homil. in 2. Matthæi.

Gabua, sublimitas. Philo in interpretat. nomin. de Exodo.

Gad, filius Iacob. Genes. 49.

Gad propheta tempore Dauidis. 1. Samuel. 22. 2. Samuel. 29.

Gad, tentatio, sine latrunculus, uel fortuna, aut accinctus. Philo in interpr. nomin. de Genesi & Exodo.

Gad, tentatio. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Gad quis poterit appellare firmitum. Iosephus libro 1. cap. 27. antiquitatum Iudaicarum.

Gadam, tentatio, uel accinctio populi. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

Gadda, in tribu Iuda. Est autem hodieq; uilla in extremis finibus Darome contra orientem, imminens mari mortuo. Eusebius de locis Hebraicis.

Gadara, urbs trans Iordanem contra Scythopolim & Tyberiadem ad orientalem plagam, sita in morte, ad cuius radices aquæ calidæ erumpunt, balneis desuper edificatis. Id. ibid.

Gadara ciuitas est Iudeæ, circa quam celeberrima balnea sunt, haudquaquam uero in ea est stagnum, uel mare præcipitijs adiacens. Origenes tom. 8. in Ioannē.

Gader, turris ubi habitante Iacob, Ruben patris uiolauit thorum, quæ absq; g, litera in Hebræo Ader scribitur. Eusebius de locis Hebr.

Gader, huius regem interfecit Iesus. Legimus quod Iacob trans turrin Gader fixerit tabernaculum suū. Id. ibid.

Gaddera, in tribu Iuda: nunc appellatur uilla ad regionem ciuitatis Aeliensis pertinens, nomine Gaddera, circa Terebinthum. Id. ibid. (Naue.)

Gadera, sepes eius. Philo in interpr. nomin. de Iesu

Gaddi, quam percussit Azael rex Damasci. Posita est & supra Gadda. Eusebius de locis Hebraicis.

Gaddi, unus ex duodecim exploratoribus missis in terram Canaan. Num. 31

Gadi, hœdus, siue tentatio mea. Philo in interpr. nomin. de Exodo.

Gaderoth, maceria uel sepes. Idem ibidem de le su Naue.

Gædur, in tribu Iuda, hodieq; uocatur Gedrus, uicus pr. egrandis in decimo milliario Diospoleos per gentibus Elætheropolim. Eusebius de locis Hebr.

Gadiel, accinctio mea Deus. Philo in interpretat. nomin. de Exodo.

Gaggada, ubi aquarum torrentes sunt. Est autem locus in solitudine. Eusebius de locis Hebraicis.

Gai, in solitudine castra filiorum Israel, et usq; hodie Gaia urbs dicitur, Palestina iuxta ciuitatem Petram. Id. ibid.

Gai, in Moab, quod interpretatur uallis Moab, iuxta Phogor, ubi sepultus est Moyses. Id. ibid.

Gai, iuxta Bethan et Bethel, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto: et habitauit in illa quondam circa Iordanem Amorreus: nunc desertus tantum ostenditur locus. Id. ibid.

Gai, uallis siue præruptum. Id. ibid.

Gai, uorago. Philo in interpretation. nomin. de Deuteronomio.

Gaiam, commotum, sed melius ualenssem. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum et 1. ad Corinth.

Gaius, mobilis siue uallensis. Id. ibid. de 3. Iohannis et ad Romanos.

Galaad, mons ad quem septimo die profectiois est Charis Iacob profugus uenit. Est autem ad terram Phœnicis et Arabie, collibus Lybani copulatus, extenditurq; per desertum usq; ad eum locum, ubi trans Iordanem habitauit olim rex Seon Amorreorum. Cecidit supradictus mons in sortem filiorum Ruben, Gad et dimidiæ tribus Manasse. Sed et Hieronymus loquitur: Galaad tu mihi initium Lybani: à quo monte et ciuitas in eo condita, sortita est uocabulum, quam excepit de Amorreorum manu Galaad filius Machir, filij Manasse.

Galaad, filius Machir, nepos Manasse. 1. Paral. 7.

Galaad, aceruus testis, siue transmigratio testimonij. Philo in interpr. nomin. de Genesi et Exodo.

Galali, uolutabra. Id. ibid. de Ezechiele.

Galatia, prouincia Asiæ, à Gallis uocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo facta uictoria diuiserunt. Sicq; deinde Græcis admixti, primò Gallogræci, postea Galatæ sunt appellati. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Crescens in Galatiam. Gallias sic appellauit, ita enim appellabantur antiquitus. Ita etiam nunc eas nominant qui sunt externæ doctrinæ participes. Theodoretus in 4. ad Timotheum 2.

Galatia translationem in nostra lingua sonat. Hieronymus in 1. ad Galatas.

Galatia, transmigrans siue transmigrata, uel translata. Id. ibid. de 1. et 2. Petri.

Galatia, magnifica siue translatio. Id. ibid. de 1. ad Corinth. et 2. ad Timotheum.

Qui nunc à Græcis Galatæ nuncupantur, olim di-

sti sunt Gomeritæ, quos Gomer instituit. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiquitatum Iudaicarum.

Galatiam, magnificam siue translata. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Galatæ insensati. O' insensati Galatæ, &c. Dupliciter hic locus intelligi potest. Vel ideo insensatos Galatas appellatos à maioribus ad minora uenientes, qui coeperint spiritu, et carne consumentur. Vel ob id quod unaqueq; prouincia suas habeat proprietates. Cretenses semper mendaces, malas bestias, uentres pigros, uere ab Epimenide Poeta dictos, Apostolus comprobat. Vanos Mauros, et feroces Dalmatas, Latinus pulsat Historicus. Timidos Phrygas, omnes Poetæ laecerant. Athenis expeditione nasci ingentia, Philosophi gloriantur. Græcos leues, apud C. Cæsarem suggillat Tullius, dicens: Aut leuimum Græcorum, aut immanium Barbarorum. et pro flacco: ingentia, inquit, leuitas, et erudita uanitas. ipsum Israel, graui corde, et dura ceruice, omnes Scripturæ arguunt. In hunc ergo modum arbitror et Apostolum Galatas regionis suæ proprietate pulsasse. Item paulo post: Nos istas altitudines declinantes, superiora festabimur: aut stultitiæ eos argui, dicens: Per quam spiritus legis et literam diiudicare non possint: aut uitio gentis corripi, quod in doctiles sint et uecordes, et ad sapientiam tardiores. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Galgad, mons in deserto. ubi castrametati sunt filij Israel. Eusebius de locis Hebr.

Galgal, locus est iuxta Hiericho. Errant igitur Samaritani, qui iuxta Neapolim Garizim, et Gebal montes ostendere uolunt, cum ipsos iuxta Galgal esse Scriptura testetur. Id. ibid.

Galgal, rota, uel reuelatio. Philo in interpr. nomin. de Deuteronomio.

Galgala, hæc est quam supra posuimus Golgol ad orientalem plagam antiquæ Hierichus cis Iordanem, ubi Iesus secundo populum circundicit, et pascha celebrat: et deficiente manna, triticeis panibus usus est Israel. In ipso loco lapides quoque quos de alio loco Iordanis transtulerunt, statuerunt, ibi et tabernaculi testimonij fixum multo tempore fuit. Cecidit autem in sortem tribus Iudæ, et ostenditur usq; hodie locus desertus in secundo Hierichus milliario ab illius regionis mortalibus miro cultu habitus. Sed et iuxta Bethel quidam aliam galgalam suspiciantur. Eusebius de locis Hebraicis.

Galgala, uolutatio siue reuelatio. Philo in interpr. nomin. de 1. Regum.

Galgala significat libertatem. Iosephus lib. 5. cap. 1. antiquitatum Iudaicarum. (Iesu Naue.

Galgalis, uolutabrum. Philo in interpr. nomin. de Galgar, interpretatur tentamentum, siue constipatio. Origenes homil. 27. in Numeros.

Galilæa. Due sunt Galilæe, ex quibus una Galilæa gentium uocatur, uicina Tyriorum finibus, ubi et Solomon uiginti quinq; ciuitates donauit Hieram regi Tyri in sorte tribus Neptalim. Altera Galilæa dicitur circa Tyberiadem et stagnum Genesareth in tribu Zabulon. Eus. de locis Hebraicis. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Galilea, uolubilis, siue transmigratio facta. Philo in interp. nomin. de Ezechiele.

Galilea, uolubilis, aut transmigratio perpetrata, uel rota. Hieronymus ibid. de Luca.

Galilea est uolutatio uel uertigo. Origenes in 27. Matthæi.

Galiloth, locus iuxta Iordanem in tribu Benjamin, ubi altare Domino cōstruxerunt filij Ruben. Eusebius de locis Hebraicis.

Galiloth, reuelationis, uel transmigrationis. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Gallim, unde fuit Phalbi, qui post fugam Dauid Michol uxorem eius acceperat. Meminit et huius loci Esaias: dicitur autem esse quidā Accaron uicus qui uocetur Gallim. Eusebius de locis Hebraicis.

Gallim, oppidum Moabitarum. Esai. 15.

Gallim, transmigrantes, siue reuelati. Idem ibidem de 1. Regum.

Gallim, loca palustris, uel acerui. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Gallio, Proconsul Achaie, qui Iudæos Corinthi accusates Paulū hereseos, depellit à tribunali. Act. 18.

Galionis, transferentis. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Galioth, colles. Philo ibid. de Iesu Naue.

Gamaliel, Phariseus, præceptor S. Pauli apostoli. Act. 22.

Gamaliel, reddidit mihi Deus. Philo in interpretat. nomin. de Exodo.

Gamaliel, retributio Dei. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Gamarias, pius et fidelis Consiliarius, contradicens Ioachim regi Iudæe comburenti conciones, et infidiantis uitæ Hieremie. Hierem. 36.

Gamarias, legatus regis Sedechie ad Nabuchodonosor. Ibid. 29.

Gamaria, retribuens Dominus, siue consumans Dominus. Philo in interp. nomin. de Hieremia.

Gamen siue Gamon, regio Moabitarum iuxta Esaiam. Eusebius de locis Hebr.

Gamuel, retributio Dei. Philo in interp. nomin. de Hieremia.

Garab, scabiosus, uel scabies, siue incolatus multus. Id. ibid. de 1. Regum et Hieremia.

Gareb, collis iuxta Hierusalem, sicut scribit Hieremias. Eusebius de locis Hebr.

Gargasi, ciuitas trans Iordanem iuncta monti Galaad quam tenuit tribus Manasse. Et hæc esse nunc dicitur. Id. ibid.

Garizim, mons in tribu Manasse, in quo sita fuit urbs Sichem. Iud. 9. 2. Macch. 9.

Garizim, mons in tribu Benjamin, supra quam Iosua edificauit altare, populus Israel audiuit à sacerdote tribus recitari benedictiones propositas obtemperantibus legi. Deut. 12. 27. 10f. 8.

Garizim diuisio siue præcisio. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Garizim, accola siue aduena eius. Idem ibid. de lib. Iudicum.

Garizim, abscisiones. Idem ibidem de 1. Regum.

Garizim mons interpretatur discissio, uel diuisio. Origenes tom. 23. in Ioannem. (Iudicum.)

Galar, commotio. Philo in interp. nomin. de libro

Gasiongaber, castra in solitudine filiorum Israel, sicut in Numerorum libro scriptum est. Porro iuxta Deuteronomium ciuitas est Esau, quam nunc Esiam nuncupari putant iuxta mare rubrum et Ailam. Eusebius de locis Hebr.

Gasiongabis interpretatur consilia ueri. Origenes homil. 27. in Numeros.

Gathan, filius Eliphaz, nepos Esau. Genes. 36.

Gathan, tangens risit. Philo in interpretat. nomin. de Genesi.

Gaudium. Læticia. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, et c. Stoici qui distinguunt inter uerba subtilius, aliud quid esse existimant gaudium quam læticiam. Gaudium quippe esse aiunt elationem animi super his quæ digna sunt exultantis: Læticiam uero effrenatam animi elationem, quæ modum nesciat, et in his quoque quæ uitio sunt mixta, lætetur. Hieronymus in 5. ad Galatas.

Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Imitator Christi Paulus, hoc appellat gaudium suum et coronam suam, qui eius monila amplectebantur, quia Apostoli in eius gloria gloriabantur. De his dicitur: Corona imposita in capite Domini, facta ex lapide pretioso, sicut Ezechielis prophetia, et Ioannis Apocalypsis loquitur. Arnobius in Psalm. 20.

Gaudium duplex. Aliud est gaudium corporale, aliud spirituale. Gaudium corporale, est risus, iocus, et ceteræ delectationes carnales. Gaudium spirituale, est spes, sicut ait Apostolus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Autor operis imperfecti. homil. 15. in Matthæum.

Gaudium Christi. Hæc locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit, et gaudium uestrum impleatur. Quid est gaudium Christi in nobis, nisi quod dignatur gaudere de nobis? Et quid est gaudium nostrum quod dicit implendum nisi eius habere consortium? Propter quod Petro dixerat: Si non lauro te, non habebis partem mecum. Gaudium ergo eius in nobis, gratia est quam præstitit nobis: et ipse est gaudium nostrum. Gaudium eius de salute nostra, quod in illo semper fuit cum præsciuit et prædestinauit nos, cepit esse in nobis quando uocauit nos, et hoc gaudium merito nostrum dicimus, quo et nos futuri sumus: sed hoc gaudium nostrum crescit et proficit, et ad suam perfectionem perseverando pertendit. Ergo inchoatur in fide renascentium, implebitur in premio resurgentium. Augustinus tract. 83. in Ioannem.

Plenum. Petite et accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Hoc quod dicit gaudium plenum, profectio non carnale, sed spirituale gaudium est: et quando tantum erit, ut aliquid ei iam non sit addendum, procul dubio tunc erit plenum. Id. ibid. tract. 102.

Gaulon siue Galon, in tribu Manasse ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum in regione Basanitide. Sed et nunc Gaulon uocatur uilla prægradis in Bethania, ad cuius nomen et regio sortita uocabulum est. Eusebius de locis Hebraicis.

**Gaulon**, uoluntatio eius. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio.

**Gaza**, ciuitas Aeuorum, in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud ueteres autem erat terminus Cananeorum iuxta Aegyptum, ceterum in sortem tribus Iudae: sed eam tenere non potuit, quia Enakim, id est, gigantes fortissimi Allophyllorum restiterunt: et est usque hodie insignis ciuitas Palestinae. Queritur autem quomodo in quodam Propheta dicatur: Gaza futura in tumulum sempiternum. Quod soluitur ita, antiquae ciuitatis locum uix fundamentorum praebere uestigia: hanc autem quae nunc cernitur in alio loco, pro illa quae corruit, aedificatam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Gaza**, fortitudo. Sed sciendum, quod apud Hebraeos non habeat in principio literam consonantem: uerum incipiat a uocali Ain. et dicatur Aza. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio et Iesu Naue.

**Gaza**, fortitudo eius. Id. ibid. de Genesi. lib. Iudicum et Amos.

**Gaza**, fortitudo eius: g, litera addita est, siquidem Hebraice per ain, scribitur.

**Gaza** in Hebraea lingua significat thesaurum. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hereses.

**Gaze**, gazophylacium, siue fortitudo eius. Philo in interp. nomin. de Ezechiele.

**Gazeo**, robusto. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Gazer**, in sorte tribus Ephraim, urbs separata Leuitis: quam et ipsam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Aedificata est autem postea a Solomone: nunc Gazara uilla dicitur in quarto milliario Nicopoleos contra Septentrionem. Veruntamen sciendum, quod alienigenas ex ea Ephraim non potuit expellere. Eusebius de locis Hebr.

**Gazer**, regio in tribu Gad. Ios. 13.

**Gazer**, praecisio, siue diuisio, uel constrictio. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

**Gazer** interpretatur constructio. Origenes homil. 22. in Numeros.

**Gazera**, ubi Dauid percussit alienigenas. Euseb. de locis Hebr.

Haec uerba loquutus est in Gazophylacio docens in templo, et c. Gazophylacium locus erat munusatum, quae offerebantur ad honorem Dei, et ad dispensationem requiei pauperum. Origenes tom. decimonono in Ioannem.

## G B

**Gebal**, mons in terra repromissionis, ubi ad imperium Moysi altare constructum est. Sunt autem iuxta Hierichum duo montes uicini contra se inuicem respicientes. E quibus unus Garizim, alter Gebal dicitur. Porro Samaritani arbitrantur hos duos montes iuxta Neapolim esse, sed uehementer errant: plurimum enim inter se distant, nec possunt inuicem benedictum, siue maledictum inter se audiri uoces. Quod Scriptura commemorat. Eusebius de locis Hebr.

**Gebal**, uorago uetus, siue *νεβελις*. Philo in interpretatione nomin. de Deuteronomio.

**Gebal**, definiens, siue disterminans. Idem ibidem de Psalterio.

**Gebathon**, urbs Leuitarum in tribu Dan. Ios. 21. Hanc obsidens Nadab rex Israel, interficitur a Basa. 1. Regum 15.

**Gebim**, fossa. Philo in interp. nomin. de Esai.

**Gecin**, meminit huius Esaias: et est uilla Geba in quinto milliario a Gufnis euntibus Neapolim. Eusebius de locis Hebr.

**Gebneel**, oppidum ad littus maris infra Ioppen situm, prope Iammam et Madin. Ios. 15.

**Geddi**, filius Sodi, explorator de tribu Zabulon. Num. 13.

**Gedeon**, filius Ioas, ex tribu manasse, iudex Israel per quadraginta annos. Euerit aram Baal, et liberavit israelitas oppressos a Madianitis. Ios. sexto. septimo. octauo.

**Gedeon**, tentatio iniquitatis meae. Philo in interp. nomin. de Numeris.

**Gedeon**, circumiens in utero, uel inutile, siue tentatio iniquitatis eorum. Idem ibidem de lib. Iudicum.

**Gedeon**, experimentum iniquitatis. Hieronymus ibid. de epist. ad Hebraeos.

**Gedud**, ad quam descendit Dauid, pro quo Aquila *το οδω*, id est, expeditum uel accinctum, Symmachus latronum cuneum transtulerunt. Eusebius de locis Hebraicis.

**Geennon**, quod interpretatur uallis Ennon, et ab hac quidam putant appellatam gehennam. Cecidit autem in sortem tribus Benjamin iuxta uirum Hierusalem contra orientem. Idem ibid.

**Gegal**, praeruptum, siue uallis uetus. Philo in interp. nomin. de Gen.

**Gehenna**, quae sit haec gehenna, et in quo loco Scripturarum prius est nominata, qui potest requiratur, maxime in diuisione hereditatis Iesu filij Naue, ubi interdum quidem appellatur uallis filiae Nom, interdum autem uallis Enon quae est gehenna. Gehenna enim est uallis. Et obseruet, quoniam sicut Hierusalem fors est tribus Benjamin, et aliae quaedam ciuitates electae uel uici, sic et gehenna. Origenes in 23. Matth.

Sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam, Nomen gehena, in ueteribus libris non inuenitur: sed primum a Saluatore ponitur. Queramus ergo quae sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem ad radices montis Moria: in quibus Siloa fuit, non semel legimus. Haec uallis et parua campi planities, irrigua erat et nemorosa, plenaque delitijs, lucusque in ea idolo consecratus erat. In tantam autem demeritiam populus Israel uenerat, ut deserta templi uicinia, ibi ostias immolaret: et rigorem religionis delitiae uincerent filiosque suos demonijs incenderent uel imitariarent. Et appellabatur locus ille gehennom, id est, uallis filiorum Henon. Hoc Regum uolumen et Paralipomenon. et Hieremias scribunt plenissime. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum: ut nequaquam uocetur Tapheth et Baal, sed uocetur Polyandrium, id est, tumultus mortuorum. futura ergo supplicia et poena perpetua, quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci uocabulo denotantur.

Duplicem autem esse gehennam, nimirum ignis & frigoris, in Iob plenissime legimus. Hieronymus in 10. Matthæi.

Gehenna est locus destinatus poenis eorum qui male uixerunt, non credentes uera quæ Deus per Christum prædixit. Iustinus martyr apologia secunda pro Christianis.

Gehenna est ignis arcani subterraneus ad poenam thesaurus. Tertullianus in apologetico.

Gehenna, de ualle sunt, siue uallis gratuita. Hieronymus in interp. nomin. de Matthæo.

Gelamur, regio Allophylorum. Eusebius de locis Hebraicis.

Gelboe, montes alienigenarum, in sexto lapide à Scythopoli, in quibus etiam uicus est grandis qui uocatur Gelbus. Id. ibid.

Gelboe, uolutatio siue decursus, uel aceruus pluens. Philo in interp. nomin. de 1. Regum.

Gelgel, hanc cepit Iesus, & nunc ostenditur uilla nomine Galgulis ab Antipatride in sexto milliario contra septentrionem Eusebius de locis Hebraicis.

Gelmon de Blahaim castra, id est, mansio filiorum Israel in deserto. Id. ibid.

Gelo, migra, uel transmigranti. Philo in interp. nomin. de 2. Regum.

Gelonites, transmigrantes. Id. ibid.

Gemela, regio Idumæorum, pro qua Aquila & Symmachus interpretantur uallem Salis. Eusebius de locis Hebraicis.

Genedab, filius Adad Idumæi. 1. Reg. 11.

Generatio est, ex Deo prima plasmatio. Damascenus lib. 1. cap. 30. de Orthodoxa fide.

Generatio praua & adultera signum insuper quærit, & c. illos appellat prauam generationem, ob malitiam qualitatem illis innatam. Est autem malitia, ubi quis uolens male facit. Adulteram autem uocat, ob id, quoniam eum qui iuxta tropum uir dicitur, uidelicet ueritatis sermonem aut legem deserentes Pharisei & Sadducei, adulterio corrupti sunt à mendacio & lege peccati. Origenes in 16. Matthæi.

Generatio mala & adultera signum quærit, & c. Propterea generationem malam nuncupauit, tum quia semper ingrati benefactoribus extiterunt, tum quia susceptis beneficijs, quod extrema utilitatis est ad malignitatem incitantur. Adulteram porro generationem appellauit, tam priorem quam presentem ipso rum deformitatem designans. Chrysostomus homil. 44. in Matthæum.

Sicut meretrix uxor uirum suum se fingit amare, uerè autem amat adulterum, & in facie istius quidem est, in corde autem alterius: Sic & Iudei uidebantur esse Dei cultores, erant autem diaboli amatores. Ideo malam & adulteram generationem eos appellat. Mala quidem erat, propter opera eorum mala: adultera autem, quia relicto uiro qui est uerus Deus, idolis subdebantur. Autor operis imperfecti homin. 32. in Matthæum.

Genesar dicitur Græco uocabulo, quasi generans sibi auram aquæ dulcis, et ad potandum habilis. Egesippus lib. 3. cap. 26. de excidio Hierosolymorum.

Genesar, ortus principum. Hieronymus in interp. nomin. de Matthæo.

Genesis creatio est: generatio autem in Deo, ex solo Patre consubstantialis filij profectio est: in creaturis uerò, ex concursu maris & femine similis substantie indiuidui pro creatio. Damascenus lib. 4. cap. 7. de Orthodoxa fide.

Genezareth, regio est in tribu Zabulon, finitima mari Galilææ seu Tiberiadis. Matth. 24. quod idem stagnum Genezareth nominatur. Luc. 5. & aqua Genezar. 1. Macch. 11.

Gentes, Reliquæ nationes communi uocabulo Gentes nominantur à spiritu Prophetico: Iudaicæ uerò Samariticæq; trib. appellatur domus Iacob & Israel. Iustinus martyr apologia 2. pro Christianis. Ut fiat oblatio gentium acceptabilis sanctificata per S. sanctum. Cum gentium dicit, ipsum orbem, terram & mare, in uniuersum intelligit. Chrysost. sermo. 29. ad Rom.

Sicut & ceteræ gentes ambulant. Reliquas gentes dicit, eas quæ nondum crediderunt. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Genus flectere. Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Flectere sanè genu, & omnem linguam confiteri Deo, de Esaiæ propheta sermonibus assumpsit Apostolus. Quod tamen non est carnaliter accipiendum, ut putemus etiam cœlestia quæ dicitur genu flectere, carnalibus membris hæc ficere: uerbi causa ut putetur uel sol, uel luna, uel stelle, uel etiam angeli, & quæcunq; sunt quæ cœlestia nominantur corporalibus. inflexa genibus adorare, aut etiam lingua carnali & tali membro quali nos homines loquimur, putentur confiteri Deo, de quibus dicitur, quia sint spiritus & ignis secundum quod Propheta dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Et quæ genua in spiritibus esse creduntur? aut quæ lingua in ignis specie requirentur? Sed genu flectere, subiecta esse cuncta, & cultui Dei obedire declarat. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, & c. Quicunq; subiectus est Saluatori, flectere ei genu dicitur. Hieronymus in 3. ad Ephesios.

Genus trib. modis dicitur. Primo modo, ut à progenitoribus: quemadmodum qui nati sunt ex Israel, Israelitæ dicuntur. Secundo modo autem à patria: ut à Hierosolymis Hierosolymitæ, & à Palestina Palestini. Secundum tertium uerò modum genus dicitur, quod diuiditur in species, de quo apud Philosophos est sermo. Damascenus lib. de Dialectica cap. 2.

Geon, fluius, qui apud Aegyptios Nilus uocatur in paradiso oriens, & uniuersam Aethiopiã circumiens. Eusebius de locis Hebraicis.

Geon, pectus, siue præruptum. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Gepha, nomen regionis, ut in Esaiâ scriptum est. Eusebius de locis Hebraicis.

Gera, filius Beniamin. Genes. 46. Ab hoc ortus Ebud. Iud. 3.

Gera, ruminatio, uel incolatus. Philo in interpret. nomin. de Genesi. & lib. Iudicum.



Gerā, ruminans. Idem ibidem de 2. Regum.

Gerara, ex cuius nomine nunc Geraritica uocatur regio trans Daroma procul ab Eleutheropoli uiginti millibus & quinque ad meridiem. Erat autē olim terminus Canan. eorum ad australem plagam, & ciuitas metropolis Palestina. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est, inter duas solitudines, quarum una Aegypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris peruenit. Altera uero Cades, usque ad Saracenorum cretum extenditur. Eusebius de locis Hebraicis.

Gerara, ruminacionem uidit, seu maceria. Sed sciendum quod Gerara interpretatur incolatus: Gadera uero maceria siue sepes. Philo in interpretation. nomin. de Genesi.

Vallis Gerararum interpretatur machera, siue sepes ueniens in aquam. Origen. Homil. 13. in Genes.

Geraris, aduenae propinquantes, siue coriupeta eorum. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gerasa, urbs insignis Arabiae, Quidam autem ipsam esse Gadaram existimant. Sed & Euangelium meminit Gerasenorum. Eusebius de locis Hebr.

Gerasa urbs est Arabiae, neque mare, neque stagnum in propinquo habens. Origenes tom. 8. in Ioannem.

Gerasenorum, suburbana, aut coloni ibidem. Hieronymus in interp. nomin. de Luca.

Gergefa, ubi eos qui a demonibus uexabantur, Saluator restituit sanitati: & hodieque, super montem uiculus demonstratur iuxta stagnum Tyberiadis, in quod porci praecipitati sunt. Eusebius de locis Hebr.

Gergefa, a qua Gergesae, urbs est antiqua iuxta stagnum, quod nunc Tyberiadis uocamus, iuxta quam rupes est stagno adiacens, e qua ostenditur porcos a demonibus in praecipitatos fuisse. Interpretatur autē Gergefa habitatio eijcientium. Origenes tom. 8. in Ioannem.

Gergefaeus, filius Chanaan, nepos Cham. Genesi 10. 15.

Gergeseus, colonum eijciens, siue aduenam propinquantem. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gergefaum, colonum applica. Idem ibidem de Deuteronomio.

Gerī, locus in quo percussus Hieu rex Israel Ochoziam regem Iuda iuxta Ieblaam. Eusebius de locis Hebraicis.

Gerlam, aduena ibi, aut adiectio eorum. Philo in interp. nomin. de Genesi & Exodo.

Gerlan, filius Moysis. Exod. 18.

Gerlon, filius Levi, a quo familia Gersonitarum. Num. 10. Ios. 21. 1. Paral. 23.

Gerson, eiectio eorum, siue aduena ibi, aut aduena pupilla. Philo in interp. nomin. de Exodo.

Gerlus Hebraea lingua significat, in terra peregrina. Iosephus lib. 2. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum.

Gella, oppidum in tribu Ruben prope Elede. Ios. 13.

Gessen, regio Aegypti, quam Iacob inhabitauit cum liberis suis. Eusebius de locis Hebr.

Gessen interpretatur proximitas, uel propinquitas. Origenes homil. 16. in Genesim.

Geson, appropinquans palpationi eorum, siue uicinitas. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gelom, ciuitas alienigenarum, quae est & Gergasi in Basanide, de qua filij Israel expellere non uoluerunt Gessuri. Eusebius de locis Hebraicis.

Gellor, applicans lumen, uel applicans dirigentem. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Gessuri, regio alienigenarum in Syria. Eusebius de locis Hebraicis.

Gessuri, regio inter Iordanem, Libanum, & montes Galaad comprehensa, quae paruit Og regi Basan, caeso a Moysse. Deut. 3. 2. Samuel. 1.

Gessuri, urbs Idumaea, ex qua Dauid praedam agit. 1. Samuel. 27.

Gesuri, iuxta lumen, uel uicinia luminis. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio.

Gesuri, iuxta lumen meum, uel applicantes e lumine meo. Id. ibid. de 1. Regum.

Geth, in hac gigantes qui uocabantur Enakim, & Philistinorum accolae permanserunt. Ostenditur uicinus in quinto milliario ab Eleutheropoli euntibus. Diospolis. Eusebius de locis Hebr.

Geth, torcular. Philo in interpretat. nomin. de Iesu Naue.

Getheo, torculari. Id. ibid.

Getha, ad quem locum transtulerunt arcam testamenti de Azoto: nunc uicus grandis uocatur Githam, inter Antipatridem & Iamnam. Sed & alia uilla appellatur Gethim. Eusebius de locis Hebr.

Gethacopher, unde Ionas propheta fuit. Idem ibidem.

Gethaim, pro qua in Hebraeo positum est Auith, ciuitas Adad, qui quartus regnauit in Idumaea terra, quae nunc Gebalene dicitur. Id. ibid.

Getham, applicuerunt eos. Philo in interpretat. nomin. de Iob.

Gethefer, in tribu Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.

Gethefer, oppidum in tribu Zabulon, uicinum Nazareth uersus meridiem. Ios. 19.

Gether, filius Aram, nepos Sem. Genes. 20.

Gether Bactrianos instituit. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiquitatum Iudaicarum.

Gether, 1. Reg. 30. Hebraice Iathir est urbs Sacerdotalis, in tribu Iuda, prope Saraa & Esthaol.

Getter, torcular uidens, siue accola explorationis. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gethsemani, locus ubi Saluator ante passionem orauit. Est autem ad radices montis Oliueti nunc ecclesia desuper aedificata. Eusebius de locis Hebr.

Gethsemani, uallis pinguedinum. Hieronymus in interp. nomin. de Matthaeo.

Gethsemani interpretatur uallis pinguis. Id. in 16. Matthaei.

Gethaaser, torcular eius humi, uel fossium. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Getremmon, in tribu Manasse, ciuitas separata Leuitis. Eusebius de locis Hebr.

Getremmon, ciuitas in tribu Dan separata Leuitis. Est autem nunc uilla praegrandis in duodecimo milliario.

liario Diospoleos pergentibus ad eam de Eleuthero-  
poli. Id. ibid.

Getremmon, torcular excelsum, uel torcular subli-  
mum. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.

Gezer, in tribu Beniamin. 2. Reg. 5.

## G I

Gideroth, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

Giezi, minister Helisei prophete. primo Regum  
4. 5.

G. zi, praeceptum uidens, uel uallis uisio. Philo in  
interp. nomin. de 3. Regum.

Gigas dicitur omnis qui aduersus Deum risistit.  
Quicumq; ergo aduersatur Deo, & contrarius est ue-  
ritati, quod illi principaliter faciunt, merito gigas ap-  
pellatur. Origenes homil. 7. in Numeros.

Gilon, unde fuit Achitophel. Eusebius de locis  
Hebraicis.

Gilon urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

Gimel, retributio, uel plenitudo. Philo in interp.  
nomin. de Psalterio.

Gimel uocis plenitudinem significat. Eusebius libr.  
10. cap. 2. de preparatione Euangelica.

Gion, ubi Solomon unctus est in regem. Idem de  
locis Hebraicis.

Gio, lucta, sine luctari. Philo in interp. nomin. de  
2. Regum.

Gir, diuisio, uel praecisio. Id. ibid. de 3. Regum.

Gilon, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

## G L

Gladius. Et tra ipsius animam pertransibit gla-  
dius. Quis est iste gladius qui non aliorum tantum, sed  
etiam Mariae cor pertransiit? Aperte scribitur, quod  
in tempore passionis omnes sint Apostoli scandalisati,  
ipso quoq; Domino dicente: Omnes uos scandalisabi-  
mini in nocte hac. Ergo scandalisati sunt uniuersi, in  
tantum ut Petrus quoq; apostolorum princeps tertio  
denegarit. Quid? putamus quod scandalisatis aposto-  
lis mater Domini a scandalo fuerit immunis? Si scanda-  
lum in Domini passione non passa est, non est mor-  
tuus Iesus pro peccatis eius. Si autem omnes peccauer-  
unt, & egent gloria Dei, iustificati gratia eius & re-  
dempti, utiq; & Maria illo tempore scandalisata est.  
Et hoc est quod nunc Symeon propheta dicens: Et  
tuam ipsius animam, quae scis absq; uiro peperisse te uir-  
ginem, quae audisti a Gabriele: Spiritus sanctus ueniet  
super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, pertran-  
sibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone fe-  
rieris, & cogitationes tuae te in diuersa lacerabunt,  
cum uideris illum quem filium Dei audieras, & scie-  
bas absq; semine uiri esse generatum, crucifigi & mo-  
ri, & supplicijs humanis esse subiectum, & ad postre-  
mum lachrymabiliter conquerentem atq; dicentem:  
Pater si possibile est, pertranseat calix iste a me. Ori-  
genes homil. 17. in Lucam.

Gladius acutus. Gladium acutum, doloris ma-  
gnitudinem appellauit. Cyrillus lib. 12. cap. 33. in  
Ioannem.

Gladium euaginare. Quomodo putandi sunt  
peccatores euaginare gladium? Dum iam impudenter  
& absq; ullo uerecundiae uelamento iniquitates suas

perpetrant, nec erubescunt, ac reuerentur, neque tan-  
quam in uagina nequitiam suam recondunt, & conte-  
gunt, sed superbo & elato spiritu uelut gladium quen-  
dam denudant. Similiter etiam illud quod sequitur per-  
agunt, id est, intendunt arcum suum. Origenes homil.  
2. in Psalm. 36.

Gloria duplex. Et quos iustificauit, illos & glo-  
rificauit. De glorificatione possumus et in presenti se-  
culo illud intelligere quod dicit Apostolus: Nos autem  
omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes ea-  
dem imagine transformamur a gloria in gloriam, tan-  
quam a Domini spiritu. Est ergo & haec gloria quam  
iustificati quiq; in presenti uita percipiunt: est & illa  
quae speratur in futuro, cum corpus hoc humilitatis no-  
strae seminatur in contumelia, & surget in gloria, &  
est alia gloria solis, alia gloria lunae, alia gloria stella-  
rum, & stella a stella differt in gloria, ita erit & resur-  
rectio mortuorum. Id. lib. 7. ad Romanos.

Gloria. Attendamus necesse est gloriae uocabulum,  
quod apud nullos gentes de re media ponitur, ex quo  
diffiniunt, gloriam esse laudem a multis proficiscentem.  
Perspicuum uero est alia de re hoc nomen etiam poni  
ex eo quod hunc in modum in Exodo dictum sit: Et  
gloria Domini repletum est tentorium: nec poterat  
Moyses ingredi in tentorium testimonij, quod obum-  
brasset illud nubes: & gloria Domini plenum fuit ten-  
torium. In tertio etiam regum hunc in modum est scri-  
ptum: Euenit cum egrederentur sacerdotes e sanctua-  
rio, ut nubes repletet domum Domini, & non pote-  
rant sacerdotes stare coram nube ad ministrandum,  
quod repletet gloria Domini domum. Quin de Moy-  
sis gloria scripta etiam sunt talia in Exodo: Ut autem  
descendit Moyses de monte, duaeq; tabulae testamenti  
in manibus erant Moysis: cumq; e monte descenderet Mo-  
yses, non norat glorificatum fuisse aspectum cutis uul-  
tus sui, dum Deus sibi loqueretur. Viditq; Aaron, &  
omnes filij Israel Moysen, & erat glorificatus aspectus  
cutis uultus sui, & timuerunt ei appropinquare. Haec  
gloriae significatio in Euangelio etiam Lucae his uer-  
bis declaratur. Et facta est dum oraret species uultus  
eius alia: & uestitus eius candidus ac resurgens. Et ec-  
ce duo uiri loquebantur cum eo, qui erant Moyses &  
Elias: qui uisi in maiestate narrabant excessum eius,  
quem cõpleturus erat Hierosolymis. Vide uero in qui-  
bus etiam Paulus nomen gloriae assumat. Alicubi enim  
dicit: Si administratio mortis in literis deformata in sa-  
xis fuit in gloria, adeo ut non possent intendere filij Is-  
rael in faciem Moysis, propter gloriae uultus eius, quae  
aboleretur, cur non potius administratio spiritus erit in  
gloria? Nam si administratio condemnationis gloria  
est, multo magis excellit administratio iusticiae in glo-  
ria: quandoquidem ne glorificatum quidem est in hac  
parte propter eminentem gloriam. Si enim quod abo-  
letur in gloria fuit, multo magis id quod manet, est in  
gloria. A libi uero. At nos omnes reuelata facie gloriam  
Domini in speculo representantes ad eandem imagi-  
nem transformamur a gloria in gloriam: tanquam a  
Domini spiritu. Rursumq; post pauca: Si adhuc uela-  
tum est Euangelium nostrum, in his uelatum est qui pe-  
reunt: in quibus Deus huius seculi excaecauit sensus in-  
credulo,

credulorum: ne illucesceret illis Euangelium glorie Christi, qui est imago Dei. Et iterum post pauca: Deus est qui insit e tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis glorie Dei, in facie Iesu Christi. Quorum singula quamuis accurate enarrare non posset, proposita enarratio textus Euangelici, tamen paucis hæc dicenda sunt. Quantum ad sensum humilem et corporalem attinet, diuinitor quaedam manifestatio in tentorio, et in templo completo facta fuit, et in facie Moysis: qui cum diuina natura conuersatus fuerat. Origenes tom. 3. in Ioannem.

**Pro uisione.** Hæc dicit Esaias, quando uidit gloriam eius, et locutus est de eo. Gloriam hic uisionem illam appellat, summam, et arcana audisse mysteria, uisionem Seraphim, fulgura throno deficiens, in quod inspicere potentie illæ non possent. Chrysostomus homil. 67. in Ioannem.

**Pro autoritate.** Non in immensum gloria binur etc. Gloriam pro autoritate posuit, qua utebatur in correptionibus peccatorum, ut saluos eos faceret. Ambrosius in 1. o. 2. ad Corinth.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem pro-uocantes, etc. Opinionem uulgi, et laudem hominum fauore quaerant, gloriæ nomen sonat ubi dicitur: Omnia autem faciunt, ut ab hominibus glorificentur. Et alibi: Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem querentes? Porro in bonam partem in eodem loco: Et gloriam ab eo qui solus est, non querentes. Ex quo intelligimus idem uerbum, nunc uirtutem significare, nunc uitium. Si ab hominibus quero gloriam, uitium est: si à Deo, uirtus est, qui et ad ueram nos gloriam cohortatur, dicens: Eos autem qui me glorificant, glorificabo. Significat et aliud in scripturis diuinis gloria, cum augustius aliquid, et diuinius hominum se præbet obtutibus. Visa est in tabernaculo gloria Domini: et in templo quod à Salomone constructum est gloria erat: et in facie Moysi, quando nesciebat quod glorificatus esset uultus eius: de qua uultus gloria puto et Apostolum dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloria, sicut à Dei spiritu. Et ipse Saluator, splendor gloriæ et figura substantiæ Dei dictus est. Vidit et Stephanus gloriam Dei et Iesum stantem e dextris eius. Hieronymus in 5. ad Galatas.

**Gloria Dei.** Gentes uero super misericordia glorificant Deum. Gloria Dei est, quando coadunamur, quando unimur, quando unanimiter illum laudamus, quando infirmum portamus, quando abruptum etiam membrum non contemnimus. Chrysostomus sermo. 28. ad Romanos.

Pauli. Bonum est enim mihi magis mori quam ut gloriam meam quis euacuet. Gloriam suam dicit in eo si Euangelij seueritas maneat, et mori magis eligit, quàm Euangelij iura uiolare, sciens hoc sibi magis proficere ad futuram salutem. Ambrosius in nona primæ ad Corinth.

**Diuitiæ gloriæ.** Quenam sint diuitiæ gloriæ sacramenti huius in gentibus. Diuitias gloriæ uocauit

honoris magnificentiam. Theodoretus in primam ad Colossenses.

**Gloria inanis.** Non simus inanem gloriam sectantes, etc. Inanis gloria est, uelle uincere ubi præmium non est, ut quis studium habeat contentionis et emulationis, sciens quia hæc generant discordias et lites. Seruum autem, inquit, Domini non oportet ligare. Bona enim uitæ fructus aridos facit, perdens spem promissam castæ conuersationis. Bona enim et casta uitæ moribus ornanda est, et beneuolentia locupietanda. Ambrosius in 5. ad Galatas.

**Spes gloriæ.** Quod est Christus in uobis, spes gloriæ quæ nos annunciamus. Spem gloriæ uocat, gloriam quæ speratur. Theodoretus in 1. ad Colossenses.

**Gloria ad Deum.** Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad Deum. Hæc est ad Deum gloria, qua glorificatur non homo, sed Deus: si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex Deo illi sit, quod etiam bene operatur, quoniam palmes non potest ferre fructum à semetipso. Augustinus tract. 82. in Ioannem.

**In gloriam Dei edere, bibere, &c.** Siue igitur editis siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloria Dei. In gloriam Dei edere, et bibere, et aliquid facere, hoc est, ut sub inuocatione creatoris cum modestia conuiuium celebretur. In gloriam enim Dei aliquid fit, cum in actibus et conuersatione Christiani Deus laudatur, uel cum filiorum procreatio à Deo speratur. Ambrosius in 1. o. 1. ad Corinth.

**Ad gloriam Dei manducare.** Quis est qui ad gloriam Dei manducat et bibit? Qui de manu Dei accepisse æstimat quod manducat et bibit. Quis autem de manu Dei se accepisse æstimat? Qui operatur in iusticiam, et Deum timet offendere. Autor operis imperfecti homil. 50. in Matth.

**Nubere.** Quis est qui ad gloriam Dei nubit? Qui nubit, aut propter desiderium bonorum filiorum, aut periculum peccati timens. Quis est qui propter desiderium bonorum filiorum nubit? Qui postquam habuerit filios, circa Dei disciplinam continet eos. Alioquin qui filios negligit, ille non desiderauit Deo generare, sed diabolo. Quis est qui propter periculum peccati nubit? qui postquam nupsit, matrimonium castè conseruat. Id. ibid.

**In gloria Dei patris esse.** Quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. In gloria Dei patris esse, nihil differre à Deo est, ut una gloria sit Patris et filij per communem substantiam et uirtutem. Est enim hæc unitas naturæ. Ambrosius in 2. ad Philippenses.

**Gloriatio.** Gloriamur in tribulationibus nostris. Sermo gloriationis interdum laudabiliter in scripturis, interdum culpabiliter ponitur. Etenim cum dicit Hieremias: Hæc dicit Dominus, Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelligere et cognoscere me, quia ego sum Dominus qui statuo misericordiam et iudicium et iusticiam super terram: in uno eodemque capitulo gloriationem et laudabiliter et culpabiliter posuit. Nam si quis, inquit, gloriatur uel in sapientia sua, uel in fortitudine,

tuudine, uel in diuitijs, culpabiliter gloriatur. Si quis uerò in agnoscendo Dominum gloriatur, & in intellectu iudiciorum eius, & misericordie & iusticie, laudabiliter gloriatur. Origenes lib. 4. ad Rom.

Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloria meam quis euacuet. Gloriationem appellat, gratis predicare, & positos terminos transilire. Theodoretus in 9. ad Corinth.

In dies morior per uestram gloriationem, quã habeo in Christo Iesu Domino nostro. Gloriationem, scilicet augmentum dicit. Chrysostomus homil. 40. in 1. ad Corinth. (15. 1. ad Corinth.)

Gloriationem suam eorum fide uocauit. Theod. in Glorificatio. Quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Tunc primum post resurrectionem suam Dominus, quam dicit Euangelista glorificationem, dedit discipulis suis sanctum. Augustinus tra. 32. in Ioann.

Glorificare Deum. Hoc est glorificare Deum, nullas rationes exigere eorum quae facit. Ita & Abraham Deo gloriam dedit. Et certo, inquit, persuasus quod potens sit ad prestandum quod promissus. Chrysostomus homil. 4. ad Colossenses.

## G N

Gnomes. Sciendum est, quod nomē gnomes multummodum, & multi significatum est. Quandoque enim ostendit exhortationē, ut dicit diuinus Apostolus: De uirginibus preceptum Domini non habeo, gnomem autem do. Quandoque consilium, ut quando inquit propheta Dauid: Super populum tuum malignati sunt gnomes. Quandoque suffragium, ut Daniel: A quo exiuit gnomo inuerecunda? Et quandoque pro fide, opinione, aut prudentia, & simpliciter dicendo, secundum plurima significata sumitur gnomes nomen. Damascenus lib. 3. cap. 14. de Orthodoxa fide.

## G O

Goatha, loci nomen. Hier. 3. 1. Septuaginta uerterunt de Electis lapidibus. (Hebr.)

Gob, ubi commissum est praelium. Eusebius de locis Gob, lacus. Philo in interp. nomin. de 2. Regum.

Godolias, filius Aichan, patroni Hieremie prophete. Hierem. 26. euersa Hierosolyma praeficitur à Nabuchodonosor Iudeis relictis in terra Iuda, sed mense septimo post interficitur ab Hishnael. Hierem. 40. 41. 2. Reg. 25.

Godolia, magnificus Domini, uel magnificatus. Philo in interp. nomin. de 3. Regum & Habacuc.

Goel, propinquus, siue redimens. Id. ib. de Exod.

Gog, Ezechiel coniungit Gog, Magog, & Mosoch, & significat septentrionales gentes esse. Ideo conuenienter est Scytas, à quibus Turci profecti sunt, his appellationibus indicari.

Gog, & sua id est, testum. Philo in interp. nomin. de Amos & Ezechiele. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Gog super testam interpretatur. Origenes homil. 27. in Numeros.

Goim, in Gelgel, quod Aquila & Symmachus interpretantur, gentes in Gelgel. Euf. de locis Hebr.

Golan, urbs refugij in regione Basan. Deut. 4.

Golan, transmigratio eorum, uel uolutabrum eorum. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio & Iesu Naue.

Golathamaim, locus qui interpretatur possessio aquae. Eusebius de locis Hebr.

Golgol, quae & Galgal, iuxta quam montes esse scribuntur Garizim & Gebal. Id. ibid.

Golgotha, locus Caluarie, in quo Saluator pro salute omnium crucifixus est: & usque hodie ostenditur in Aelia ad septentrionalem plagam montis Sion. Id. ib.

Golgotha, caluaria, Syrum est non Hebraeum. Hieronymus in interp. nomin. de Mattheo.

Golgatha Cranij siue Caluarie locum interpretantur, quia primum formati hominis Adam caluaria illic inuenta est, & illic reliquia sitae erant. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra haereses.

Goliath, Philisteus gigas à Dauide caesus. 1. m. 17.

Goliath alius interfectus à Adeodato. 2. Sam. 21.

Goliath, reuelatus, siue transmigrans. Philo in interp. nomin. de 1. Regum.

Golme significat similaginis grumum siue grannum, nimirum quod nondum in panem deuenit, ac pistum est, sed uelut à grono frumenti sectus grumus, aut tenuis particula quae ex similagine fit. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra haereses.

Gom, fouea. Philo in interp. nomin. de 2. Regum.

Gomer, filius Iaphet. Genes. 10.

Gomer, assumptio, siue consummatio, uel perfectio. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gomor, mensurae nomen, quae est decima Ephraim, continens septem sextarios. Exod. 16.

Gomor, mensura Atticorum choenicum trium. Philo in interp. nomin. de Exodo.

Gomor, consummatio siue perfectio, uel uenundatio. Philo in interp. nomin. de Ezechiele.

Gomorra, una de quinque ciuitatibus Sodomorum, quae cum reliquis diuina ultione subuersa est. Eusebius de locis Hebraicis.

Gomorra, populi timor, siue seditio. Sciendum quod G, litteram in Hebraico non habet, sed scribitur per uocalem Ain. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Gomorra, populi timor siue cecitas. G. in principio additum est, alioquin ex ain describitur. Hieronymus ibid. de 2. Petri, de epistolis Iudae. et ad Romanos.

Gonath, arrogantia tua, uel hortus tuus. Philo ibid. de 3. Regum.

Goneabath, furtum filiae. Id. ibid.

Gorgias, capitaneus Antiochi Epiphanius, cuius copijs profligatis Iudas Macchabeus templum recuperauit. 1. Macch. 4. 2. Macch. 8, 10, 12.

Gorizim, diuisio, siue aduena. Philo in interpretatione nomin. de Deuteronomio.

Gortuna, urbs Cretae insulae, cuius mentio fit 1. Macch. 15.

Gosen, urbs in tribu Iuda. Ios. 11. 15.

Gosnam, iuxta eam, uel applicatam. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue. (Hebr.)

Goson, hanc expugnauit Iesus. Eusebius de locis Gothoniel interpretatur responsio Dei. Origenes homil. 20. in Numeros.

Gothoniel interpretatur tempus mihi Deus. Idem homil. 3. in librum Iudicum.

Gozan, in regione Emath, & huius meminit E-  
saias. Est autem in finibus Damasci. Eusebius de locis  
Hebraeis.

Gozan, tonsio eorum, uel fortitudo eorum. Philo  
in interp. nomin. de 3. Regum.

## G R

Gratia. Vbi abundauit delictum, superabundauit  
& gratia. Gratia est quæ de regno suo, id est, de mem-  
bris nostris peccatum eiecit & expulit, cum quo ne-  
cessario etiam mors pariter exclusa est, ut ita demum  
regnum sibi in nobis gratia per iusticiam uendicaret,  
& ubi mors fuerat, æterna uita consisteret. Origenes  
lib. 5. ad Romanos.

Quid est gratia? Gratis data? Quid est gratia? Gra-  
tis donata non reddita. Augustinus tract. 3. in Ioannē.

Si autem gratia, iam non ex operibus. Manifestum  
est, quia gratia donum Dei est, non debita merces ope-  
ribus, sed gratuita ratione, misericordia interueniēte,  
concessa. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi. Hæc gra-  
tia peritiam intelligitur dominicæ disciplinæ, per quam  
humiliati iusticiæ studendum tradit. id. ibid. 12. cap.

Per quem accepimus gratiam & apostolatum etc.  
Gratia ad laborum patientiam referenda est: Aposto-  
latus ad prædicationis auctoritatem. Origenes lib. 1.  
ad Romanos.

Gratia adiutorium est infirmitatis humanæ. Autor  
operis imperfecti homil. 18. in Mattheum.

Certiores autem uos facio fratres de gratia Dei,  
quæ data fuit in ecclesijs Macedoniæ. Gratiam opus  
uocat, non solum humilians illos, sed & prouocans,  
& ab inuidia alienum sermonem faciens. Chrysosto-  
mus homil. 18. in 2. ad Corinth.

Vt det gratiam audientibus. Gratiam uocauit iucun-  
ditatem. hoc est, ut sit acceptus ijs qui audiunt. Theo-  
doretus in 4. ad Ephesios.

Cum socij gratia meæ omnes uos sitis. Gratiam uo-  
cauit perpeffionem. id. in 1. ad Philippenses.

Noli negligere gratiam quæ in te est. Gratiam ap-  
pellauit doctrinam. id. in 4. 1. ad Timotheum.

## ¶ Gratia unde dicitur.

Vnde uocatur gratia? Quia gratis datur. Augustin.  
tract. 3. in Ioannem.

Ideo gratia uocatur, quia gratis datur. id. lib. de gra-  
tia & libero arbitrio cap. 21.

## ¶ Gratia duplex.

Gratiam pro gratia. Quam pro qua? Pro ueteri no-  
uam. Quemadmodum enim duplex erat iusticia: Secū-  
dum iusticiam, inquit, quæ in lege est factus irrep-  
rensibilis. Et duplex fides: ut, Ex fide in fidem. Et ado-  
ptio duplex: Ut quorum adoptio est. Et duplex gloria:  
Ut, Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multo  
magis quod manet in gloria. Et lex duplex: Ut lex spiri-  
tus uitæ liberauit me. Et duplex seruitus: Ut, Quorum  
seruitus. & iterum: Spiritui Dei seruietes. Et testamē-  
tum duplex: Ut, disponam uobis testamentum nouum,  
non secundum testamentum, quod disposui patribus  
uestris. Et duplex sanctificatio, & duplex baptisma,  
& duplex sacrificium, & templum, & circūcisio du-  
plex: ita & duplex gratia. Chrysost. hom. 13. in Ioan.

Ex eius plenitudine accepimus pro modo dulo nostro  
tanquā particulas nostras, ut bene uiuamus: sicut De-  
us partitus est mensuram fidei, quia unusquisq; propri-  
um donum habet a Deo, alius sic, alius autem sic, & i-  
psa est gratia: & insuper accipiemus & gratiam pro  
gratia, quando uita æterna reddetur. De qua dixit A-  
postolus: Gratia autem Dei uita æterna, in Christo Ie-  
su Domino nostro. Augustinus libro de gratia & libe-  
ro arbitrio cap. 9.

Gratia & pax Gratia uobis & pax a Deo Pa-  
tre nostro, &c. Nec gratia fit, nisi offensa: nec pax, ni-  
si belli. & populus autē per disciplina transgressio-  
nem, & omne hominum genus per naturæ disimula-  
tionem, & deliquerat, & rebellauerat aduersus crea-  
torem. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

Omnis gratia. Potens est autem Deus omnem  
gratiam abundare facere in nobis. Omnem gratiam di-  
cit dona, seu charismata. Theodoretus in 9. 2. ad Corin-  
thios.

Gratia Dei. Gratia Domini nostri Iesu Christi  
uobiscum. Gratia Dei & gratia Domini nostri Iesu  
Christi una atq; eadem gratia accipienda est. Sicut e-  
nim Pater quos uult uiuificat, & filius quos uult uiui-  
ficat: & sicut Pater habet uitam in se, & filio dedit  
habere in semetipso uitam: ita & gratiam quam dat  
Pater, hanc & filius dat. Sciendum sanè est, quod omne  
quod habent homines a Deo, gratia est. Nihil enim ex  
debito habent. Quis enim prior dedit illi, & retribu-  
tur ei? Gratia ergo est quicquid habet is qui non fuit,  
& est accipiens ab eo qui semper fuit, & est, & erit  
in æternum. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo.  
Quid est gratia Dei? Sapientiam ab illo nobis dona-  
tā, uires ab illo datas, declarantes, idq; per ipsa mira-  
cula, per hoc quod sapientes uicerimus, quod Rhetores  
quod Philosophos, Reges, populos, cū simus idiotæ,  
nihilq; mundanæ sapientiæ ad hoc negotium attuleri-  
mus. Chrysostomus homil. 3. in 2. ad Corinth.

Certiores autē uos facio fratres, de gratia Dei quæ  
data fuit in ecclesijs Macedoniæ. Dei gratiam uocauit  
bonorum possessionem, non liberum arbitriū eiciens,  
sed docens quod per diuinum auxilium cogi possunt  
opes uirtutis. Theodoretus in 8. 2. ad Corinth.

Gratia secunda. Ut secūdam gratiam habeatis.  
Quid est secundam? ut duplam gratiam habeatis, alte-  
ram per epistolam, alteram e b presentiam. Porro gra-  
tiam hic appellat gaudium. Chrysostomus homil. 3. in  
2. ad Corinth.

Gratiā abundare. Potens est Deus, ut impleat  
omnem gratiam erga uos per preces. Quid est, gratiā  
abundare? impleri, inquit, uos tantis, ut positis abun-  
dantes esse in hac liberalitate. id. ibid. homil. 19.

Abicere. Non abicere gratiam Dei. Abicit gra-  
tiam Dei, tam ille qui post euangelium uiuit in lege,  
quā is qui peccatis post baptismum sordidatur. Hie-  
ronymus in 2. ad Galatas

Gratias Deo agere. Primum quidem gratias a-  
go Deo meo per Iesum Christum, &c. Agere Deo gra-  
tias, hoc est, sacrificium laudis offerre. Origenes lib.  
1. ad Romanos.

Gratiam

Gratiam negligere. Noli negligere gratiam que in te est. Negligit gratiam, qui acceptum talentum non exercet. Hieronymus in 4. 1. ad Timotheum.

Gratiarū actio. Obsecro ergo primum omnium fieri deprecationes, &c. gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Gratiarum actio Deo offertur pro bonis que nobis prius obtigerunt. Theodoretus in 2. 1. ad Timotheum.

Græcia, provincia quædā Achæia, quæ à Græcis scriptoribus Hellas uocata est, in qua Athenæ ciuitas est quondam Attica dicta. Hieronymus de locis libri Actorum apostolorum.

Græci. Qui cum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, prædicantes Dominum Iesum. Fortassis quod nesciebant Hebraicè, uocabant illos Græcos. Chrysostomus homil. 25. in Acta apostolorum.

## G V

Gubernatores. Opitulationes, gubernationes. Sunt & gubernatores, qui spiritalibus retinaculis hominibus documento sunt. Ambrosius in 1. 2. 1. ad Cor.


Guhel, filius Macchi, explorator de tribu Gad. Num. 13. (Num. 26.)

Guni, filius Neptalim, nepos Iacob. Genes. 46.

Guni, elatio mea, siue hortus meus. Philo in interp. nomin. de Gen. si.

Guni, horti, siue arrogātia mea. id. ibid. de Exod.

## H A

 Abacuc, propheta. Vide Abacuc.

Habacuc, amplexans. Philo in interp. nomin. de Habacuc.

Habenboem, oppidū in tribu Benjamin, prope Iordanem. Ios. 18.

Haber, nepos Aser patriarchæ. Num. 26.

Habitaculum. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram que de cælo est superindui cupientes. Habitaculum hoc in loco uocauit incorruptione. Theodoretus in 5. 2. ad Corinth.

Habor, urbs Assyriorum, in quam translati sunt Israelite. 2. Reg. 17.

Hachila, urbs ex aduerso Iesimon in uia. primo Samuel. 27.

Hadria, nomen maris contra Rauennam, quod per hostia Padis fluij intratur, sūpto uocabulo ab Hadria proxima ciuitate, que idem mari nomen Adriatici dedit. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorū.

Hadriel, maritus Michol filie Saulis, cuius quinque filios Gebaonitæ cruci affigunt. 2. Sam. 21.

Hadrumetus, ciuitas in Bazatio regione Aphriatæ. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Hernes, ciuitas in tribu Isaschar, sita ad torrētem Cifon. Ios. 19.

Hæreditas. Et que diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Dupliciter intelligenda hæreditas, siue quod primogenitus omnes creaturæ hæreditas sit anime Domini nostri Iesu Christi, & eius qui ex corpore & anima assumptus est hominis, nosq; cum hæreditate anime hæreditemus Deum uerbum: siue quod in Christo hæreditas nostra sit, Patris & filij & S. sancti una diuinitas. Ut quomodo uocatur hæreditas doctorum atq; uillarum, ea ipsa que ab heredibus possi-

dentur: sic ipse Deus hæreditas credentibus sit atq; sanctorum. Scriptum est & in ueteri Testamento: filijs autem Leui non dabitur hæreditatem in medio fratrum suorum, quia ego pars eorum. Et alibi: Dominus hæreditas eorum est. Et sanctus qui extra Deum nihil habere se nouit, audacter loquitur: Pars mea Dominus. Et, Tu es pars hæreditatis meæ & calicis mei. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Vt ostēdat daturum Patrem filijs de bonis suis, hæc que daturus est, hæreditatem appellat. Ambrosius in 4. ad Galatas.

Hæreditas Domini. Dico igitur, Nunquid repulit Deus hæreditatem suam? Hæreditas Domini iuxta legem filij sunt Abrahæ, sed credentes. Id. in 1. 1. ad Romanos.

Hæres Dei. Hæres quidem Dei, cohæredes autem Christi. Hæres quis efficitur Dei, cū que Dei sunt meretur accipere, id est, incorruptionis & immortalitatis gloriam, thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos.

Cohæredes Christi. Cohæredes uero Christi cū transformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis suæ: sed cū illud adipisci meruerit, quod dicit ipse Saluator: Pater uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, &c. Hæres iste paruulus qui nihil differt à seruo cū sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actorib. est usq; ad præfinitum tempus à patre, totum humanū genus usque ad aduentum Christi, & ut amplius dicam, usq; ad mundi consummationem significat. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Hæresis. Hæresis Græcè, ab electione dicitur: quod scilicet eam sibi unusquisq; eligit disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicūq; igitur aliter Scripturam intelligit, quàm sensus S. sancti flagitat, quo cōscripta est, licet de ecclesia recesserit, tamen hereticus appellari potest, id. ibid. cap. 5.

Hæresis est, opinio plurimū hominum ad inuicem quidem consonantium, ad alios autem dissonantium. Damascenus lib. de Dialectica cap. 48.

Hæreses. Hæreses dictæ Græca uoce ex interpretatione electiōis, qua quis siue ad instituēdas siue ad sciipiendas eas uititur. Tertullianus de Præscriptionib. aduersus hæreticos. Nam oportet hæreses in uobis esse, &c. Hæreses hoc in loco nō doctrinæ intelligit, sed horum dissidiorum. Chrysost. homil. 27. in 1. ad Cor.

Hæreticus. Quid sit hæreticus homo, pro uiribus nostris secundum quod sentire possumus, describamus. Omnis qui se Christo credere profitetur, & tamē alium Deum legis & prophetarum, alium Euangeliorum Deum dicit, & patrem Domini nostri Iesu Christi non eum dicit esse, qui à lege & prophetis prædicatur, sed alium nescio quem ignotum omnibus atq; omnibus inauditum, huiusmodi homines hæreticos designamus, quālibet uarijs ac diuersis et fabulosis concinnēt ista figmētis, sicut sectatores Marcionis & Valēini et Basilidis, et hi qui se Eutychnianos appellāt. Sed & Appelles licet nō omnibus modis Dei esse deneget legem & prophetas, tamen & ipse hæreticus designatur,

quoniam Deum qui hunc mundum condidit, ad gloriam alterius ingeniti & boni Dei eum construxisse pronunciat: illum autem ingenitum Deum in consummatione seculi misisse Iesum Christum ad emendationem mundi; rogatum ab eo Deo qui eum fecerat, ut mitteret filium suum ad mundi sui correptionem. Et si quidem hic solummodo qui de Deo patre aliter sentit, quam regula pietatis exposcit, hæreticus habendus est; sufficeret atq; quod superius dictum est. Origenes ad Titum, ex apologetico Pamphili pro ipso.

Hai, oppidum in tribu Benjamin, uicinum Bethel uersus ortum, ubi Abraham aliquandiu habitauit. Genes. 12. hanc expugnauit Iosua. Ios. 7. 8.

Hai interpretatur chaos. Origenes homil. 8. in Iesum Naue.

Hai interpretatur abruptum. Hieronymus in 6. ad Ephesios.

Haialon, ciuitas Leuitarum in tribu Dan. Ios. 21.

Haila, urbs Idumæe, sita in littore maris Rubri, uicina Astrongaber. 2. Paral. 8. 2. Reg. 14. 16. Deut. 2.

Haiu, filius Aminadab, deducit currum, quo arca Domini Hierosolymam uehebatur.

Hairsemes, urbs in tribu Dan. Ios. 19.

Halus, decima mansio Israelitarum. Num. 33.

Halus labores interpretantur. Origenes homil. 27. Numeros.

Hanam, filius Iegedeliæ. Hier. 35.

Hanameel, patruelis Hieremie. Hierem. 32.

Hananeel, turris Hierosolymæ. 2. Esd. 3. Hier. 31.

Hanani, pater Iehu Prophete. 2. Reg. 16.

Hammath, urbs in tribu Neptalim, ad radices Libani. Ios. 19.

Hanania, propheta filius Azuræ de Gabaon. Hieremie 28.

Hanniel, filius Ephot, diuisor terræ eligitur. Numer. 34.

Hares, mons in tribu Dan. Iud. 1.

Harmonia conueniens & apta rerum omnium dicitur commissa connexio. Harmonia est, quum fistula organi per ordinem copulata, legitime tenent gratiam cantilenæ, chordarumq; aptus seruat ordo concordiam. Ambrosius in 16. Luc.

Haroseth, sedes Iabin regis Asor. Iud. 4.

Hazazonthamar, in hac habitabant quondam Amorrhæi, quos interfecit Chodorlaomor iuxta eremum cades. Est & aliud castellum. Eusebius de locis Hebraicis.

## H E

He uocabulum ista significat. Eusebius lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica.

Hebal, mons in tribu Benjamin, nõ procul à Hiericho, in quo edificauit Iosue altare, & recitatae sunt maledictiones legis. Ios. 8. Deut. 27.

Hebal, filius Iestan, nepos Heber. Genes. 10.

Heber, filius Beria, nepos Aser patriarchæ. Ibidem 46.

Heber, pronepos Sem, à quo posteri omnes dicti sunt Hebræi. Ibid. 11. Luc. 3.

Ipsium gentis nomen à nomine Heber deductum est, quod transitum & transeuntem lingua eorum signifi-

cat. Eusebius lib. 11. capite quarto de præparatione Euangelica.

Hebræi, Ab Heber Iudæos Hebræos initio uocauerunt. Iosephus libro 1. capite 14. antiquitatum Iudæicarum.

Ab Heber uniuersum ipsorum genus Hebræi dicitur. Theophilus lib. 3. contra Gentes.

Hebræus ex Hebræis. Hebræi propter Abraham dicti sunt. Immutata est enim litera propter sonum, ut non uocarentur Abreæ, sed Hebræi, ut apud ueteres eum diceretur medidic, & esset absurdum, immutata est litera, ut diceretur meridie. Si enim origo ex Abraham est, ex ipso trahit & nomen, non ex Heber, qui sexta generatione est super Abraham. Si enim in Abraham reformari cæpu genus hominum, & ipse est pater fidei, ex ipso & nomen & lingua Hebræa. Prima enim lingua quæ erat sine nomine, cum huic reddidit, ex eo nomen accepit. Nam nulla causa est, ut ex Heber trahant nomen. Abraham tamen Chaldæus fuit, non tamen Hebræi Chaldæam linguam habent. Ambrosius in 3. ad Philippenses.

Hebræi transeuntes interpretantur. Origenes homil. 19. in Numeros.

Hebron, metropolis in tribu Iuda, quæ & Arbeca, & Cariatharbe, & Mambre dicta est, ubi Abraham, Isaac & Iacob, & hospitium aliquandiu & sepulturæ locum habuerunt. Genes. 13. 18. 23. 25. 35. & 50.

Hebron, filius Caath, patruus Moysis. Exod. 6.

Hebrona, 31. mansio Israelitarum. Num. 33.

Hebræi uirum heis uocant: quod quidem uocabulum ab hes, quod ignem significat, deducitur, ut natura uirilis ignea & calida uerbo exprimitur. Fœmina uero quoniam à uiro sumpta, Hella. Eusebius lib. 11. cap. 4. de præparatione Euangelica.

Hela, filius Baasa, rex Israel. 1. Reg. 16.

Hela, pater Osee regis Israel. 2. Reg. 16.

Helama, oppidum regionis Galaad.

Helath, oppidum Idumæe. Deut. 2.

Helcana, pater Samuelis prophete. 1. Sam. 1.

Helcana intelligitur Dei creatura. Id. in 18. Matthæi.

Helchana interpretatur possessio Dei. Origenes homil. in lib. regnorum, & lib. 10. ad Romanos.

Helchæus, cognomentum prophete Nahum.

Helcheren, oppidum in tribu Dan. Ios. 19.

Helchias, summus sacerdos tempore regis Iosie. 2. Reg. 22. (Ezech. Esa. 22.)

Helchias, pater Eliakim, præfetti aule apud regem.

Helchias, pater Hieremie prophete. Hierem. 1.

Heldaa, filius Madian, nepos Abraham. Genes. 25.

Heldad, propheta. Num. 11.

Heleb, ciuitas in tribu Neptalim, non procul à Casarea. Ios. 19.

Helech, filius Galaad. Num. 26. Ios. 17.

Helem. Zach. 6.

Heleph, oppidum in tribu Benjamin. Ios. 18.

Heli, sacerdos, ortus ab Ithamar filio Aaronis, teste Iosepho lib. 5. cap. ultim. & iudex populi Israel, 40. annis. 1. Sam. 2. 1. 2. 2.

**Heli** interpretatur Arabs, siue extrarius. Origenes homil. in lib. Regnorum.

**Heliab**, filius Isai primogenitus, frater Dauid regis. 1. Sam. 16. 17.

**Heliab**, nepos Ruben, pater Dathan & Abiron, qui in terra absorbentur. Num. 16.

**Heliab**, filius Helon, princeps tribus Zabulon in deserto. Num. 1. 2.

**Heliachim**, filius Iosiae, frater Ioachas & Sedechiae, alio nomine dictus Ioachim. 2. Reg. 23. 1. Par. 36.

**Heliham**, pater Bethsabee, uxoris Vriae. secundo Sam. 11.

**Helias**, propheta, natus in regione Galaad, circa medium mundi uixit. tempore Iosaphat regis Iuda, & Achab regis Israel. Renouauit in uitam filium uiduae Sareptan. 2. Reg. 17. Trucidauit sacerdotes Baal. 1b. 18. Curru igneo in caelum uectus est. 2. Reg. 2.

**Helias**, Deus Dominus, aut fortis Dominus. Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Rom.

**Heliasaph**, filius Ducl, princeps tribus Gad in deserto. Num. 1. 2.

**Heliassaph**, princeps familiae Gersonitarum. Num. tertio.

**Helida**, filius Dauid regis. 2. Sam. 5.

**Helidat**, filius Caselon, diuisor terrae Canaan. Num. 34.

**Helim**, sexta mansio Israelitarum in deserto, ubi erant duodecim fontes aquarum & septuaginta palmarum.

**Helim** interpretatur arietes. Origenes homil. 27. in Numeros.

**Heliodorus**, missus à Seleuco rege Syriae, ut thesauros templi Hierosolymitani diriperet, diuinitus reprimitur flagellis. 2. Macch. 3. 5.

**Heliopolis**, ciuitas solis, urbs in Aegypto, pro qua in Hebraeo scriptum est On, in qua Petrefres sacerdos fuit. Meminit huius & Ezechiel. 30. Genf. 41.

**Eusebius de locis Hebraicis.**

**Heliphaz**, filius Esau. Genf. 36. huius nepos fuit Heliphaz Themanites in Iob.

**Heliphelath**, filius Dauidis regis. 2. Sam. 5.

**Heliphatus**, ab aratro uocatur ad munus Prophecticum. 1. Reg. 19. Gubernauit ecclesiam & multa consilia politica regi Israel annos octuaginta, tempore Ioram, Iehu, Ioachas, & Ioas regum Israel, tempore Ioram, Achabiae, Ioas & Amasiae regum Iuda. Resuscitauit filium Suae mitidis. 2. Reg. 4. Naaman Syrum leprosum mundauit. Ibid. 5.

**Helisama**, filius Dauidis regis. 2. Sam. 5.

**Helisaphan**, filius Pharnath, diuisor terrae. Num. 34.

**Helisua**, filius Dauidis regis. 2. Sam. 5.

**Heliu**, proauus Samuelis prophetae. 1. Sam. 1.

**Heliu**, disputat cum Iob. cap. 23. & sequentibus.

**Hellel**, pater Abdon, iudicis Israel. Iud. 12.

**Hellenistae**. Ortum est murmur Graecorum aduersus Hebraeos. Hellenistas, hoc est, Graecos, opinor dici qui Graecè loquebantur. Hi enim Graecè loquebantur, quamuis Hebraei essent. Chrysostomus homil. 14. in Acta apostolorum.

**Loquebaturq; & disputabat cum Graecis.** Acta apostolorum

**Graecos dicit, qui Graecè loquebantur: idq; ualde sapienter.** Id. ibid. homil. 21. (Sti. Luc. 3.

**Helmadam**, pater Cosam, in genealogia Christi Helmondebiathaim, 40 mansio Israelitarum ex Aegypto egredientium. Num. 33.

**Helnathan**, aulicus Ioachim regis Iudae, capit Vriam prophetam. Hierem. 26. Idem postea suo regi insidians uitae Hieremiae contradicit. Hierem. 36.

**Helon**, socer Esau. Genf. 36.

**Helon**, filius Zebulon. Num. 26.

**Helon**, pater Heliab principis in tribu Zabulon. Num. 1. 2. (dane. Ios. 19.

**Helon**, ciuitas in tribu Neptalim, non procul à Ior Helon, ciuitas in tribu Dan. Ibid.

**Helon**, ciuitas Sacerdotalis in tribu Iuda. Ios. 21.

**Heltecen**, oppidum in tribu Iuda. Ibid. 15.

**Heltheco**, ciuitas Leuitarum in tribu Dan. Ibid. 19: 21.

**Heltholad**, oppidum tribus Simeon, inter Lachis & Ascalonem. Ibid. 19.

**Heman**, nepos Samuelis prophetae, ex tribu Leui & familia Caathitarum, praefuit scholae musicae, quam instituit Dauid. 1. Paral. 25. 6.

**Hemona**, uilla in tribu Benjamin. Ios. 18.

**Hen**. Zach. 6.

**Henadda**, ciuitas in tribu Isaschar. Ios. 15.

**Henam**, oppidum in finibus Palaestinae, uersus septentrionem & ortum. Num. 34. (nes. 38.

**Her**, filius Iudae patriarchae, maritus Thamar. Gen. 38.

**Her**, filius Gad. Num. uigesimo sexto. In Genesi nominatur Beri.

**Her**, pater Helmadam. Luc. 3.

**Her** interpretatur pellis. Origenes homil. 5. in Leuiticum.

**Hered**, filius Bale, nepos Benjamin. Num. 26.

**Hereth**. Ios. 12. Vide Arad.

**Herma**. Ibid.

**Hermogenes**, amicus inconstans, in reb. aduersis deserit Paulum captiuum. 2. Timoth. 1.

**Hermon**, montes alti, qui sunt pars Libani, & inde porriguntur uersus meridiem, & terram Basan à Caesaria dirimunt. Cingunt Galileam à septentrione & ortu. Amorraei nominant eos montes Sanir. Deut. 3.

**Hermon**, mons in finibus Isaschar, ad cuius radices Naim oppidum situm est.

**Herodes**, rex Iudaeae, à senatu Romano electus, anno ante natum Christum 36. fuit filius Antipatri Ascalonitae Idumaei, quem Iulius Caesar confecto bello Alexandrino Iudaeae praefecit. Huius Herodis temporibus Christus natus est. Matth. 2.

Huius filius fuit Herodes Tetrarcha, qui Ioannem Baptistam decollauit. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 3. 9. 13. & Christum à Pilato ad se missum contumeliosè dimittit. Luc. 23.

**Herodes**, filius Aristobuli, nepos Herodis primi, Iacobum Apostolum capite truncauit. Act. 12.

**Herodes uulpes**. Herodem uulpem nominatum pro fallaci calliditate credendum est. Origenes homil. 4. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

**Herodia**



**Herodiani.** Herodiani Iudæi erant, uerum Herodem putabant hi Christum Dominum, qui in omnibus Scripturis, *Lege*, ac prophetis expectatur. Et ob ipsum decepti, Herodem iactabant: inducti ex dicto hoc unum cum hoc quod etiam in gratiam eius qui tunc rex erat, inaniter gloriabantur: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex foenorebus eius, donec uenerit cui reseruatur, aut uelut alia exemplaria habent: Donec uenerit cui restant quæ reseruantur ipsi. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra hereses.

Herodiani omni ex parte Iudæi erant. Herodem autem ut Christum approbant, eumque Christi et honore afficiebant, et appellabant nomine. Damascenus de heresibus.

Mittunt Pharisei discipulos suos cum Herodianis, id est militibus Herodis: seu quos illudentes pharisei, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos uocabant, et non diuino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebant: quod nusquam omnino legimus. Hieronymus in 22. Matthæi.

Forfitan in populo tunc qui quidem dicebant oportere dare tributum Cæsari, uocabantur Herodiani ab his, qui hoc facere recusabant. Origenes ibid.

Herodias, neptis Herodis primi, ex filio Aristobulo, nupta fuit primum Philippo patruo. Ab hoc abduxit eam frater Philippi Herodes Antipater. Quod scelus cum accusaret Ioannes Baptista, fraude et uiolentia Herodis interfectus est. Marc. 6.

**Herodion,** cognatus S. Pauli, Romæ doctrinam Christi amplexus est. Rom. 16.

**Herodionem,** formidinem. Hieronymus in interpretatione nominum de epistola ad Romanos.

**Heron,** Hebraica lingua uocantur, ligna natura fortissima, et quæ nequaquam putredinem sustinent. Iosephus lib. 3. cap. 8. antiquitatum Iudaicarum.

**Hesaias,** salutare Domini. Hieronymus in interpretatione nominum de epistola ad Romanos.

**Heser.** 1. Reg. 9. Vide Asor.

**Hestaol,** urbs in tribu Dan. Ios. 15. 19.

**Hester,** Iudæa, ex tribu Benjamin, translata in Babylonem cum rege Iechonia, alio nomine dicta Hadassa, coniunx Asueri, hoc est, Darij Histaspis regis Persarum. Vide librum Hester.

**Heth** significat uiuens. Eusebius lib. 10. cap. 2. de preparatione Euangelica.

**Hethæi,** sic dicti à filio Canaan. Genes. 10.

**Hezriel,** filius Galaad. Ios. 17.

## H I

**Hiebusæus,** filius Canaan, nepos Cham. Genes. 10. 15. tenuit Hierosolymam et Gabaa. Iud. 1. 2. Sam. 5. 1. Paral. 7. (38.)

**Hiedelias,** dux in aula regis Sedechiæ. Hierem.

**Hiedor,** urbs in tribu Dan.

**Hieramel,** oppidum in tribu Iuda. 1. Sam. 27. 30.

**Hierapolis,** urbs Asiæ minoris, in finibus Lydiæ et Phrygiæ maioris sita, non procul à Laodicæa. Fit eius mentio ad Coloss. 4.

**Hierarchia** omnis est, ut se habet ueneranda ac sacrosancta nostra traditio, omnis sacrarum rerum il-

li quidem subiectarum ratio, generalisque prorsus eorum quæ in hanc sermone cadunt functionem, siue sacrarum eius rerum comprehensio. Dionysius Areopagita lib. de ecclesiastica hierarchia cap. 1.

Hierarchia est, ut mihi quidem uidetur, ordo sacriorum et scientia et operatio, quæ ad Dei similitudinem pro uiribus nititur, ac pro modo suo ad illius imitationem ex indulta sibi diuinitus intelligentiæ luce subuehitur. id. lib. de Cœlesti hierarchia cap. 3.

**Hiercon,** in tribu Dan. Ios. 19.

**Hieremias,** propheta, concionatus est Hierosolymis 4 annis, temporibus Iosæ, Ioachim et Sedechiæ regum Iudæ, usque ad excidium Hierosolymæ. Ea capita in Ægyptum abductus est. cap. 4. 21. ubi à populo lapidibus obrutum esse scribit Hieronymus.

**Hieremiel,** accipit mandata à rege Ioachim, de capiendo Hieremia propheta. Hierem. 36.

**Hierias,** custos portæ Hierosolymorum, tempore obsidionis, capit Hieremiam prophetam egrossurum ex urbe. Hierem. 37.

**Hiericho,** urbs in tribu Benjamin. Ios. 2. 6.

**Hierimoth,** ciuitas sacerdotalis in tribu Iudæ, prope Lachis. Ios. 21. 15. cuius regem Pharam Iosue strangulauit. Ios. 10.

**Hierobaal,** cognomen Gedeon. Iud. 6.

**Hieroboam,** filius Nabath, de tribu Ephraim, rex decem tribuum post Salomonem. 1. Reg. 11. 12.

**Hieroboam,** filius Iosas, rex Israel. 2. Reg. 14.

**Hieroboam,** pater Helcanæ, auus Samuelis prophete. 1. Samuel. 2.

**Hieroboam** interpretatur diuisio populi. Origenes tom. 1. 3. in Ioannem.

**Hieron** Hebræa lingua munitio est. Iosephus lib. 7. cap. antiquitatum Iudaicarum.

**Hierusa,** mater Ioathan regis Iudæ, uxor Azariæ. 2. Reg. 15.

**Hierusalem,** metropolis quondam totius Iudææ, quæ nunc ab Aelio Adriano Cæsare, quod eam à Tito destructam, latiore situ instaurauerit, Aelia cognominata est: cuius opere factum est, ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurrectionis, sed et inuentionis S. crucis quondam extra urbem iacentia, nunc eiusdem urbis muro septentrionali circundentur. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

## ¶ Hierusalem duplex.

Est Hierusalem inferior, et illa superior, quam matrem nostram uocat idem Apostolus. Ambrosius in 6. 1. ad Corinth.

Sicut fuit Hierusalem illa corporalis, quæ iam expugnata est in figura: est autem altera Hierusalem spiritualis, scilicet ecclesia Christi, quæ in finem mundi etiam tentanda est, et adhuc tentatur. Autor operis imperfecti homil. 48. in Matthæum.

Hierusalem, Hierusalē quæ occidis prophetas: etc. Hierusalē, nō saxa et ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat. quam patris affectu, sicut et in alio loco legitur, quod uidens eam steuerit. Hieron. in 23. Matth.

Hierusalē interp. uisio pacis. Orig. lib. 3. ad Rom. Nomen Hierusalē conuersum, uisionē pacis significat. Eus. lib. 6. cap. 24. de demonstratione Euangelica.

Hieru-

Hierusalem exponitur uisio pacis. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom.

Hiethran, filius Disan, nepos Seir. Gen. 36.

Hieu, Propheta, comminatur pœnas Baasa regi Israel, ideoq; ab eodem interficitur. 1. Reg. 16.

Hieu, rex Israel, 28. annis, qui iussu Dei Ioram filium Achab & Iezabel & totam domum Achab delet. 2. Reg. 9. 10. Sed tamen impios cultus à Ierobeam institutos fœuit. Ideo Deus Ose. 1. minatur se sanguinem Iezrael super domum Hieu uisitaturum esse.

Hilaris. Hilarem datorem diligit Deus. Hoc loco opinor hilarem largum dici, uerum tamen ipse accepit hoc nomen, ut cum promptitudine datur. Chrysostomus hom. 19. in 2. ad Corinth.

Hin mensura Hebræorum antiqua choas Atticas recipit duas. Iosephus lib. 3. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum.

*in apertis ea que sunt, et facultates quas habemus significat.* Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

*in animo, hoc est, reus & obnoxius proprie is dicitur, qui sibi ipsi ad defensionem non sufficit, sed alterius opus habet auxilio: cuius conditionis erant nostra omnia, ut qui iam perdidimus quicquid ad salutem facere poterat.* Chrysostomus serm. 7. ad Rom.

Hiram, dux Idumæ. Gen. 36.

Hiram, hospes Iudæ Patriarchæ, in oppido Odollam. Ibid. 38.

Hiram, consiliarius intimus regis Dauid. 2. Sam. 20.

Hiram, rex Tyri, amicus Dauidis & Salomonis. 1. Reg. 5. 2. Reg. 5. adiuuat ædificationem templi. 1. Regum. 7. 9.

Hiram, uiuens excelsæ. Philo in interpr. nom. de 2. Regum.

Hiras, uigilans. Id. ibid.

Hisboler, uir confusionis. Id. ibid.

Hismael, filius Abrahæ ex concubina Agar. Genes. 16. circumciditur. Ibid. 17.

Hismael, filius Nathaniæ, dux Iudaicus interficit Hodoliam. Hier. 40. 4. 2. Reg. 25.

Hispania, ultima regio Europæ uersus occasum, ab Africa freto Herculeo, à Gallia Pyreneis montibus seiungitur. Prouincias præcipuas Ptolemæi tempore habuit Beticam, Lusitaniam, Tarracotensem.

Histem, oppidum tribus Iudæ. Ios. 15.

Histob, 2. Sam. 10. apparet Syrorum patrem esse.

Histob, uir bonus. Philo in interpr. nom. de 1. Regum.

Historia est, sermo narrationem continens iam factæ rei. Iustinus martyr in Responsonibus ad Orthodoxos.

Hyc secundum Sacram linguam, regem significat: Sos uero pastorem siue pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur hycos. Iosephus lib. 1. contra Apionem.

## H O

Hobz, Gen. 14.

Hodie. Hodie mecum eris in paradiso. Nos iuxta simpliciores sensum intelligimus, eum fortasse ante-

quam abiret in cor terræ, ut uocant, restituisse in paradiso Dei dicentem sibi. Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Iuxta uerò profundiores sensum dicimus plerumq; uocabulum, hodie, in Scriptura extendere præsens tempus in totum seculum. ut in illud: Diuulgatum est hoc uerbum apud Iudæos usque hodie. & Hic est pater Moabitarum usq; in hodiernum diem. & Hodie si uocem eius audieritis, nec recedatis à Domino. Itaq; oranti latroni, ut sui memoria habeatur in regno Dei, promittit Christus in uocabulo hodie, se facturum ut latro ipse secum sit in regno Dei in præsentis seculo ante futurum. Origenes tom. 3. in Ioan.

Hodli, terram Hodsi. 2. Sam. 24. apparet esse in regione Gaubonitæ uel Hessuri.

Hœdi dicuntur mali, quia aspera & dura saxa malè ascendunt, & per præcipitia eorum incedunt. Origenes in 25. Matthæi.

Et statuet oues quidem à dextris suis: hœdos autem à sinistris. Hœdi illi sunt, qui bonis fructibus carent, qui pastorem bonum irritauerunt, qui cohtamauerunt fidem, qui sine metu lasciuerunt, choreis se addixerunt, mala semper malis accumularunt, superbi, elati, indisciplinati, qui congruum pœnitentiæ tempus amiserunt, ac ueluti lasciuientes hœdi, in delictis uixerunt, qui uitæ suæ tempus omne in crapula & ebrietate, in dementiaq; consumpsērunt, sicut diues ille, qui nunquam miseratus est pauperem Lazarum. Ephraem lib. de uera pœnitentiâ cap. 6.

Holocaustoma est totum incensum. Iosephus lib. 3. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum.

Holofernes, summus dux seu capitaneus regis Nabuchodonosor. Iudith 2.

Homicida. Ille homicida erat ab initio, &c. Quoniam generatim homicida est ille, qui quomodo cunq; interfecerit hominem, qui etiam est indifferens, iuxta id quod etiam fecit Phinees, qui Israelitam interfecit fornicantem & Madianitam, & Dauid etiam absque uituperatione dicitur homicida, qui in nomine Domini Dei uirtutum coram acie Israelis interfecit Goliath. Origenes tom. 2. 4. in Ioan.

Uidet genus homicidij fratres. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus: ad hominem uenit, uerbum malum seminauit, & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala suades: si fratri tuo mala per uades, occidis. Et ut scias quia occidis, audi Psal. fili hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Augustinus tract. 42. in Ioan.

Homicidiorum genera. Homicidiorum tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parem esse. Nam sicut homicidas interfectores fratrum, ita & de tractores eorum eosq; odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, et qui detrahit, pariter homicidam esse monstrat Scriptura. Clemens Romanus episc. 1.

Homo. Quid est homo? Anima, corpus, mens, et si quid est aliud. Epiphanius lib. Ancorato.

Homo est animal præditum ratione, mortale. Theodoretus dialogo inconfusus.

Hominem memento carnem proprie dici, quae prior uocabulum hominis occupauit: Et finxit Deus hominem, limum de terra. Iam homo, qui adhuc limus. Et in se inflauit in faciem eius, statum uitae, & factus est homo, id est, limus, in animam uiuam. Tertullianus de Resurrectione carnis.

Miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo. Homo dicitur, qui secundum hominem uiuit. Augustinus serm. 2. de uerbis Domini.

¶ Homo unde dicitur.

Homo nuncupatus est, quod sit factus ex humo. Lactantius lib. 2. cap. 1. institutionum diuinarum.

¶ Hominis partes.

Tria sunt ex quibus perfectus homo constat, carne, anima, & spiritu, & altero quidem saluante & figurante, qui est spiritus, altero quod uiuitur & formatur, quod est caro. id uero quod inter haec est duo, est anima, quae aliquando quidem subsequens eleuatur ab eo, aliquando autem consentiens carni decidit in terrenas concupiscentias. Irenaeus lib. 5. cap. 304. contra haereses.

Hominem uocat Scriptura dupliciter, & cum qui apparet, & animam: & eum rursus qui seruatur, & eum qui non. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

Homo animalis. Animalis homo dicitur, qui ueritate priuatus est. Chrysostomus in 5. ad Galatas.

Animalis homo, id est, qui secundum hominem sapit, animalis dicitur ab anima, carnalis à carne, quia ex anima et carne constat totus homo. Augustinus tract. 98. in Ioan.

Carnalis. Ego autem carnalis sum, &c. Hominem carnalem appellat, dum peccat. Ambrosius in 7. ad Romanos.

Dei. Quemadmodum simpliciter omnis homo, eo quod creatus sit à Deo, homo est Dei (cum nullus homo sit Dei, nisi qui Deo fuerit additus) quemadmodum Helias, & qui in scripturis inscribuntur homines Dei: ita dici posse, communiter omnem hominem à Deo missum esse, proprie autem non alium à Deo mitti, quam qui ad ministerium diuinum, & ad obediendam humani generis salutem in uitam aduenerit.

Quantobrem non inuenimus, quod quisquam mittatur à Deo, positum, nisi de sanctis. de Esaiam quidem, ut ante proposuimus. De Hieremia uero: Ad omnes, ad quos misero te, ibis. De Ezechiel etiam: Ecce ego mitto te ad gentes rebelles, & incredulas mihi. Origenes tom. 5. in Ioan.

Ad imaginem Dei factus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hunc sane hominem, quem dicit ad imaginem Dei factum, non intelligimus corporealem. Non enim corporis figmentum, Dei imaginem continet, neque factus etiam corporalis homo dicitur, sed plasmatus, sicut in sequentibus scriptum est. Ait enim: Et plasmavit Deus hominem, id est, finxit de terra limo. Is autem qui ad imaginem Dei factus est, interior homo noster, est inuisibilis & incorporalis, & incorruptus atque immortalis. In his enim talibus Dei imago rectius intelligitur. Si qui uero hunc corporeum esse putent, qui ad ima-

ginem & similitudinem factus est, Deum ipsum corporeum & humane formae uidentur inducere. quod sentire de Deo manifestissime impium est. id. homil. 1. in Genesis.

In felix. Infelix ego homo, &c. Infelicem hominem dicit, quia nascitur sub peccato. Nunquid non uere infelix est homo, qui in hanc hereditatem praecursum cationis successit, hospitem secum habens peccatum, per quod ad illum aditum habeat satanas? Ambrosius in 7. ad Rom.

Interior. Nam etsi homo noster exterior corrumpitur, sed interior renouatur de die & die. Apostolus interiorem hominem non tam animam quam mentem atque animum intelligi mauult, id est, non substantiam ipsam, sed substantiae soporem. Siquidem Ephesius scribens, in interiorem hominem habitare Christum, sensibus utique intimandum Dominum significauit. Deum quae adiunxit: per fidem, & in cordibus uestris, & in dilectione. Tertullianus de resurrectione carnis.

Mendax. Est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Mendacem hominem dicit, dum non credit quod promissit Deus. Negans enim daturum Deum quod promissit, mendax est, & dum ipse mendax est, multis ex causis Deum mendacem pronunciat, quando promissis eius non credit. Igitur omnem hominem mendacem dicit, qui diffidens est de promissis Dei. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Nouus. Quid est homo notus? A uetustate inuatus. Ad quam rem inuatus? Ad desideranda caelestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriam quaesursum est, quae hostem non timet desiderandam: ubi non perdimus amicum, non timemus inimicum: ubi nihil minus cum bono affectu, sine defectu: ubi nemo nascitur, quia nemo moritur: ubi nemo iam proficit, & nemo deficit: ubi non esuritur & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus ueritas. Augustinus tract. 30. in Ioan.

Ut duo conderet in seipso in unum nouum hominem. Nouum hominem esse dicit, qui quotidie renouatur, & habitaturus est in nouo mundo, quando erit caelum nouum & terra noua, & bibiturus est edicem Iesu nouum in regno Dei, & cantaturus canticum nouum, & ueteris & noui testamenti lectione gaudebit. Hieronymus in 2. ad Ephesios.

Est nouus homo Dei Sancto spiritu transformatus. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Peccati. Et reuelatus fuerit homo peccati. Hominem peccati illum uocat. Innumera quippe mala perpetrabit, inquit, & instituet alios quoque ut perpetrent. Chrysostomus hom. 3. in 2. ad Thessalonic.

Ipsam hominem peccati appellauit, quia do quidem natura homo est, qui omnem operationem diaboli in se suscipit. Theodoretus ibid.

Perfectus. Anima & spiritus pars hominis esse possunt, homo autem nequaquam: perfectus autem homo commixtio & adunitio est animae assumptis Spiritum Patris, & admixtae in carne, quae est plasmata secundum imaginem Dei. Propter quod & Apostolus ait: Sapientiam loquimur inter perfectos. Perfectos dicit eos, qui perceperunt Spiritum Dei, & omnibus linguis

linguis loquuntur per Spiritum Dei, quemadmodum & ipse loquebatur. Irenaeus lib. 5. pag. 300. aduersus hereses.

**Poenitens.** Quid est homo poenitens, nisi homo iratus sibi? Ut accipiat ueniam, de seipso exigit poenitentiam, & recte dicit Deus: Averte faciem tuam a peccatis meis, quoniam peccatum meum ego agnosco. Si tu agnoscis, & ille ignoscet, qui faciebatis nolite facere. Non licet. Augustinus serm. 35. de uerbis Domini.

**Qui seminauit in agro suo.** Quod accipiens homo seminauit in agro suo, &c. Homo qui seminauit in agro suo, a plerisque Saluator intelligitur, quod in animis credentium seminat. Ab alijs, ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus, qui suscipiens granum praedicationis, & feruens sementem honore fidei, facit in agro sui peccatoris pullulare: Hieronymus in 13. Matth. ei.

**Spiritualis.** Cum Spiritus hic commixtus animae unitur plasmati, propter effusionem Spiritus, spiritualis & perfectus homo factus est, & hic est qui secundum imaginem & similitudinem factus est Dei. Si autem defuerit anima & spiritus, animalis est uere, qui est talis, & carnalis derelictus imperfectus erit, imaginem quidem habens in plasmate, similitudinem uero non assumens per spiritum. Irenaeus lib. 5. pag. 300. aduersus hereses.

**Uetus.** Nouus. Scientes hoc quia uetus homo noster simul crucifixus est. Hominem ueterem, actus praeteritos dicit, quia sicut nouus homo per fidem & puram uitam dicitur, ita & uetus homo per diffidentiam & malos actus. Ambrosius in 6. ad Rom.

Omniem malitiam ueterem hominem uocat. Chrysostomus serm. 11. ad Rom.

Uetus homo noster intelligendus est uita prior quam duximus in peccatis: cuius finem & interitum quendam facimus, ubi recipimus in nobis finem crucis Christi, per quam ita destruitur corpus peccati, ut membra nostra quae seruebant peccato, ultra ei non seruiant, sed Deo. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Breuitate in praesenti loco ueterem hominem dicitur, qui secundum Adam uixit praenauaricationi obnoxius & peccato, & cui dominata est mors peccati, de quo chirographa peccati tenuit ille qui habebat mortis imperium: Quae quia Christus sanguine suo de lenis cruci suae affixit, etiam nos qui peccato secundum ueterem hominem obnoxij sumus, crucifixi esse debemus, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Id. ibid.

Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. Ueterem hominem appellauit priorem uitae institutionem. Theodoretus in 3. ad Colossenses.

Ut exponatis secundum priorem conuersationem ueterem hominem, &c. Ueterem hominem non appellauit naturam, sed peccati operationem. Neque enim qui baptisatur, deponit corpus, sed sordidum peccati induit. Nouum autem hominem uocauit eum qui ex lege Euangelica uitam instituit. Hominem autem & uirtutem & uitium appellauit, quoniam utrumque fit ab hominibus. Id. in 4. ad Ephesios.

Veterem hominem quem praecipit deponendum, in ueterati a malitia arbitror appellari. Hieron. ibid.

Qui Christum audiuit, hoc didicit, ut recederet a conuersatione pristina, quam ueterem hominem nuncupat propter praeteritum ignorantiae tempus. Homo itaque unus atque idem est, qui si pristina uita sequitur, uetus dicitur. Si autem in nouitate uitae ambulat alienus a seculari errore, qui est siue in affectu, siue in sensu rudis dicitur, non utique substantia carnis aut animae, sed intellectu & conuersatione uitae. Corruptus tamen uetus homo dicitur, propter adulterum sensum, & turpem uitam. Ambrosius ibid.

**Vanus.** Vis autem scire, o homo uane, fidem sine operibus mortuam esse? Hominem uanum appellat eum qui simplici fide gloriatur, quae nulla operum substantia completur. Occumenius in 2. Iacobi.

**Hominiis fructus.** Ex fructibus eorum cognoscetis eos. fructus hominis est confessio fidei eius, & opera conuersationis ipsius. Aut operis imperfecti hom. 19. in Matth.

**Uetustas & nouitas.** Nos qui totam fidem in carne administrandam credidimus, imo & per carnem cuius est & os ad prosternendum optimum quaque sermonem, & lingua ad non blasphemandum, & cor ad non indignandum, & manus ad operandum & largiendum, tam uetustatem hominis quam nouitatem, ad moralem non ad substantialem differentiam pertinere defendimus. Tertullianus de Resurrectione carnis.

**Vita.** Iob omnem hominum uitam dicit esse umbram super terram: credo pro eo quod anima in hac uita uelamento huius crassi corporis obumbratur. Origenes homil. 3. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

**Secundum hominem loqui.** Fratres secundum hominem loquor. Quid est secundum hominem loquor? Humanis uero exemplis. Chrysostomus in 3. ad Galatas.

**Hominem separate.** Quod Deus coniunxit, homo non separet. Homo separat, quando propter desiderium secundae uxoris, primam dimittit. Deus separat, qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem Dei, eo quod tempus in arto sit, sic habemus uxores, quasi non habentes. Hier. in 19. Matth.

**Homines.** Quid sumus homines, nisi animae corporibus clausae? Arnobius lib. 2. aduersus Gentes.

Quid sunt homines, nisi animae corporibus illigatae? Id. ibid.

**Non ab hominibus.** Neque per hominem. Quomodo ille dicit, Non ab hominibus neque per homines? Dicit non ab hominibus, ut manifestet, quod non homo illum uocauit, neque adduxit. Dicit nec per hominem, quod non ab aliquo missus est, sed a Spiritu. Chrysostomus hom. 27. in Acta apostolorum.

**Ceteri homines.** Gratias tibi Deus, quia non sum sicut ceteri homines. Quid est ceteri homines, nisi si omnes praeter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, ceteri peccatores. Augustinus serm. 36. de uerbis Domini.

**Homines qui dormiunt.** Cum autem dormirent homines, &c. Homines qui dormiunt, magistratus ecclesiarum intellige. Hieronymus in 13. Matth.

**Mundi.** Quotquot timent Deum, & credunt in aduentum filij eius, & per fidem constituunt in cordibus suis Spiritum Dei, hi tales iuste homines dicuntur, & mundi, & spirituales, & uiuentes Deo, quia habent Spiritum Patris qui emundat hominem, & subleuat in uitam Dei. Irenaeus lib. 5. pag. 304. aduersus haereses.

**Homines amare.** Aliud est homines amare, aliud crimina diligere. Qui homines amat, amat creaturam Dei: qui crimina diligit, diaboli sectator inuenitur. Origenes lib. 9. ad Rom.

**Homouios.** Hoc uocatur homouision, quod est, Ego & Pater unum sumus, unius uidelicet eiusdemque substantiae. Augustinus tract. 97. in Ioan.

**Quosdam** consubstantiale significat, ex substantia Patris filium esse genitum, & aequalem esse substantia filium Patri. Neque enim quasi perceptio quaequam, in ineffabili generatione intelligitur: neque iuxta usum aut consuetudinem aliquam Graecorum, substantiae uerbum accipitur. Sed ad Arium, qui ex non existentibus nobis filium impie producere ausus est, euerterendum, usurpatur. Nicephorus lib. 10. cap. 40. historice ecclesiasticae.

**Hon, filius Phelech seditiosus.** Num. 18.

**Honor.** Nam Deus dixit. Honora patrem & matrem: &c. Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in elemosynis ac munerum oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus, uiduas, quae uerè uiduae sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi: maxime qui laborant in uerbo et doctrina Dei. Et per hoc mandatum iubemur homini tritueranti os non claudere. Et dignus sit operarius mercede sua. Praecepit Dominus uel imbecillitates, uel aetates, uel penurias parentum considerans, ut filij honorarent, etiam in uita necessarijs ministrandis parentes suos. Hieronymus in 15. Matth.

Et honor non solum honorificentiae, sed etiam largitatis. Viduas honora, quae uerè uiduae sunt.

Honor enim est deferre pro meritis. Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam. Ambrosius in 8. Luc.

**Hor,** mons in finibus Idumae, in cuius uertice mortuus est Aaron. Num. 20. 33.

**Horrae,** incolae montis Seir, seu Idumae, unde electi sunt à posteris Esau. Gen. 26. Deut. 2.

**Hora.** Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia uenit hora, &c. Horam atque tempus istius translationis, tempus conuersationis suae cum hominibus nemo fuisse ambigit. Cyrillus lib. 2. cap. 91. in Ioan.

**Horez,** oppidum in tribu Neptalim. Ios. 19.

**Hornan,** sic nominatur. 1. Paral. 21. Iebuseus in cuius Area David altare aedificauit. Hic 2. Sam. 24. Arcana uocatur.

**Hosanna.** Hosanna in nostra lingua saluum fac dum, rediti solet. Eusebius lib. 6. cap. 8. de demonstratione Evangelica.

**Hosanna filio David.** &c. Hosanna quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem, alij saluifica, siue saluum fac. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit, & pretiosi san-

guinis effusione saluauit. Autor operis imperfecti homil. 37. in Mattheum.

**Vox obsecrantis est,** ofanna, sicut nonnulli dicunt qui Hebraeam linguam nouerunt, magis affectum indicans, quam rem aliquam significans: sicut sunt in lingua Latina quae Interiectiones uocant, uelut cum dolentes dicimus, heu: uel cum delectamur, uach dicimus: uel cum miramur dicimus, ô rem magnam: tunc enim, ô, nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse, quia neque Graeco, neque Latino hoc interpretari potuit: sicut illud: Qui dixerit fratri suo racha. Augustinus tract. 51. in Ioan.

**Hospitalitas est,** artificium amicitiae circa uisum hospitum. Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom.

**Hospites sunt,** quorum sunt externa quae sunt mundana. Id. ibid.

**Hostia uiuens.** Ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Viuentem dicit hostiam, quae uitam, hoc est, Christum in se gerit, & dicit, Mortem Iesu in corpore circumferimus, ut et uita Iesu Christi in corpore nostro manifestetur. Sicut etiam dicit, in qua S. sanctus habitat, secundum quod in alio loco dicit, An nescitis quia templum Dei estis, & S. sanctus habitat in uobis: Placentem Deo, ut pote à uitijs & peccatis separatam. haec autem omnia rationabilis est cultus Dei. Origenes lib. 9. ad Rom.

Videbitur praecipue hostia uiuens, & sancta, & Deo placens, corpus esse incontaminatum. Id. ibid.

**Hul,** filius Aram, nepos Sem. Gen. 10.

**Humanitas est fraternitas** ijs, qui sunt eiusdem spiritus participes. Clemens Alexandrinus lib. 2. Str.

**Humiles** non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Humiles hic, non simpliciter eos qui humili sunt affectu, sed humili sorte & contemptibiles dicit. Chrysostomus serm. 22. ad Romanos.

Consentire humilibus, amare humiles, atque inclinare se ad eos, hoc est, consuescere imitari eum qui uisus in forma Dei esset, formam serui suscepit, & humiliatus se usque ad mortem. Origenes lib. 9. ad Rom.

**Humilitas.** Quia respexit in humilitatem ancillae suae. Proprie in scripturis una de uirtutibus humilitas praedicatur. At quippe Saluator: Discedite à me, quia mansuetus sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Quod si uis nomen huius audire uirtutis, quomodo etiam à Philosophis appetitur, ausculta eandem esse humilitatem: quam respiciat Deus, quae ab illis ἀνομία, sine ueritate dicitur. Sed et nos quodam eam possimus appellare circuit, cum aliquis non est inflatus, sed ipse se deiecit. Id. hom. 8. in Lucam.

Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Haec est humilitas, si sibi quis nec quod debere non uult, defendat. Ambrosius in 2. ad Philippenses.

Cum omni humilitate & mansuetudine, &c. Omnis humilitas, non tam in sermone, quam in mente est, ut humiles uos esse conscientia nouerit, & nunquam nos uel scire, uel intelligere, uel esse aliquid aestimemus. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Ne iterum cum uenero, humiliet me Deus apud

uos, &c. Humilitatem suam uocauit illorum iniquitatem, confirmans ea quae iam dixerat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalisatur, & ego non uror? Theodoretus in 1. 2. 2. ad Corinth.

**Humilitas duplex.** Humilitas corporalis est, assurgere homini, uerbum dicere nolle: humilitas spiritualis, qui in corde suo alterum existimat meliorem quam se. Autor operis imperfecti homil. 15. in Mattheum.

**Humiliare.** Ne iterum cum uenero, humiliet me Deus apud uos, &c. Quid est humiliet: etenim gloria est, punire, impropere, poenas exigere, locum iudicis occupare: sed hoc humilitatem uocat, adeo absit ab humilitate illa, quod aduentus corporis infirmus, & sermo cotemptus, quia perpetuo uoluisse sic placidus esse, & contrarium deprecabatur: & dicit in processu illud manifestius, humilitatemque potissimum putat, in tantam incidere puniendi necessitatem. Chrysostomus hom. 28. in 2. ad Corinth.

**Hur,** cuius Beseleel architec-ti tabernaculi. Exod. 31. 17.

**Hur Chaldaeorum.** Vide Vr.

**Hus,** filius Aram, nepos Sem. Gen. 10. Unde terra Hus, patria S. Iob, quam in Idumaea fuisse apparet ex dicto Thren. 4. Gaude filia Edom, quae habitas in terra Hus.

**Hus,** filius Nachor, fratris Abraham. Genes. 22. a quo ortum esse S. Iob, Hieronymus in eum locum Genesis scribit.

**Huz** instituit Tracoonidem, & Damascum, quae est media Palestine, Syriaeque coniuncta. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiquitatum Iudaicarum.

H Y

**Hydria.** Reliquit ergo hydriam suam mulier. Hydria uas erat unde aqua hauriebatur. Greco nomine appellatur hydria, quoniam Graece hydor aqua dicitur, tanquam si aquarium diceretur. Augustinus tract. 15. in Iohann.

**Hymenaeus,** haereticus, qui teste Paulo 2. Tim. 2. docuit, resurrectionem mortuorum iam esse factam, qua intelligit tantum spiritualem renouationem, qua mens ignara Dei ex tenebris errorum resurgit, & illustratur uera agnitione Dei.

**Hypocritis** cum sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet uitale ex eo bono quod simulat. Origenes in 23. Matthaei.

**Hypocrita** appellatur, qui aliud est, & aliud simulat, id est, aliud opere agit, & aliud uoce pretendit. Hieronymus in 22. Matthaei.

Qui tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur faciem suam, ut uentris inanitatem monstret in uultu: & hic hypocrita est.

Qui in synagogis & in angulis platearum orat, ut uideatur ab hominibus, hypocrita est. Ex quibus omnibus colligitur hypocritas esse, qui quodlibet faciunt, ut ab hominibus glorificentur. Id. ibidem capite sexto.

**Hypocritae.** Sunt hypocritae simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarum, sicut in theatris fabulis. Non enim qui agit partes Agamem

nonis in Tragedia, uerbi gratia, siue alicuius exterius, ad historiam uel fabulam quae agitur pertinentis, uere ipse est, sed simulat eum, & hypocrita dicitur.

Sic in ecclesia, uel in omni uita humana, quisquis se uult uideri quod non est, hypocrita est. Simulat enim iustum & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit, quam possunt etiam simulantes percipere, dum fallunt eos quibus uidentur boni, ab eis laudantur. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

**Hypocrite,** faciem quidem caeli nostis diiudicare, &c. Idcirco hypocritas appellauit, quia aliud ore proferebant, aliud mente tegebant. Hieronymus in 16. Matthaei.

**Hypostasis.** Hypostaseos nomen duo significat. Simpliciter quidem enim dictum, significat simpliciter substantiam. secundum seipsum autem, hypostasis indiuiduum significat, & determinatam personam. Damascenus lib. de Dialectica cap. 10.

**Hypostaseos** nomen duo significat. Quandoque simpliciter existentiam, secundum quod significatum id est substantia & hypostasis. Unde & quidam S. Patrum dicebant naturas hypostases. Quandoque autem eam, quae secundum ipsam & proprie consistentem existentiam, secundum quod significatum, indiuiduum ostendit numero differens, id est, Petrum, Paulum, hunc aliquem equum. Id. ibid. cap. 25.

**Hypostasis** secundum seipsum est existentia. Scendum autem quod in S. Trinitate hypostasis est improprie nomen modus sempiternae existentiae uniuscuiusque. Id. ibid. cap. 50.

I A A



**Iaar,** saltus in quo examen apum fuit. Eusebius de locis Hebraicis.

**Iaare,** saltus. Philo in interpr. nom. de 2. Reg.

**Iaas,** dimidium, uel fuit. Id. ibid. de Esala.

**Iaafel,** dimidiavit Deus. Id. ibid. de Numeris.

**Iaazaher,** auxiliabitur. Id. ibid. de 2. Reg.

I A B

**Iabaar,** filius Dauidis regis 2. Sam. 5.

**Iabes,** pater Sellum regis Israel. 2. Reg. 15.

**Iabes,** oppidum in regione Galaad. 1. Sam. 11. ubi sepultus fuit Saul. Ibid. 31.

**Iabes,** exiccata, uel sticita. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum & 1. Reg.

**Iabin,** rex Asor, in tribu Nephthalim, uictus a Iosua. Ios. 11.

**Iabin,** rex eiusdem urbis, uincitur a Barach & Deborah. Iud. 4. 5.

**Iabin,** intelligens, uel intelligentia, uel sensus, uel prudentia. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue & lib. Iudicum.

**Iabin** interpretatur sensus uel prudentia. Origenes hom. 14. in Iesum Naue, & hom. 4. in lib. Iudicum.

**Iabir,** ciuitas literarum in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebr.

**Iabis** Galaad, hanc oppugnauerunt filij Israel. Nunc autem est uicus trans Iordanem in sexto milliario ciuitatis Pella, super montem euntibus Gerasam. Id. ibid.

Iabnel,

Iabnel, in tribu Neptalim. Idem ibidem.

Iaboch, fluuius quo transmissio iudicatus est Iacob, aduersus eum qui sibi apparuerat, uocatusq; est Israel. Fluit autem inter Amman, id est, Philadelphiam & Gerasam in quarto milliario eius, & ultra procedens Iordani fluuius commiscetur. Id. ibid.

Iaboch, harena, siue lucta, uel puluis. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Numeris.

Iaboc interpretatur luctamē. Origenes homil. 13. in Numeros.

## I A C.

Iachalia, fortitudo Domini. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Iachan, Deut. 10. in Numeris 13. locus nominatur Baniachan.

Iachanem, oppidum uicinum Carmelo. Ios. 12.

Iachin, filius Simeonis Patriarchae. Gen. 46.

Iachin, nomen columnae in porticu templi a Salomone extructi. 1. Reg. 7.

Iachin, preparans. Philo in interp. nomin. de Genesi & Exodo.

Iachur, filius Ismaelis, nepos Abrahae. Gen. 25.

Iacob, filius Isaac, alio nomine Israel dictus. Gen. 32. pater fuit duodecim Patriarcharum, & totius populi, qui ab ipso populus Israel appellatus est. Hinc sepe domus Iacob, domus Israel pro tota posteritate, seu populo ex Iacob orto, usurpatur. Iacob, supplantator. Philo in interp. nom. de Genesi.

Iacob, supplantator siue supplantans. Hieronymus ibid. de Matthaeo & epist. ad Hebraeos.

Iacob, id est, supplantator. Irenaeus lib. 4. cap. 38. aduersus haereses.

Iacob à luctando nomen accepit. Origenes homil. 12. in Genesim.

Iacob luctator & supplantator interpretatur. Id. homil. 11. in Exodum.

Iacob Hebraice appellatus est, id est, supplantator. Autor operis imperfecti homil. 1. in Mattheum.

Propter hoc factum quia plantam tenuit fratri suo appellatus est Iacob, id est, supplantator. Augustinus serm. 40. de uerbis Domini.

Iacob supplantator, Israel uidentem Deum interpretatur. Arnobius in Psal. 52.

Iacob athletam & exercentem se Latine dicere possumus. quam appellationem primum habuit, cum practicis operationibus multos pro pietate labores ferebat. Cum autem iam uictor luctando euasit, et speculationibus fruebatur bonis, tunc Israelē ipse Deus appellauit aeterna praemia, beatitudinemq; ultimam, quae in uisione Dei consistit ei largiens. Hominem enim qui Deum uideat, Israel nomen significat. Eusebius lib. 7. cap. 3. de preparatione Euangelica.

Supplantator Iacob interpretatur. Id. ibid. libro 11. capite 4.

Qui ad uirtutem proposito certamine exercetur, atq; adhuc pugnat & luctatur in gymnasijs pietatis, hic Hebraeorū uocabulo dicitur Iacob: qui uerò iam uictorie ac praemiorū apud Deum compos est factus, Israel appellatur. Id. lib. 4. cap. 7. de demonstratione Euangelica.

Iacob exponitur exercitator. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Iacob, pater Ioseph, sponsi Mariae matris Christi. Mat. h. 1.

Iacobus. Duo Apostoli hoc nomine fuerunt. Iacobus Maior, filius Zebedaei, & Salomes sororis Ioseph, frater Ioannis Euangelistae. Huius metio fit Mat. 4. 10. 17. 20. 26. Mar. 1. 3. 9. 10. 13. 14. Luc. 5. 6. 9. feritur gladio ab Herode Agrippa. Act. 12.

Iacobus Minor, (sic enim nominatur Marci 15) Apostolus, fuit filius Alphaei, Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6. Act. 1. & Mariae, Mar. 15. Matth. 27. Luc. 24. sororis Mariae uirginis, quod ex Ioan. 19 colligi potest. Postquam illi siluerunt, respondit Iacobus dicens. Hic erat episcopus ecclesiae Hierosolymitanae. Chrysostomus homil. 33. in Acta apostolorum.

Sequenti autem die ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum, &c. Hic frater erat Domini, & episcopus Hierosolymitanorū hoc tempore, uir magnus & mirabilis. Id. ibid. homil. 40.

Iacobus, supplantator laboris. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Iacobus frater Domini dicebatur, pro eo quod esset filius Ioseph, qui Christi quasi pater habebatur, quoniam quidem desponsata ei fuerat uirgo Maria, quae priusquam conueniret cum eo, inuenta est in utero habens de S. sancto, sicut Euangelista protestatur. Euseb. lib. 2. cap. 1. historiae Ecclesiasticae.

Iacobus Alphaei, supplantatio. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Iacon, preparatio. Philo in interpret. nomin. de 3. Regum.

Iactel, catus Dei, uel auxilium Dei. Id. ibid. de libris Regum.

## I A D.

Iadela, in tribu Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.

Iagaal, propinquus. Philo in interpret. nomin. de 2. Regum.

Iagur, in tribu Iuda Euseb. de locis Hebraicis.

Iagur, colonus, uel aduena. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Iahel, uxor Abrahae Cinai, quae interfecit Sisaram ducem exercitus Iabin regis Cananaei. Iud. 4.

Iahel, pater Heliasaph. Num. 3.

Iael, cerua, uel coniugium ceruale, siue incipiens. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

Iaheled, filius Zabulon patriarchae. Gen. 46. Numer. 26.

Iair, ciuitas tribus Manasse. Eusebius de locis Hebraicis.

Iair, iudex Israel, ex tribu Manasse, à quo oppida Iair dicta sunt, quorum saepe in Biblijs mentio fit. Iudicum 10.

Iair, pater Mardochei, auus Hester. Hester 2.

Iair pronepos Machir, filij Manasse. Deuter. 3. 1. Par. 2.

Iair, illuminas, uel illuminauit. Philo in interpret. nomin. de Numeris, lib. Iudicum & 3. Regum.

Iairus, Archisynagogus, cui mortuam filiam resuscitat

sciat Christus. Matth. 8. Mar. 5. Luc. 8.  
 Iairus, illuminas, siue illuminatus interpretatur.  
 Hieronymus in 5. Marci. et in interp. nomin. de Luca.  
 Ialel, filius Zabulon. Num. 26. in Genesi nominatur Iahleel.  
 Ialel, expectauit Deum. Philo in interpret. nomin. de Numeris.  
 Iambres & Iannes, Magi Aegyptij resistentes Moysi. 2. Tim. 3. Exod. 7.  
 Iambres, mare pelliceum, siue mare in capite. Hieronymus in interpret. nomin. de 1. ad Timotheum.  
 Iamin, filius Simconis Patriarchae. Gen. 46. Numer. 26.  
 Iamin, dextera. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Exodo. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iamina, mare uel dextera eius. Idem ibidem de Numeris.  
 Iamnes, marinus siue ubi est signum. Hieronymus ibid. de 1. ad Timotheum.  
 Iamnia, inter Diospolim et Azotum. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iamuel, in tribu Iuda. Est autem usq; hodie oppidum Palestinae. Id. ibid.  
 Iamuel, dies eius Deus. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Exodo.  
 Ianna, quae est in campo Moab, subter uerticem fassa, id est, excipit quod respicit ad desertum iuxta Arnon. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Ianna, in genealogia Christi. Luc. 3.  
 Iannai, preparatus. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.  
 Ianoe, oppidum non procul à Iordane. A Samaria distat duobus miliaribus, uersus ortum Brumalem. Iosue 16.  
 Ianoe, in tribu Nephtholim prope Cedes.  
 Ianon, in tribu Ephraim. hanc quoque cepit rex Assyriorum, & hodie nicus ostenditur Ianon in Acrabuena regione in duodecimo lapide Neapoleos contra orientem. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Ianua, requies. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.  
 Ianum, in tribu Iuda: est uilla Ianua in tertio miliario legionis contra meridiem. Sed non uidetur ipsa esse quae scribitur. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Ianu, dormitas. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.  
 Ianus. De Iano omnes Ionij & Helladici descendunt qui & Graeci, unde & mare Ionicum appellatur. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiquitatum Iudaicarum.  
 Ias interpretatur elatio. Origenes tom. 2. in Ioan.  
 Iapheth, filius Noe, cuius posterii totam Europam & minorem Asiam occuparunt. Gen. 10.  
 Iapheth, latitudo. Philo in interp. nom. de Genesi.  
 Iaphet dilatatio interpretatur. Origen. homil. 3. in Iesum Naue.  
 Iaphie, rex Lachis. Ios. 10.  
 Iaphie, filius Dauidis regis. 2. Sam. 5.  
 Iaphie, illuminat uel ostendit. Philo in interpret. nomin. de 2. Regum.  
 Iaramoth, ciuitas Leuitarum in tribu Isaschar. Iosue 21.

Iarden, descensio eorum, uel uide iudicium. Philo in interpret. nomin. de Numeris.  
 Iare, filius Iectan, nepos Heber. Gen. 10.  
 Iared, descendens siue continens, quod Graeci uocant *μεγαν*. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.  
 Iaree, luna. Philo ibid. de Genesi.  
 Iarephel, oppidum tribus Benjamin. Ios. 18.  
 Iareth, pater Enoch. Gen. 5. Luc. 3.  
 Iareth, descendens, siue roborans. Philo in interpret. nomin. de Genesi.  
 Iarib, odor eius, uel luna. Id. ibid. de Numeris.  
 Iarib, dijudicans, uel ulciscens. Id. ibid. de Osce.  
 Iarim, ciuitas Gabaonitarum. Euseb. de locis Hebr.  
 Iarim, montes in finibus tribus Benjamin, uersus occasum. Ios. 15.  
 Iarim, saltuum, uel sylvarum. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.  
 Iarim est syluester. Cyprianus in expositione Symboli Apostolici.  
 Iarimuth, ciuitas quam subuertit Iesus in tribu Iuda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide, iuxta uillam Eschaol. Euseb. de locis Hebraicis.  
 Iatab, pro quo Hebraei habitatores legunt. Idem ibidem.  
 Iasan, uetus. Philo in interpret. nomin. de 2. Reg.  
 Iascie, in tribu Zabulon, nunc usque Ioppe uocatur, ascensus Iapho. Sed & oppidum Sicaminum nomine, de Caesarea Ptolemaidem perguntibus super mare propter montem Carmelum Epha dicitur. Euseb. de locis Hebraicis.  
 Iasie, oppidum tribus Zabulon. Ios. 19.  
 Iasie est os: ab ore, non ab osse. Philo interpret. nomin. de Iesu Naue.  
 Iasiel, filius Neptalim. Gen. 46.  
 Iasiel, dimidium Dei. Philo in interpret. nomin. de Genesi.  
 Iason, frater Onie, impius sacerdos, constitutus ab Antiocho Epiphane muneribus à se corrupto, primus Gymnasium seu Academiam, in qua Graecae litterae & religiones tradebantur, Hierosolymis instituit, paulò ante tempora Iudae Maccabaei. Deinde à fratre Menelao pulsus, exul Lacedemone mortuus est. 2. Macc. 4. 5.  
 Iason, legatus Iudae Maccabaei ad Romanos. 1. Maccabaeorum 8.  
 Iason Cyrenaeus scripsit quinque libros historiae Maccabaeorum. 2. Mac. 2.  
 Iason, hospes S. Pauli in urbe Thessalonica. Act. 17. fit eiusdem mentio Rom. 16.  
 Iason, factus in mandato. Hieronymus in interpret. nomin. de Epist. Iacobi.  
 Iasonis, desiderantis, siue qui mandatum fecerit. Id. ibid. de Actis Apost.  
 Iassa, ubi aduersus Seon Amorrhaeorum regem dimicatur. Meminit huius Esaias in uisione contra Moabi sed & Hieremias. Et usq; hodie ostenditur inter Medaban & Deblatai. Euseb. de locis Hebraicis.  
 Iassa, dimidia, uel factum mandatum. Philo in interpret. nomin. de Numeris.



Iasub, filius Esaiæ Propheta. Esa. 7.  
 Iasub, filius Iafchar Patriarchæ. Num. 26.  
 Iasub, conuersio uel reuertens. Philo in interpret.  
 nomin. de Numeris & Esia.

Iauan, seu Ion, filius Iapheth. Gen. 10. Stirps gen-  
 tis Ionica seu Græca, ut perspicuum est. Dan. 8. 10.  
 Ezech. 27. 66. & Ioel. 3.

Iauan, est & non est, siue columba: sed Syrum est.  
 Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Iazer, ciuitas Amorrhæorum in decimo lapide Phi-  
 & delphicæ ad solis occasum, trans Iordanem quæ fuit  
 terminus tribus Gad, extenditurq; usq; Aroer, quæ &  
 ipsa respicit usq; Rabbam. Meminit urbis Iazer & E-  
 saiæ in uisione contra Moab, sed & Hieremias. Fuit  
 autem separata Leuitis, & distat ab Efebon quindecim  
 millibus, è qua magnum flumen erumpens, à Ior-  
 dane suscipitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Iazer, adiutum, uel auxilium, siue auxiliatus.

## I C.

Icaboth, filius Phinees, nepos Heli Sacerdotis. 1.  
 Sam. 4.

Icoc, sortis Neptalim in confinio trium tribuum, id  
 est, in tribu Zabulon ad australem plagam, in tribu  
 Aser ad occidentem: porrò in tribu Iuda ad solis ortum.  
 Eusebius de locis Hebraicis.

Iconium, ciuitas celeberrima Lycaonia, & est  
 altera in Cilicia. Hieronymus de locis libri Actuum  
 apostolorum.

Iconium, preparatio aut cõsolatio. Id. in interpret.  
 nomi. n. de Actis apostolorum.

Iconium, uocatam siue duram, sed melius ubi est ca-  
 lamus. Id. ibid. de 2. ad Timotheum.

## I D.

Idaia. Zach. 6. Scientia Domini, uel notus Domi-  
 no.

Idæa est Dei intelligentia, seu quod à mente diu-  
 na intelligitur, quod quidem Barbari dixerunt *Idæa*  
 id est, Dei uerbum seu rationem. Clemens Alexan-  
 drinus lib. 5. Stromatum.

Idida, filia Phadaia, mater regis Iosie. 2. Reg. 22.

Ididia, amabilis Domino. Philo in interpre. nom.  
 de 2. Regum & libris Regum.

Idiota. Caterum si benedixeris spiritu, qui sup-  
 plet locum idiote, &c. Idiotam appellat eum qui in lai-  
 corum ordine constitutus est, quandoquidem eos etiã  
 qui sunt à militia remoti, consueuerunt idiotas appel-  
 lare. Theodoretus in 14. 1. ad Corinth.

Idithum, organista seu preceptor canentium or-  
 ganis in ecclesia tempore Dauidis. 1. Par. 25.

Idithum, transfiliens eos, siue saliens eos. Philo in  
 interpret. nomin. de Psalterio.

Idololatria est, contra Deum impietas. Clemens  
 Romanus lib. 2. cap. 27. de constitutionibus Apostoli-  
 cis.

Idololatria est, ex uno in multos Dei attributio.  
 Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

Idola dico exanina simulacra quæ colitis, siue li-  
 gnæ, siue stiliæ, siue lapideæ, uel æræ, uel ex quibus-  
 cunq; alijs sumpta sunt metallis. Clemens Romanus lib.  
 4. Recognitionum.

Idolum facere. Non facies tibi ipsi idolum, neq;  
 similitudinem omnium. Aliud est facere idolum, aliud  
 similitudinem. Si quis in quolibet metallo auri, uel ar-  
 genti, uel ligni, uel lapidis faciat speciem quadrupe-  
 dis alicuius, uel serpētis, uel auis, & statuât illam ado-  
 randam, non idolum, sed similitudinem fecit. Vel etiam  
 si picturam ad hoc ipsum statuât, nihilominus simili-  
 tudinem fecisse dicendus est. Idolum uerò facit ille, qui  
 secundum Apostolum dicentem, quia idolum nihil est,  
 facit quod non est. Quid est autem quod non est? Spe-  
 cies quam non uidit oculus, sed ipse sibi animus fingit.  
 Verbi gratia, ut si quis humanis membris caput canis,  
 aut arctis formet, uel rursum in uno hominis habitu  
 duas facies fingat, aut humano pectori postremas par-  
 tes equi, aut pisces adiungat, hæc & ijs similia qui fa-  
 cit, non similitudinē, sed idolum facit. Facit enim quod  
 non est, nec habet aliquid simile sui. Et idcirco hæc  
 sciens Apostolus dicit, quia idolum nihil est in mun-  
 do. Nō enim aliqua ex rebus extantibus assumitur spe-  
 cies, sed quod ipsa sibi ociosa mens & curiosa repere-  
 rit. Similitudo uerò est, cum aliquid ex his quæ sunt  
 uel in cœlo, uel in terra, uel in aquis, formatur. Orige-  
 nes hom. l. 3. in Exodum.

Idumæa, regio Esau, quæ ex eo quod ille Edom  
 uocabatur, nomen accepit. Est autem circa urbem Pe-  
 tram, quæ nunc dicitur Gabalene. Eusebius de locis He-  
 braicis.

Idumæa, rufa siue terrena. Hieronym. in interpret.  
 nomin. de Marco.

Idumæa interpretatur terrena. Origenes hom. 19.  
 in Iesum Naue.

## I E.

Ieabarim, 38 mansio Israelitarum. Num. 33. 21. in  
 finibus Moabitidos.

Iebata, castra in solitudine filiorum Israel. Euse-  
 bius de locis Hebraicis.

Iebgar elegit. Philo in interpret. nominum de 2.  
 Regum.

Ieblam, in tribu Manasse, de qua alienigenas nō  
 ualuit expellere Eusebius de locis Hebraicis.

Ieblaam, desipiscens populus, uel absorbet. Philo  
 in interpret. nomin. de Iesu Naue & libris Regum.

Iebrahel, oppidum tribus Neptalim prope Iac-  
 cum Samachoniten. Ios. 19.

Iebneel, edificatio Dei. Philo in interpret. no-  
 min. de Iesu Naue.

Ieboc, fluuius. Vide Iaboch.

Iebtam, ciuitas Leuitarum in tribu Ephraim. Io-  
 sue 19.

Iebton, oppidum in tribu Dan. Ibid.

Iebus, ipsa est quæ & Hierusalem. Eusebius de lo-  
 cis Hebraicis.

In historia refertur, quod nomē loci istius fuerit Ie-  
 bus, & postea commutato uocabulo nuncupata sit  
 Hierusalem. Iebus autem Hebræorum posterius tradunt  
 interpretari conculcatā. Origenes homilia 10. in Hie-  
 remiam.

Iebusæus interpretatur conculcatio. Id. hom. 21.  
 in Iesum Naue.

Iebusæum, calcatum, siue præsepe eorum. Phi-  
 lo

lo in interpretationibus nominum de Genesi.  
 Iebulæi, calcatus, siue præsepe meum. Id. ibid. de Exod.  
 Iecbaa, oppidum in tribu Gad, inter Iordanem & Iazer. Iud. 8.  
 Iecbaze, torcular lupi. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.  
 Iecdaan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iecelia, uxor Amasia regis Iuda, mater Azaria. 2. Reg. 15.  
 Iechaa, oppidum in tribu Gad, inter Iazer & Iordanem. Num. 32.  
 Iecha, torcular. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.  
 Iechonias, filius Ioachim, filij Iosia regis Iuda, cum tribus tantum mensibus post mortem patris regnasset, suafu Hieremie dedit se regi Nabuchodonosor obsidenti Hierosolymam, à cuius filio Eui merodach, postea rursus liberatus & regia dignitate habitus est. 2. Reg. 24. 25. 2. Par. 36. ubi hic rex nominatur Iehoiacin seu Ioachim. Hierem. 22. 24. 27. 28. 29. 37. uocatur Cainah, ubi nos legimus Iechonias.  
 Iechonias, filius Hieremie & Rachabita. Hieremias 35.  
 Iechonias, filius Maachan. Hierem. 40. 1. Regum. 25.  
 Iechonias, filius Ozia. Hier. 42.  
 Iechonias, filius Saphan. Ezech. 8.  
 Iechonias, præparans, uel preparatio Domini. Hieronymus ibid. de Matth.  
 Iechonias interpretatur præparans Domino. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matth.  
 Iechonia, preparatio Dei, uel Domini, uel sic factus Domino. Philo in interpr. nom. de 1. regum & Hier.  
 Ieconiam, ulciscitur populum. Philo in interpr. nom. de 3. Regum.  
 Iechri & Iethros, filij Benjamin. Gen. quadragesimo sexto.  
 Iecmaan, ciuitas principum Solomonis. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iecnam, possedit populum. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Iecnaam, possessio populi. Id. ibid.  
 Iecna, in tribu Zabulon, ciuitas separata Lemus. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Ieconna, urbs in littore maris prope Ptolemaidem sita in finibus tribuum Zabulon & Aser. Ios. 19.  
 Iecsan, filius Abraham ex Cethura. Gen. 25.  
 Iecta, extenderunt. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Iectan, paruulus. Id. ibid. de Genesi.  
 Iectao, filius Heber, abnepos Sem. Gen. 10.  
 Iectel, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.  
 Iecter, ciuitas Sacerdotalis in tribu Iuda, prope Esbaol & Saraa.  
 Iectran, superfluus eorum. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Iedaba, ciuitas in tribu Zabulon. Ios. 19.  
 Iedala, manus, maledictio. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Iedlaf, filius Nachor, patruus Rebecca.  
 Iedlaph, manum tollens, uel manum ad os. Philo in interpr. nom. de Genesi.  
 Iedna, in sexto ab Eleutheropoli lapide per gentibus Chebron. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iedori, applicans siue accedens. Philo in interpr. nom. de 2. Reg.  
 Iefleri, locus in finibus tribus Ephraim. Ios. 16.  
 Ieffonne, nudus, uel conuersio. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Ieffone interpretatur pater eius conuersio. Origenes hom. 18. in Iesum Naue.  
 Iegadalias, homo Dei, pater Anan. Hier. 15.  
 Iegal, propinquus, uel redimens. Philo in interpr. nom. de Numeris.  
 Iegali, redimens me, uel propinquus meus. Id. ibidem.  
 Iegdaliau, magnificus Dominus. Id. ibid. de Hieremia.  
 Ieglam, despiciens. Id. ibid. de Gen.  
 Iehoua exponitur qui est, & qui est futurus. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum.  
 Iehus, filius Esau. Gen. 36.  
 ¶ Ieiunium duplex.  
 Ieiunium corporale est & spirituale. Corporale ieiunium est, abstinere à cibis: spirituale ieiunium est, abstinere à peccatis. Autor operis imperfecti hom. 15. in Mattheum.  
 Ieiunare, ieiunat, qui dum habet quod edat, abstinet. Ambrosius in 1. 2. ad Cor.  
 Ielon, in tribu Dan. Eusebius de locis Hebraicis.  
 Iemini, filij Iemini dicuntur, orti ex tribu Benjamin.  
 Iemini, dextera mea. Philo in interpr. nom. de Psalterio.  
 Iemla, pater Michæe Prophete. 1. Reg. 22.  
 Iemla, plenitudo, uel circumcisio. Philo in interpr. nom. de 3. Reg.  
 Iemma, filius Aser Patriarchæ. Gen. 46. Numer. 26.  
 Iemna, marina, siue numerabilis. Philo in interpr. nom. de Gen.  
 Iemuel, filius Simeon Patriarchæ. Gen. 46.  
 Iepheel, aperiet Deus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Iepheti, in tribu Ioseph. Eusebius de locis Hebr.  
 Iephone, pater Caleb. Num. 13.  
 Iephone, conuersio. Philo in interpr. nom. de libro Iudicum.  
 Iephte, spurus ex tribu Manasse, iudex populi Israel. Iud. 11. 12.  
 Iepta, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.  
 Ieptabel, uallis in finibus tribuum Zabulon & Aser prope Ptolemaida. Ios. 19.  
 Iepte, aperiens, uel apertus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Iepte, aperuit, uel aperientes. Hieronymus ibid. de epist. ad Hebræos.

Iepthael, in tribu Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.

Ieracon, in tribu Dan. Id. ibid.

Ierachon, aurugo, quam Graeci *ιερως* uocant. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Ieraia, timens Dominum. Id. ibid. de Hieremia.

Ierameli, regio Allophylorum. Eusebius de locis Hebraicis.

Ierameeli, misericordia Dei mei. Id. ibid. de 1. Regum.

Ieraon, timebunt. Id. ibid. de Iesu Naue.

Ierapoli, iudicio superiori. Hieronymus ibid. de epist. ad Colossenses.

Ierdom, incubuit populus. Philo ibid. de Iesu Naue.

Ierebeel, iudicium Dei, uel dijudicans superior. Id. ibid. de Osee.

Ieremias. Vide Hieremias.

Ieremias, excelsus Domini. Hieronymus ibid. de Matth.

Ieremiahu, excelsus Domini. Philo in interpr. nom. de libris Reg.

Ieremia, excelsus Domini. Id. ibid. de Hieremia.

Iericho, urbs quam Iordane transgresso subuertit Iesus rege illius interfecto: pro qua extruxit aliam Ozam de Bethel ex tribu Ephraim, quam Dominus noster atque Saluator sua presentia illustrare dignatus est. Sed et hac eo tempore quo Hierusalem oppugnabatur à Romanis, propter perfidiam ciuium capta atque destructa est: pro qua tertia edificata est, que usque hodie permanet, et ostenduntur utriusque urbis uestigia usque in presentem diem. Eusebius de locis Hebraicis.

Iericho, odor eius siue luna. Hieronymus in interpr. nom. de Mattheo et epist. ad Hebræos.

Ierimoth, timens mortem, uel altitudo mortis. Philo ibid. de Iesu Naue.

Ierimoth, in tribu Issachar urbs Sacerdotibus separata. Posuimus et supra Ierimuth, cuius et Osee Propheta meminit. Eusebius de locis Hebraicis.

Iermus, in tribu Iuda. Est autem usque hodie nulla Iermucha in decimo ab Eleutheropoli lapide ascendētibz Heliam. Id. ibid.

Ierobaal, indicet Baal, uel iudicet habens, aut superior, siue iurgium habens. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.

Ierobaal, iudicium Baal, siue iurgium superioris aut habentis. Id. ibid. de 1. Regum.

Ieroboam, misericors. Id. ibid.

Ieroboam, dijudicans populum, uel dijudicans super nos. Id. ibid. de 3. Reg.

Ieroboseth, iudicans confusionem, id est, ignominiam. Id. ibid. de 2. Regum.

Ieron, in tribu Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

Ierphel, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Ierphal, dimisit Deus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Ierusalem, in qua regnauit Adonibexech, et post eum tenuere Iebusei, e quibus sortita est uocabulum, quos multo post tempore Dauid exterminans, totius eam Iudæe prouincię Metropolitim fabricatus est, eo quod ibi locum templi emerit, et impensas structurae Solomoni filio dereliquerit. Hanc esse Iosephus refert quæ in Genesi scribitur Salem sub rege Melchisedek. fuit aut in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

Ierusalem, uisio pacis. Philo in interpr. nom. de Be-saia.

Ierusalem, uisio pacis, uel timebit perfecti. Hieronymus ibid. de Mattheo, epist. ad Romanos et 1. ad Corinthios.

Ierosolyma, uisio pacis. Id. ibid. de Actis apostolorum et epist. ad Galatas.

Iesa, urbs in finibus Palestine uersus septentrionem et ortum sita, quæ postea Panceus et Casarea Philippi dicta est. Gen. 10.

Ielar, figmentum, siue tribulatio. Philo in interpr. nom. de Gen.

Iesar, insula oblatio. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Iesau, id est, desiderauit. Philo ibidem de primo Regum.

Iesbidenob, Philistæus qui Dauidem interfecit, rus erat in prelio, nisi à duce Dauidis, Abisai repressus fuisset. 2. Sam. 2.

Iesbi, est in me. Philo in interpr. nom. de 2. Regum.

Iesboch, filius Abrahæ. Gen. 25.

Iesboch, est cinis, siue tactus. Philo in interpr. nom. de Gen.

Iescha, filia Aram fratris Abrahæ. Gen. 11.

Iescha, tabernaculum, uel unctio eius. Philo in interpr. nom. de Gen.

Ieser, filius Neptalim. Gen. 46.

Ieser, plasmauit, hoc est, finxit uel fictum. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Iesau, quod est desiderauit, uel æqualis meus. Id. ibid.

Iesimuth, oppidum in tribu Iuda, prope Maon.

Ieso, filius Eliezer. Luc. 3.

Inuenimus interpretari Iesrahel, semen Dei. Origenes hom. 8. in lib. Iudicum.

Iessaar, est merities, siue meridianus, aut unctio mea, uel metaphoricòs, oleum. Philo in interpr. nom. de Exod.

Iesse, uel Isai, pater Dauidis regis. 1. Sam. 17.

Iesse, insula libamen. Philo in interpr. nom. de Ruth. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

Iesse Latino sermone, refrigerium appellatur. Actor operis imperfecti hom. 1. in Mattheum.

Iesse interpretatur in nostra lingua, est mihi. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Iessai, insula sacrificium, siue incensum, uel holocaustum. Philo in interpr. nom. de 1. et 3. Regum.

Iessen, regio Aegypti, quam tenuit Patriarcha Iacob cum suis familijs. Gen. 46.

Iessul, est dolore. Philo in interpr. nom. de Genesi.

- Iesua, filius Aser Patriarchæ. Gen. 46.  
 Iesua, planities, siue est desiderium meum, aut certe saluator. Philo in interpr. nom. de Genes.  
 Iesui, frater Iesua, filius Aser. Genesis 46. Num. 26.  
 Iesui, filius Saul. 1. Sam. 14.  
 Iesu, saluator. Philo in interpr. nom. de Numeris.

¶ I E S V S.

- Iesus, proprium nomen Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis.  
 Iesus diuina profectio atque omni substantia superior mens est, & hierarchie omnis & expiationis ac diuine actionis initium & substantia, augustissimaque uirtus. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica hierarchia cap. 1.  
 Iesus, saluator. Philo in interpr. nom. de Exodo.  
 Iesus, saluator, uel saluatorus. Hieronymus ibid. de Matthæo, epist. ad Romanos, Colossenses & Apocalypsi.  
 Iesus, salus siue saluator. Id. ibid. de epist. ad Hebræos.  
 Iesus nomen secundum propriam Hebræorum linguam literarum est duarum & dimidiæ, sicut periti eorum dicunt, significans Dominum eum qui continet cælum & terram, quia Iesus secundum antiquam Hebræicam linguam cælum est, terra autem iterum supra uerba dicitur. Verbum ergo quod cælum & terra habet, ipse est Iesus. Irenæus lib. 2. cap. 4. aduersus hæreses.  
 Iesus interpretatur saluator. Origenes hom. 1. in 1. Matth.  
 Iesus in Hebræica lingua curator appellatur, aut medicus, & saluator. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hæreses.  
 Nomen Iesus salutem significat. Nicephorus lib. 1. cap. 1. 2. historie ecclesiastice.  
 Iesus interpretatur seruator. Huius autem testis est Gabriel, dum dixit uirgini: Vocabis nomen eius Iesum: quia ipse seruat populum suum à peccatis eius. Theodoretus de Diuinis decretis.  
 Iesus Hebræo sermone saluator dicitur. Etymologiam ergo nominis eius Euangelista signauit, dicens: Vocabis nomen eius Iesum, quia ipse saluum faciet populum suum. Hieronymus in 1. Matth.  
 Iesus saluator interpretatur. Damascenus lib. 3. capite 2. de Orthodoxa fide.  
 Iesus Latine dicitur salutaris, siue saluator, quia cunctis gentibus salutaris uenit. Lactantius lib. 4. cap. 1. 2. diuinariam institutionum.  
 Nos iam ante notauimus nomen Iesus, si ex Hebræica lingua in Græcam conuertatur, ἰησοῦς significare, quod Latine dicitur salutare. ut nihil aliud sit salutare Dei, quam Saluatoris nostri Iesu Christi appellatio. Eusebius lib. 2. demonstratione 35. de demonstratione Euangelica.  
 Ipsum Iesum nomen in nostram linguam conuersum,

- salutare Dei significat. Etenim Iosua apud Hebræos salus. filius autem Num apud eosdem Iosue nominatur. Iosue uero est, Iaho salus, hoc est, Dei salutare. Itaque merito sic ubi Dei salutare in nostris codicibus lectum fuerit, nihil aliud prorsus quam Iesum Hebræica lingua significari, pro comperto habeas. Id. ibid. libro 4. cap. 19.  
 Iesus Hebræis idem quod Græcis Soter, id est, seruator sonat. quapropter angelus dixit uirgini: Et impones ei nomen Iesum: is enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Iustinus martyr apologia 2. pro Christianis.  
 Iesus, inquit, ob hoc uocabitur, quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum. Christi uero cognomen spiritus unctionem reuocat in memoriam. Chrysostomus in 1. ad Galatas.  
 Inuenimus Iesum filium Ioseph. Eius filius dicebatur, cui desponsata erat mater eius. Augustinus tract. 7. in Ioan.  
 Iesus nonnunquam seipsum Pastorem uocat, & dicit: Ego sum pastor bonus, per metaphoram sumptam à pastoribus, qui ducunt oues. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 7. pædagogici.  
 Quomodo cupiam omnes uos in uisceribus Iesu Christi. Iesu Christi uiscera, spiritalem appellauit beneuolentiam. Theodoretus in prima ad Philipenses.  
 Iesus, filius Iosedech, Sacerdos magnus, cū Zorobabele populū Iudæ ex captiuitate Babylonica reduxit. Huius mentio fit Aggæi 1. 2. Zach. 3. 6. 1. Esd. 3. 5. Eccles. 49.  
 Iesus, filius Syrach Hierosolymita, tempore Ptolemæi Euergetis, filij Philadelphi, in Aegyptum uenit, ubi librum, in quo ipsius auius, præcepta sapientiæ et honestatis morum, ex optimis quibusque scriptoribus collegerat in Græcam linguam conuertit.  
 Iesus Iustus, Romæ Paulo prædicante Euangelium, amplexus est & in eius propagatione Paulum adiuit. Coloss. 4.  
 Ieta, inclinatio. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.  
 Ietan, mercedes, uel respondens. Id. ibidem de Iesu Naue & 2. Regum.  
 Iethaba, urbs antiqua Iudææ. Eusebius de locis Hebræicis.  
 Iethabatha, locus in deserto, ubi torrentes aquarum demonstrantur. Idem ibid.  
 Ietebata, bonitates, siue declinauit ut ueniat. Philo in interpr. nom. de Numeris.  
 Iethael, in tribu Iuda. Idem ibid.  
 Iethan, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis: est hodieque uicus prægrandis Iudæorum in decimo octauo lapide ab Eletheropoli ad australem partem in Dâroma. Idem ibidem.  
 Ietheba, patria uxoris Manasse.  
 Iethela, oppidum in tribu Daniel. Ios. decimono.  
 Iether, filius Gedeonis primogenitus. Iud. 8.  
 Iether in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis. Et nunc est uilla prægrandis Iethira nomine, in uicesimo nulliario Eletheropoleos: habitatores quoque eius

omnes Christiani sunt. Sita est autem in interiori Daroma iuxta Malathan. Eusebius de locis Hebraicis.

Iether, ad quam misit Dauid: nunc est uilla in Daroma, nomine Iethira, de qua & supra diximus. Id. ibidem.

Ietheth, dux Idumæe. Gen. 36.

Ietheth, regio principum Edom, in eadem de qua supra diximus Gabalene. Eusebius de locis Hebraicis.

Ietheth, dans. Philo in interpret. nom. de Genesi.

Iethlan, in tribu Dan. Eusebius de locis Hebraicis.

Iethoel, nomen Petre in Regnorum libris. Id. ibidem.

Iethonam, ciuitas Carmeli, quam cepit Iesus, rege illius interfecto. Id. ibidem.

Iethraam, filius Dauidis regis. 2. Sam. 3.

Iethraam, superfluus populus. Philo in interpr. nom. de 2. Regum.

Iethremmon, ciuitas Leuitarum, in tribu Dan. Ios. 2. 1. 19.

Iethremmon, in tribu Manasse. Ios. 2. 1.

Iethro, Sacerdos in terra Madian, socer Moysis. Exod. 3. 18. Hic idem nominatur Raguel. Exod. 2.

Iethro, superfluus huius. Philo in interpr. nom. de Exodo.

Iethur, uersus, aut ordinatus. Id. ibidem. de Genesi.

Ietrael, honestas Dei. Id. ibidem. de Iesu Naue.

Iettan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Ieu, ipse, uel est. Philo in interpr. nom. de 3. Regum.

Ieus, parcens, aut faciens, aut commotus. Id. ibidem. de Genesi.

Iexan, durus, siue duricies. Id. ibidem.

Iezabel, filia regis Sidoniorum, uxor Achab regis Israel. 1. Reg. 16. fuit autem mulier impia, superba et seua, fuit pertinacissime idololatricum cultum Baal, pios doctores interfecit. 1. Reg. 18. Insidiata est uite Heliæ, arte interfecit Naboth, tandem supplicium dignum sceleribus luit. Nam iussu Hieue ex sublimi precipitata, & unguibus equorum concalcata est. 2. Reg. 9.

Iezabel, pseudoprophetissa in oppido Thyatris, cuius mentio fit Apoc. 2.

Iezabel, cohabitatrix, siue est fluctus uanus. Philo in interpr. nom. de 3. Reg.

Iezabel, fluxus sanguinis, uel fluens sanguine, sed melius ubi est sterquilinum. Hieronymus ibidem. de Apocalypsi.

Iezahel, est iter. Philo ibidem. de Daniele.

Iezania, audiens, uel auscultans Dominum. Id. ibidem. de libris Regum.

Iezania, auris eius, uel auscultante Domino. Id. ibidem. de Daniele & Ezech.

Iezbaam, defluens, uel desipiscens populus. Id. ibidem. de libro Iudicum.

Iezechel, Sic nominat Amasis petram seu arcem Idumæe à se captam. 2. Reg. 14.

Iezechia, apprehendens Dominum, uel fortitudo Domini. Philo in interpr. nom. de libris Reg.

Iezechia, fortis Domini, uel confortauit Dominus. Hieronymus ibidem. de Mattheo.

Iezechiel, fortis Dei, uel apprehendens Deum. Philo ibidem. de Daniele.

Iezechiel, fortitudo Dei. Id. ibidem. de Ezech.

Iezel, fortitudo, uel adiutorium. Idem ibidem. de Iesu Naue.

Iezer, filius Galaad, pronepos Manasse. Num. 26.

Iezonias, filius Maachati, capitaneus Iudaicus. 2. Reg. 25.

Iezonias, filius Azur. Ezech. 11.

Iezonia, auscultans Dominum. Philo in interpr. nom. de Hier.

Iezrael, in tribu Iuda, sed non est ipsa que supra Iezrael in tribu Manasse: hodieque prægrandis uicus ostenditur in campo maximo inter Scythopolim & Legionem, fuit autem terminus Issachar. Sed & unus de posteris Ephrato, sicut in Paralipomenon legimus, uocatus est Iezrael. Eusebius de locis Hebr.

Iezrael, filius Osee Prophetæ.

Iezrael, semen Dei, uel seminauit Deus. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue, 2. Regum & Osee.

## I F

Ifanne, inuit, uel inuens. Id. ibidem. de Numeris.

## I G

Igal, filius Ioseph, explorator de tribu Issachar. Num. 13.

Ignis unum quatuor elementorum existit, ceterorum leuissimum, & acutissime sursum emicans, adustum & illuminatiuum, prima die à rerum opifice conditum. Inquit enim diuina Scriptura: Et dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, neque enim aliud est ignis quam lux, ut quidam aiunt. Alij autem mundanum ignem sub aere esse dicunt, quem æthera uocant. Damascenus lib. 2. cap. 7. de Orthodoxa fide.

Ignobilis. Nos uero ignobiles. Ignobilis mundo est, qui Christum, quod mundus denegat, ab initio profuerit. Ambrosius in 4. ad Corinth.

Ignorantia. Non aliud est quidem ignorantia, nisi non agnouisse, quod expedit: ubi autem agnoueris, perit ignorantia. Clemens Romanus lib. 5. Recognitionum, & epist. 2.

Ignoratio est phantasia seu uisio cedens, que de moueri potest à ratione. Chrysostomus hom. 38. in Acta apostolorum.

## I H

Ihelon, filius Esau. Gen. 36.

## I L

Illyricum, regio Europe, inclusa mari Adriatico, Histria, Pannonia, Macedonia. Hodie Sclauonia et Bosna dicitur. Ad hanc usque regionem scribit Paulus se Euangelium propagasse. Rom. 15.

Illyricus, aduenæ aut elementum, uel certe secundum uersus. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Romanos.

## I M

Imaczeb, pro quo Symmachus transtulit in ualla Zeb. Eusebius de locis Hebraicis.

Imago dicitur interdum ea que in materia aliqua, id est, ligni uel lapidis depingi, uel exculpi solet. Interdum imago dicitur eius qui genuit is qui natus, cum in nullo similitudinum lineamenta eius qui genuit

in eo qui natus est mentiuntur. Origenes libro primo, capite secundo Peri archon.

Primum imago naturalem identitatem omni substantiæ proprietate seruata significat: hoc modo Abel imago Adæ dicitur. Deinde imago dicitur, quæ sola imago similitudinem continet: ueluti quæ in tabulis diligenter pinguntur, aut alio quodam modo designantur. Præterea disciplinam uiuendi, et mores probos aut improbos solet hoc nomen plerumque ostendere: ut si probum uirum Pauli, improbum Simonis imaginem diceret. Similitudo enim uitæ non ineptè nomen imaginis accipit. Ad hæc dignitas, honor et gloria, omnisque præstantia posterior, quum præcedentem imitetur: hoc nomine nonnunquam appellatur: ut si quis in principatu successor, imago eius dicatur cui successit, et cuius maiestatem præ se ferat. Postremo, ut cuncta perstringamus, aut qualitate, aut quantitate, aut habitu atque proportionem dicitur. Cyrillus libro 2. capite 141. in Ioannem.

Imago terreni, & celestis. Imago terreni existunt generalia uitia, uidelicet stulticia, pusillanimitas, intemperantia, iniusticia, &c. Porro imago celestis uirtutes generales, nempe sapientia, fortitudo, temperantia, iusticia. Sed quemadmodum portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem celestis. Maximus centuria 2. de charitate.

Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem celestis. Imago terreni hominis, id est Adæ, passiones et interitus sunt: celestis autem hominis, id est Christi, impassibilitas et incorruptibilitas imago est. Cyrillus lib. 9. cap. ultimo in Ioannem.

Immolare Deo. Immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua. Laudare Deum, et uota orationis offerre, immolare est Deo. Origenes homil. 11. in Numeros.

Immortalitas. Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem. Quid aliud immortalitas nisi uita æterna est, quam daturum se promittit Deus credentibus in ipsum solum uerum Deum, et quem misit Iesum Christum filium eius? Idem in prologo explanationis posterioris in Cantica canonicorum.

Immundicia. Immundus. In libidine et immundicia quam patrarunt. Etiam hoc loco scortationem obscurius insinuat. At si quis diligenter inquisierit, inueniat hoc nomine etiam omne genus peccati uocari: nam licet per excellentiam scortator et adulter uocetur immundus, attamen etiam alia peccata immundiciam faciunt in anima. Propter hoc certe et Christus Iudæos immundos uocat, non solam scortationem illis improperans, sed et alia flagitia. Unde dicit, fecisse illos immunda ea quæ foris sunt, et quod non ea quæ ingrediuntur, coinquinant hominem, sed ea quæ egrediuntur. Et alibi, dictus est immundus, omnis immundus corde. Nihil enim uirtute purius, nihil malitia impurius. Chrysostomus homil. 23. in 2. ad Corinthios.

Immundities. Mortificate igitur membra uestra terrestria, scortationem, immundiciam, &c. Immundiciæ consensum uocauit. Maximus centuria 1. de charitate.

Immundum tangere. Recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis. Quid est tangere immundum, nisi consentire peccatis. Augustinus sermon. 18. de uerbis Domini.

Impietas. Iniquitas. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniquitate detinent. Impietas in Deum peccare est, iniquitas in homines. In Deum ergo et homines peccant, qui ueritatem in iniquitate detinent. Origenes lib. 1. ad Romanos.

Impietas. Ut breuiter et omni in unum collecta definitione dicamus, adorare alium quempiam præter Patrem et filium et S. sanctum, impietatis est crimen. Idem ibidem.

Impietatis species. Tres esse uidentur impietates. Prima et maxima in Deum, quæ aut per blasphemiam, aut per idololatriam admittitur. Secunda in parentes, aut iniuria, aut contemptus, sicut scribitur in Leuitico: Si quis dormierit cum uxore patris sui, morte moriatur, ambo impietatem fecerunt. Tertia in extraneos, ut est illud: Et tu remisisti impietatem cordis mei. Et plura alia quæ enumerare perlongum est. Siue omnis impietas, ad diuersas idolorum culturas referenda est: ut impietas quasi ad iniuriam Dei: iniusticia uero ad omnia peccata pertinere uideatur. Hieronymus in 1. ad Romanos.

Impiorum sagittæ. Sagittæ impiorum sunt, consilia et cogitationes pessimæ: os uero ac labia eorum arcus quidam est, quo dilatato atque distento uenenati cordis spicula iactantur. Origenes homil. 3. in Psal. 36.

Impingere. Impegerunt enim in lapidem offendiculi, &c. Impingitur, dum non attenditur, sed alio respicitur atque inhiatur. Chrysostomus sermone 16. ad Romanos.

Impossibile. Aliud est impossibile, aliud falsum. Impossibile est, quod fieri non potest: falsum autem, quod fieri quidem potest, factum autem non est. Autor operis imperfecti homil. 29. in Mattheum.

Impudorati. Sollicitè cura temetipsum, ut probabilem exhibeas Deo operarium, non impudoratum, &c. Impudoratos appellat eos, qui contentionibus nituntur. Ambrosius in 2. 2. ad Timotheum.

Animæ impuritas est, non esse efficacem secundum naturam. Ex hoc enim nascitur in animo cogitationes, affectus inducentes. Tunc enim secundum naturam operatur, cum ipsius uirtutes affectibus obnoxie, iram dico et concupiscentiæ, in impulsu rerum et cogitationum quas agitant, sine affectu permanserint. Maximus centuria 3. de charitate.

Corporis impuritas est, peccatum quod opere completur et perficitur. Id. ibid.

Mentis impuritas est, primum cognitionem habere falsam et erroneam. Deinde ignorare quiddam rerum catholicarum, tanquam ad humanam mentem dico. Siquidem angeli est, nihil prorsus ignorare. Tertio cogitationes habere affectibus plenas. Quarto assentiri peccato. Id. ibid.

In, mensura liquentis materie. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

In, fuit, uel mensura. Idem ibidem de Daniele & Ezechiele.

In, quod magnum uocatur, sextariorū octodecim est. At sanctum In, sextariorum nouem, Epiphanius de mensuris & ponderibus.

In. Quia in omnibus diuites facti estis in illo. In lo-  
co per accipitur. Per illum enim intelligit. Chrysostomus homil. 2. in 1. ad Corinth.

In sanctificatione spiritus & fide ueritatis. Vide il-  
lud, in, idem est quod, per. Id. homil. 4. in 2. ad The-  
salonicenses.

In æternum. Non lauabis mihi pedes in æter-  
num. Quid est in æternum? Nunquam hoc feram, nun-  
quam patiar, nunquam sinam: hoc quippe in æternū  
non fit, quod nunquam fit, Augustinus tractatu 56. in  
Ioannem.

In quo. Quæ data est uobis in Christo Iesu. Vi-  
des ut saepe in quo, pro per quem ponatur, non tamen  
minus illud significat quàm hoc. Chrysostomus homi-  
lia 2. in 1. ad Corinth.

In uictoriam. Absorpta est mors in uictoriam,  
id est, in finem & euerfionem: ut plane nihil eius reli-  
quum sit, neque reuertiendi spes appareat ulla, morta-  
litate scilicet per immortalitatem deiecta. Idem ibidē  
homilia 42.

Inachim, siue Ibachim, pro quo Aquila & Sym-  
machus transfulerūt in fletu. meminit huius Micheas  
propheta. Eusebius de locis Hebraicis.

Inaraba, pro quo Aquila transtulit in humili  
uel plano. Porro Symmachus in campestri. Idem  
ibidem.

Incendium, id est, *in arboribus*, locus in deserto,  
ubi quondam partem populi flamma combussit. Idem  
ibidem.

Incircumcisus corde. Si quis est, qui obscen-  
is desiderijs & fœdis cupiditatibus æstuat, & (ut  
breuiter dicam) qui mœchatur in corde, hic incir-  
cumcisus est corde. Sed & qui hæreticos sensus men-  
te continet, & blasphemias assertiones contra scien-  
tiam Christi disponit in corde, hic incircumcisus est  
corde. Qui uerò puram fidem in conscientia sine-  
ritate custodit, iste circumcisus est corde. De  
quo dici potest: Beati mundo corde, quia ipsi Deum  
uidebunt. Origenes homil. 3. in Genesim.

Incircumcisus labijs. Ego puto quod incir-  
cumcisus labijs sit, qui nondū cessauit à stultiloquio,  
à scurrillitate, qui bonis derogat, qui criminatur pro-  
ximos, qui instigat lites, qui calumnias mouet, qui  
fratres inter se falsa loquendo committit, qui uana,  
inepta secularia, impudica, turpia, iniuriosa, proter-  
ua, blasphema, & cætera quæ indigna sunt Christia-  
no ore proloquitur. Si quis uerò ab his omnibus con-  
tinet os suum, & disponit sermones suos in iudicio,  
uerbositatem reprimit, linguam temperat, uerba mo-  
deratur, iste merito circumcisus labijs dicitur.  
Sed & qui iniquitatem in excelsis loquuntur, & ex-  
tendunt in cælum linguam suam, sicut hæretici fa-  
ciunt, & incircumcisi, & immundi labijs dicendi sunt.  
Id. ibid.

Membrum hoc, in quo præputium uidetur esse,

officijs naturalibus coitus et generationi deseruire ne-  
mo est qui dubitet. Si quis igitur erga huiuscemodī  
motus non importunus existat, nec statutos legibus  
terminos superet, nec aliam sceminam quam coniu-  
gem legitimam nouerit, & in ea quoque ipsa poste-  
ritatis tantummodo causa certis & legitimis tempo-  
ribus agat, iste circumcisus præputio carnis  
suæ dicendus est. Qui uerò in omnem lasciuam pro-  
ruit, & per diuersos & illicitos passim pendet, am-  
plexus, atque in omnem libidinis gurgitem fertur in-  
frenis, iste incircumcisus est præputio carnis  
suæ. Idem ibidem.

Incontinentia. Incontinentiam in his spiritibus  
angelicis accipimus rigidam seueritatem, intentio-  
nemq; perpetuam: quam nihil inflectere, nihil inter-  
cipere possit, ob meracissimum & immutabilem diui-  
næ pulchritudinis ac simplicitatis amorem, cum ad  
id quod uere summeq; expetendum est, semper anhe-  
lent. Ipsum quoque irrationabile atque insensibile  
in brutis quidem animalibus, inanimatisq; naturis,  
rationis ac sensus priuationem proprie dicimus.  
Dionysius Areopagita de Cælesti hierarchia capite  
secundo.

Incorruptio. Neesse est mortale hoc induere  
immortalitatem. Incorruptio & immortalitas quid ali-  
ud erit nisi sapiëntia, & uerbum, et iusticia Dei, quæ  
formant animam, & induunt, & exornant? Origenes  
lib. 2. cap. 3. Peri archon.

Increduli. Quod si omnes prophetetis, ingre-  
diatur autem incredulus, aut indoctus, & c. Incredu-  
los cum audis, non est cur semper intelligas eos dicere:  
sed nunc qui immedicabiliter laborantes, curam nul-  
lam admittunt: nunc qui conuerti possint, cuiusmo-  
di erant tempore Apostolorum, qui stupecebant ea  
quæ tum uocabantur magna Dei, quale illud de  
Cornelio. Chrysostomus homilia trigesima sexta in  
primam ad Corinth.

Increpatio est, propter turpia uiluperatio, ijs  
quæ sunt honesta coniungens. Clemens Alexandrinus  
lib. 1. cap. 9. pædagogi.

Indecora. Charitas non indecorè se gerit. Inde-  
cora est aliena, & quæ non est secundum naturam. si-  
gura. Quæ autem ficta est, est aliena. Idem ibidem li-  
bro 3.

Indignatio est, legitima increpatio, seu increpa-  
tio filiorum qui plus quam oportet extolluntur. Idem  
ibidem lib. 1. cap. 9.

Indignus. Itaque quicumq; egerit panem hunc,  
aut biberit calicem Domini indigne Domino, & c. In-  
dignum dicit esse domino, qui aliter mysterium cele-  
brat, quàm ab eo traditum est. Non enim potest deuo-  
tus esse, qui aliter præsumit, quàm datum est ab auto-  
re. Ambrosius in 11. 1. ad Corinth.

Indoctus. Alioqui si benedixeris spiritu, is qui  
tenet locum indocti, & c. Indoctum pronusciam ple-  
bem uocat. Chrysostomus homilia 35. in 1. ad Co-  
rinthios.

Indumentum nuptiale. In Euangelio indumē-  
tum nuptiale sanctitas carnis agnosci potest. Tertullia-  
nus de Resurrectione carnis.

Induratio.

**Induratio.** Tyopum uel figuram sermonis eius qui scriptus est de induratione, etiam ex cōmuni consuetudine exponere, puto quod non uideatur absurdum. frequenter enim benigniores quique domini ad eos seruos, qui per multam patientiam et mansuetudinem dominorum insolentiores improbioreſq; fiunt, dicere solent: Ego te talem feci, ego te perdidī, mea patientia te pessimum fecit, ego tibi causa huius tam dura et pessime insolentia existo, qui te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorum. Origenes lib. 3. cap. 1. Peri archon.

**Inemech,** pro quo Aquila et Symmachus translulerunt in uallem. Eusebius de locis Hebraicis.

**Infans** dicitur, qui non loquitur. Origenes homil. 3. in Iesum Naue.

**Infantes.** Postquam factus sum uir, feci ut cessarent ea que erant infantis. Infantes dicit eos qui sunt in lege, qui non secus ac laruis pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui uerbo paremus nostriq; sumus iuris et arbitrij, uocauit, qui credidimus spontanea electione seruati, sapienter, non insipienter metu territi. Clemens Alexandrinus libro primo, capite 6. Pedagog.

**Infelicitas.** Contritio et infelicitas in uis eorū. Infelicitas, uel sicut alibi legitur miseria, accipienda est, qua miser homo effectus est et infelix, qui cum in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus et similibus factus est eis. Origenes libro 3. ad Romanos.

**Inferi.** Nobis inferi, non nuda cauositas, nec subdiuisis aliqua mundi sentina creduntur: sed in fossa terre et in alto uasitas, et in ipsis uisceribus eius abstrusa profunditas. Si quidem Christum in corde terre eriduum mortis legimus expunctum, id est, in recessu intimo, et interno, et in ipsa terra operto, et intra ipsam cauato, et inferioribus adhuc abyssis superstructo. Tertullianus de anima.

**Inferi portæ.** Portæ inferi uerè sunt omnes hereses, sed contra petram non praualebūt, hoc est, contra ueritatem. Epiphanius lib. 3. tomo primo contra hereses.

**Infirmum autem in fide assumite,** et c. Aliud est infidelem esse, aliud infirmari in fide. Nam infidelis dicitur, qui non habet fidem: Infirmus autem in fide, qui dubitat in parte aliqua fidei. Origenes lib. 9. ad Romanos.

**Infidelis est,** cui uoluntarium placet falsum. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Infidelitas.** Infidelitas est, eius quod est oppositum imbecilla enuntiatiua opinio seu existimatio, quæ admodum credendi difficultas quæ dicitur *ἀπιστία* est habitus qui fidem difficulter admittit. Id. ibid.

**Infinitum est,** quicquid nec originem habet omnino, nec finem. Tertullianus de Trinitate.

**Infirmari.** Gaudemus enim cum infirmamur, uos autem fortes estis. Hoc est infirmari, non exercere potestatem. Ambrosius in decimum tertium secundæ ad Corinthios.

**Infirmitas.** Nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex potentia Dei. Infirmi

nomen et in quo significato dictum est, discere necessarium. Vna enim dictio, sed multa eius significata sunt. nam et corporis aduersa ualetudo infirmitas dicitur. Vnde et in Euangelio dictum: Ecce quem diligis, infirmus est. De S. Lazaro et ipse dicebat: Infirmus ista non est ad mortem. Et de Epaphra Paulus: Etenim infirmus fuit serè usque ad mortem, sed Deus misertus est illius. Et de Timotheo: Vino modico utere propter stomachum tuum, et frequentes infirmitates tuas. Hæc enim omnia corporalem infirmitatem significant. Dicitur item infirmitas, non esse solidatum in fide simpliciter, neque perfectum esse. Et hoc significans Paulus dicebat: Infirmum autem in fide suscipite. Et iterum: Ille quidem credit, ut manducet omnia: alius autem infirmus olera comedit, infirmum in fide significans. Ecce duo significata infirmitatis. Est et aliud tertium significatum infirmitatis. Quale hoc? persecutiones, insidiæ, insultus, tentationes, adductiones ad tribunal. Et hoc manifestans Paulus: Pro hoc ter Dominum rogavi, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: uirtus enim mea in infirmitate perficitur. Quid est in infirmitate? in persecutionibus, in periculis, in tentationibus, in insidijs, in mortibus. Et hoc manifestans dicebat: propterea glorior in infirmitate. Deinde ostendens quam dicat infirmitatem: non febrem dixit, non ambiguam fidem. Sed quid? in contumelijs, in persecutionibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quando enim infirmus sum, tunc potens sum: hoc est, quando persecutionem patior, quando expellor, quando insidijs impetor, tunc potens sum, tum magis ualeo, et superior sum insidiantibus, gratia uberius in me habitante. Chrysostomus homilia uigesima nona in secundam ad Corinthios.

Sed scitis quod ob infirmitatem carnis mee euangelisauerim uobis prius, et c. Afflictiones et persecutiones suas infirmitatem, ac tentationem uocat. Id. in 4. ad Galatas.

Ut quid enim Christus cum adhuc essemus infirmi secundum tempus, pro impijs mortuus est? Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam si dum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis secundum tempus mortuus est. Non puto sanè quod otiosa sit apud Paulum uarietas ista uerborum, quod aliquando infirmos, aliquando impios, aliquando peccatores nominat, pro quibus Christum mortuum dicit: et quamuis imperitum se fateatur in sermone, non tamen arbitror quod in his ille per imperitiam, sed potius profundam scientiam uariauerit. Per hæc namq; nomina omne peccati colligitur genus. Aut enim non ignorans Deum quis et uolens seruare mandatum uincitur fragilitate carnis, et illecebris presentis uite decipitur, et Infirmus appellatur: aut sciens uolensq; contemnit mandatum, et odit disciplinam Dei, ac proiecit sermones eius post se, et peccator nominatur. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Infirmum autem in fide assumite, et c. Infirmum esse dicit, qui propterea quod iudæi prohibiti sunt, ut met edere. Ambrosius in 14. ad Romanos.

Infirmi



**Infirmi.** Nos infirmi. infirmi ideo, quia sine adulatione & cum stulticia, sicut uidetur mundanis, predicantes Christum iniurijs subiciebantur. Id. in 4. ad Corinth.

**Infortunium est peccatum mentis præter rationem.** Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Ingenitus.** intelligunt sapientes rerum diuinarum, ingenitum minus esse quam nomen patris. Nam uox ingenitum, quod quidem non genitus est significat, nondum uero an & pater est significat. At uox pater, plus est quam nomen ingeni. In ingenito enim non apparet patris potentia. Verum in nomine pater, simul apparet quod non est filius ipse pater, simulque proprie intelligitur pater, & quod causa est similis sui ipsius filij. Epiphanius libro tertio, tomo 1. contra hæreses.

**Ingluuius,** quæ Græcè *ὀφθαλμία* dicitur, nihil est aliud quam in obsonij usu immoderatio. Dicitur etiam *ὀφθαλμία*, quæ quidem est circa guttur insania, & *ὀφθαλμία*, quæ est in alimento intemperantia, & ut ipsum nomen indicat, in uentrem inania. Iusanus enim Græcè *ὀφθαλμία* dicitur. Clemens Alexandrinus libro 2. cap. 1. pedagog.

**Ingrati hi sunt,** qui Deo uocante dissentunt, Deo gratiam abnuentes, ut in proposito erroris & malignitatis permaneant. Ambrosius in 3. ad Rom.

**Inimicitia.** ipse est enim pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem materia soluens inimicitias in carne sua, &c. Præcipue in his illud ad patrem obserua, quod Christus medium parietem mærie soluit in carne sua, id est, inimicitiam, & quod reconciliavit utrosq; in uno corpore Deo per crucem, & quod interfecit inimicitiam in cruce. In quo non sine causa mihi Paulus secundo uidetur inimicitiam nominasse, & in uno quidem dixisse, quod soluerit inimicitiam Christi in carne, in secundo uero interfecisse eam in cruce. Soluere namq; mihi uidetur in his qui adhuc certamen gerunt aduersus peccatum, & repugnat ei pro uiribus: Interficere uero in his qui peccatum iam nequaquam omnino recipiunt, se. Omnia ex parte membra sua morificauerat peccato. Ex quibus erat & ille qui dicebat: Christo crucifixus sum, uiuo autem non iam ego, uiuit uero in me Christus. Origenes lib. 4. ad Romanos.

**Iniqui.** Audet aliquis uestrum aduersus alterum habens negotium, iudicari apud iniquos. Iniquos duplici genere significat, quia & non credunt, & leges à Deo mundo creditas, frequenter cum adulatione interpretantur, autoritatem horum idolis deputantes. Ambrosius in 6. 1. ad Corinth.

**Iniquis & non subditis.** iniquos Iudeos uocat, & non subditos. Chrysostomus homilia secunda in 1. ad Timotheum.

**Iniquitas.** Deus fidelis in quo non est iniquitas, iustus & sanctus Dominus. Quæ est iniquitas, nisi mala concupiscentia? Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

**Iniquitas** sane à peccato hæc habet differentiam, quod iniquitas in his dicitur, quæ contra legem committuntur: unde & Græcus sermo *ἀνομία* appellat iniquitatem, hoc est, quod committitur. Peccatum ue-

ro etiam illud dici potest, si contra quam natura docet, & conscientia arguit, delinquatur. Origenes lib. 4. ad Romanos.

**Iniuriam facere.** Iniuriam pati. Igitur etsi scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, &c. Eum qui fecit iniuriam, dixit eum qui est fornicatus: Eum autem qui passus est, patrem. Nam uel mortuus iniuria affectus est, cum uiolatam esset eius cubile. Theodoretus in 7. ad Corinthios.

**Iniusticia est, uitium uoluntarium.** Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Inlechi,** pro quo Aquila interpretatur in maxilla. Euseb. de locis Hebraicis.

**Innocentia.** Custodi innocentiam & uide æquitatem. Custodire innocentiam nos præcepit sermo Dei. In tantum corruptela mori profecit in hominibus, ut apud quam plurimos innocentia pro stulticia iudicetur. Verum serpiura summa hoc uirtutis iudicat opus, quia innocentia iudicat illam quæ nemini nocet, neminem lædat. Dum ergo dicit, custodi innocentiam, hoc est quod nos seruare præcepit, ut neminem lædamus, nemini noceamus. Origenes homilia quinta in Psalm. 36.

**Inobedientiam uindicare.** Et parati in omnibus uindicare inobedientiam, &c. Manifestum est, quia uindicat inobedientiam, cum illam condemnat per obedientiam, tunc illam destruens quando eos qui resistunt, perducit ad fidem. ut perfida ab ijs à quibus defendebatur, damnetur. Ambrosius in 10. 2. ad Corinthios.

**Inordinati.** Obsecramus uero uos fratres, admonete inordinatos, &c. Qui sunt inordinati illi? Omnino, qui contra quam Deo probatur, agunt. Chrysostomus homil. 10. in 1. ad Thessal.

**Inquieti.** Corripite inquietos. Eos qui uiuunt in otio ita uocauit, ut qui ordinem statutum non seruarent, eos non odio habere, sed admonere & corripere præcepit. Theodoretus in 5. 1. ad Thessalonicenses.

**Inquinamentum carnis.** Inquinamentum carnis multifarie intelligendum est. Ideo etenim non dixit, ab inquinamento carnis, sed ab omni inquinamento, ut tota uita carnalia fugiamus. Omne enim quod lex prohibet carnale est. Ambrosius in 7. 1. ad Corinthios.

**Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.** Spiritum hic uocat animam. Spiritus autem inquinamentum, communionem idolorum, inquinamentum uero carnis, actionum iniquitatem. Theoretus ibid.

**Inquinatum.** Quod proprie dicimus inquinatum, profecto ex nequitia id plane nascitur: corpus uero natura dicitur inquinatum nil poterit: non enim hæc aliquid habet malignitatis, unde ea inquinatio prodeat. Origenes lib. 3. contra Celsum.

**Inlectatio est, inuestiua increpatio, uel inuehens uituperatio.** Clemens Alexandrinus lib. 1. capite 9. pedagogi.

**Insidere.** Inseditq; supra unumquemq; ipsorum, &c. Quod inquit, disedit, permansit, & tibi requieuit,

uit, commoratusq; est, significat. Oecumenius in 2. A-  
ctorum apostolorum.

**Inspicientes.** Libenter enim sustinetis insipientes,  
et c. Inspicientes appellat, qui de carnis circumcisione  
gloriabantur. Ambrosius in 1. 2. ad Corinth.

**Inspicientia.** Fecerunt, et putrefactae sunt cica-  
trices meae a facie insipientiae meae. Recte hic pecca-  
tum insipientiam nominauit. Nemo enim sapiens id a-  
liquando committit. Origenes homilia prima in Psal-  
mum 37.

**Intellectus.** Non aliquid aliud est, quam anima,  
sed aliquid animae est intellectus: quomodo non ali-  
quid aliud quam caro est oculus, sed aliquid carnis est  
oculus. Cum autem aliquid carnis sit oculus, solus ta-  
men luce perfruitur. Caetera tamen membra carnalia  
luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt, so-  
lus ea oculus et perfunditur et perfruitur. Sic in a-  
nima nostra quiddam est, quod intellectus uocatur.  
Augustinus tract. 15. in Ioan.

**Intellectus bonus.** Et dedit nobis sensum bo-  
num, ut cognoscamus ipsum uerum, et c. Non impie  
intelligimus, si hunc intellectum bonum dixerimus, es-  
se sanctum, qui et dicitur Spiritus intelligentiae, in  
quo cognoscimus ipsum uerum. Sine Spiritu enim san-  
cto non potest ueritas cognosci. Faustinus lib. de fide  
contra Arianos.

**Intellectum captiuare.** In captiuitatem redi-  
gentes omnem intellectum ad obedientiam Christi per-  
ducentes. Captiuat intellectum, dum contradicentem  
ratione uincit, et ad fidem Christi cui prius repugna-  
uerat, humilem et mansuetum inducit. Ambrosius in  
1. 2. ad Corinth.

**Intelligentia est, animae oculus.** Clemens Alex-  
andrinus lib. 1. cap. 9. pedagogi.

**Intelligentia est, rerum sanctarum cura prouiden-  
tia.** Id. lib. 2. Stromatum.

**Intelligentia est, scientia eius quod mente intelli-  
gitur.** Chrysostomus hom. 38. in Acta apostolorum.

**Intercessor.** Unus Deus, unus etiam intercessor  
Dei et hominum homo Iesus Christus, et c. Nomen  
intercessoris hic et diuinitatem et humanitatem si-  
gnificat. Neq; enim si Deus solum esset, appellatus fu-  
isset intercessor. Quomodo enim inter nos et Deum  
intercessisset, si nihil nostri penitus habuisset? Sed quo-  
niam Patri, ut Deus coniunctus est, ut qui eandem ha-  
beat substantiam, ut homo autem nobis, a nobis enim  
accepit serui formam, merito intercessor dictus est, u-  
nitate naturarum, diuinitatis, inquam, et humanitatis,  
ea quae sunt distantia ac disiuncta coniungens. Theo-  
doretus dialogo Inconfusus.

**Interpellatio.** Obsecro igitur primum omnium  
feri deprecationes, postulationes, interpellationes,  
et c. Interpellatio est, accusatio eorum qui nos iniuria  
afficiunt. Id. in 2. 1. ad Timoth.

**Interpretari.** Alij interpretatio linguarum. Inter-  
pretari est, ut dicta illorum qui linguis loquuntur uel  
litteris, per donum Dei fideliter interpretetur. Ambro-  
sius in 1. 2. 1. ad Cor.

**Interrogare.** Respondere. Et mirabantur om-  
nes super responsionibus eius. Aliud est interrogare,

aliud respondere. Interrogabat magistros: et quia re-  
spondere non poterant, ipse his de quibus interroga-  
uerat, respondebat. Origenes homilia decimoctaua  
in Lucam.

**Inthaath, castra in deserto Israel.** Eusebius de lo-  
cis Hebraicis.

**Intrantes.** Vos non intratis, nec intrantes dimitti-  
tis intrare. Quid est intrantes? Idoneos scilicet, atq; pa-  
ratos. Chrysostomus hom. 74. in Matthaeum.

**Inuenire.** Quem scripsit Moses in lege, et Pro-  
pheta inuenimus. Inuenire quarentis est. Id. hom. 19.  
in Ioan.

Et ego inueniar a uobis non qualem uultis. Ille in-  
uenit aliquem qualem non uult, qui se talem facit ut di-  
scordet ab illo. Ambrosius in 1. 2. 2. ad Corinth.

**Inuidia, tristitia est ex alienis bonis proueniens.**  
Damasceus lib. 2. cap. 14. de Orthodoxa fide.

**Inuidia aliena felicitate torquetur, et in duplicem  
scinditur passionem, cum aut ipse est aliquid in eo, in  
quo alium esse non uult: aut alium esse uidens melio-  
rem, dolet se ei non esse consimilem. Pulchre quidam  
de Neotericis Graecum uersum transferens, elegiaco  
metro de inuidia lusit, dicens:**

Iustus inuidia nihil est: quae potius ipsum  
Autorem rodit, excruciatq; animum. Hierony-  
mus in 5. ad Galatas.

**Inuidus & inuidiosus.** Inter inuidum et inui-  
diosum hoc interest, quod inuidus felicitati inuidet. In-  
uidiosus autem is est, qui ab alio patitur inuidiam. Id.  
ibidem.

**Inuocare Domini nomen.** Omnis enim qui-  
cunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit. Inuoca-  
re Domini nomen, et adorare Deum, unum atq; idem  
est. Origenes lib. 8. ad Romanos.

## I O

**Ioab, summus Imperator exercitus Dauid.** 2. Sam.  
8. 1. Par. 11.

**Ioab, inimicus, uel est Pater.** Philo in interpr. nom.  
de 1. Reg.

**Ioach, cuius est frater, sed melius confitens, siue  
glorificans.** Id. ibid. de Esaia.

**Ioachal, robustus et fortis.** Idem ibid. de Hiere-  
mia.

**Ioachan, filius Iosiae, rex Iudae tribus mensibus.** 1.  
Reg. 23.

**Ioachan, filius Hieu, rex Israel 41 annis.** Ibidem  
13.

**Ioachim, rex Iudae, filius Iosiae, frater Sedechiae,  
sub quo Hierosolyma euersa sunt.** 2. Reg. 23. 24. 2.  
Par. 36. Huius anno tertio Daniel una cum socijs in  
Babylonem abductus est. Dan. 1. 2. Reg. 24.

**Ioachim, maritus Susannae.** Dan. 13.

**Ioachim, cuius est preparatio, uel Domini prepara-  
tio.** Philo in interpr. nom. de Dan.

**Ioachim, ubi est preparatio, uel Domini prepara-  
tio.** Hieronymus ibid. de Matth.

**Ioachim interpretatur Domini preparatio. Autor  
operis imperfecti hom. 1. in Matth.**

**Ioachin, filius Ioachim, nepos Iosiae, rex Iudae,  
tantum tres menses regnauit.**

**Ioacim**, Domini resurrectio, siue Dominus suscitatus. Hieronymus in interpretatione nominum de Matth. 20.

**Ioadahe**, ipse cognoscens. Philo ibid. de 2. Reg.

**Ioadina**, Domini delicata, siue quæ est delicata, uel tenella. Id. ibid. de libris Reg.

**Ioahæ**, secretarius regis Ezechie. Esa. 36. 2. Reg. 18.

**Ioah**, ubi est frater, uel Domini frater, siue factura fratris. Id. ibid.

**Ioalel**, uita Dei, siue exordium Dei, uel prestolans Deum. Philo in interpr. nom. de Gen.

**Ioanam**, erat donans, uel Domini donum. Id. ibid. de Hierem.

**Ioanna**, Dominus gratia eius, uel Dominus misericors. Hieronymus ibid. de Luca.

**Ioannes Baptista**, filius Zacharie & Elisabeth, primus inchoauit ministerium noui Testamenti, monstrato agno Christo, qui tollit peccatum mundi. Luc. 1. 3. Ioan. 1.

**Ioannes amicus sponsi**. Prophete & Apostoli omnes absentem Christum prædicauerunt: illi quidem ante, hi uero post acceptam carnem, Ioannes autem solus presentem. Quare amicum ipsum sponsi appellat? Affuit enim solus nuptijs, omnia fecit, omnia ad finem perduxit: ipse rem exorsus est, & uiso Iesu ambulante inquit: Ecce agnus Dei. Chrysostomus homil. 17 in Ioan.

**Angelus**. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Recte angelus dicitur, qui missus fuerat coram Domino, & prophetantem patrem statim ut natus est, audire potuit, & intelligere. Origenes hom. 10. in Lucam.

Angelum hic dici Ioannem non putemus nature societate, sed officij dignitate, id est, nuncium, quod uenturum Dominum nunciarit. Hieronymus in 1. 1. Matthæi.

Ioannes angelus appellatur, hoc est, nuncius. Chrysostomus hom. 5. in Ioan.

Angelus B. Baptista nuncupatus est, non quia natura angelus esset, sed quia ad nuntiandum, clamandumq; uenit, præparandum esse Domini uiam. Cyrillus lib. 1. cap. 7. in Ioan.

Angelus nuncius interpretatur, qui prænunciat de Christo. Hieronymus in 1. Matthæi.

**Helias**. Hic est Helias qui uenturus est. Helias Ioannes dicitur, non secundum stultos Philosophos & quosdam hereticos: qui ueteris & noui introducunt: sed quod iuxta aliud testimonium Euangelij uenerit in spiritu & uirtute Helie: & eandem S. spiritus uel gratiam habuerit uel mensuram. Id. ibid. cap. 11.

**Ioannes**, Apostolus & Euangelista, filius Zebedæi, frater Iacobi Maioris, initio piscator, deinde ad munus Apostoli uocatus à Christo. Matth. 4. 10. Mar. 1. 3. Luc. 5. 6. Act. 1.

**Ioannes Marcus**, consobrinus Barnabæ. Colof. 4. mater eius fuit Maria, in cuius domum diuertit Petrus ab angelo eductus ex carcere. Act. 12.

**Ioannes Hircanus**, filius Simonis, profligat Cendebeum ducem Antiochi 726. 1. Macc. 16.

**Ioannes**, in quo est gratia, uel Domini gratia, siue cui donatum est. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum & epist. ad Galatas.

**Ioannes Domini gratia** interpretatur. Io enim dicitur domini, anna dicitur gratia. Chrysostomus hom. de D. Ioanne Baptista.

**Ioannes Hebræum nomen est**, Latine uero cui donatum est. Origenes hom. 1. in 1. Ioannis.

**Ioannes est gratia à Deo**. Id. ibid. tom. 5.

**Ioannes gratia Dei** interpretatur. Hieronymus in 1. Mar. Oecumenius in 1. Actuum apostolorum.

**Lucerna**. Ille erat lucerna ardens & lucens, &c. Lucernam Ioannem appellauit, ut ex se lucere non habere, sed à Spiritus gratia demonstraret, quod ad sui differentiam posuit. Chrysostomus hom. 39. in Ioannem.

Lucerna beatissimus appellatur Baptista, quoniam prout mensura hominis capax est, ante manifestationem Christi non suo lumine sed alieno præfulsit. Non enim propriam, neq; rationalem lucerna lucet, sed adiectam atq; sibi infusus aduenientem possidet: quem admodum in omnibus sanctis à Christo in S. sancto illuminatio procedit, quod ut gratissimi homines prædicant, dicentes: Ex plenitudine ipsius omnes accepimus. Lux enim naturaliter unigenitus est, qui ex luce, id est, ex substantia Patris effulsit. Creatura uero rationalis, quicquid sapere atq; intelligere uideatur, luce uera participans sapit atq; intelligit, inde tota intellegendi ueritate. Cyrillus ibidem libro tertio, capite primo.

**Lucerna ardens**. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Precurator luminis non erat ille lux. Quare ergo lucerna ardens, astrumq; uocatur matutinum? Lucerna ardens erat: sed non proprio igne ardebat succensus, non propria luce lucebat. Stella erat matutina, sed non à seipso proprium lumen accepit, gratia ipsius quem præcurrebat, in eo ardebat & splendebat. Non erat ille lux, sed ut participans luminis suum non erat, quod in se & per se fulgebatur. Origenes hom. in 1. Ioannis.

**Ioas**, rex Iuda, filius Ochozia. 2. Reg. 11. 12. 2. Par. 21.

**Ioas**, rex Israel 16 annis, pater Ieroboam. 2. Reg. 13. 14. Ose. 1. Amos 1.

**Ioas**, sperans, sine temporalis, uel Domini robur. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum.

**Ioathan**, filius Gedeonis. Iud. 9.

**Ioathan**, rex Iudæ, filius Azarie, auus Ezechie. 2. Reg. 15. 2. Par. 27.

**Ioathan**, est perfectus, uel consummatus. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum & libris Reg. Hieronymus ibid. de Matthæi.

**Ioathan** interpretatur perfectus, uel Dominum immaculatus. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matthæi.

**Ioaz**, ubi est retinere, uel Domini retentio. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

**Iob**, usitata opinio est, fuisse idem eum ortum ex Esau. Gen. 36. Sed Hieronymus in questionibus Hebraicis in cap. 22. Genesis, affirmat eum ex Hux filio Nachor natum esse.

Iob, magus, uel otiosus, siue dolens. Philo in inter-  
pret. nom. de Genesi, Ezechiele & Iob.

Iob, magus. Hieronymus ibid. de epist. Iacobi.

Iob interpretatur charissimus Dei. Cyprianus  
tract. de montibus Sina & Sion.

Iobab, filius Ictan, nepos Heber. Gen. 10.

Iobab, filius Isaschar. Ibid. 46.

Iobab, rex Idumæ. Ibid. 36.

Iobab, mago patre, siue distillans. Philo in inter-  
nom. de Gen.

Iobab, inimicus, siue est pater. Id. ibid. de Daniele.

Iobab interpretatur inimicitie. Origenes hom. 14.  
in Iesum Naue.

Condidit Iobel Iobeleos, qui nostris tempori-  
bus Iberes appellantur, qui & Hispani, à quibus pos-  
tea Celtiberi nuncupati sunt. Iosephus lib. 1. cap. 11.  
Antiquitatum Iudæarum.

Iobel, dimittens, aut mutatus, siue defluet. Philo in  
interpret. nom. de Genesi.

Iochabed, mater Moysi & Aaronis. Exod. 6.

Iochabed, ubi est gloria, siue est grauis, aut Domini  
gloria. Philo in interpret. nom. de Exod.

Iod, principium, uel scientia, aut dominator. Id. i-  
bid. de Psalterio.

Iodahe, sciens, siue cognoscens. Id. ibid. de 2. Re-  
gum.

Iohanna, uxor Chuzæ, & economi Herodis, quæ  
Christo ministravit. Luc. 8.

Iohanna, cui est gratia, uel Domini gratia. Hiero-  
nymus in interpret. nom. de Matthæo, & in 16. Mat-  
thæi.

Iohannan, filius Caree, dux Iudæicus, capta Hie-  
rosolyma reliquias populi unã cum Hieremia Prophe-  
ta in Ægyptum ducit. Hierem. 43. 40. 47.

Iohannan, filius Matathie, frater Iudæ Maccabæi.  
1. Macc. 2.

Iohel, filius Samuelis. 1. Sam. 8.

Iohel, Propheta, existimatur uixisse circa finem  
regni Ezechie, & initium Manasse.

Ioel, incipiens, uel fuit Dei, siue est Deus, uel Dei.  
Philo in interpret. nom. de 1. Regum & Ioel.

Ioel, incipiens Deo, siue est Deus. Hieronymus i-  
bid. de Actis apostolorum.

Ioiacin, Domini resurrectio uel suscitatio, siue  
qui est confurgens. Philo ibid. de libris Regum.

Ioia da, filius Azariæ, filij Achimaas, filij Sadoç,  
summus Sacerdos, qui Ioas filium Ochoziæ regis Iu-  
dæ contra Athaliam defendit, & ad regnum euexit. 2.  
Regum. 11. 12.

Ioia dahe, Domini cognitio, siue ipso cognoscente.  
Philo in interpret. nom. de 2. Regum.

Ioia de, Domini cognitio. Id. ibid. de libris Reg.

Ioia den, mater Amasiæ regis Iudæ. 2. Reg. 14.

Ioia rim, Dominus exaltans, uel est exaltans. Hiero-  
nymus in interpret. nom. de Luc.

Ionadab, filius Semma, fratris Dauid, amicus Ami-  
mon filij Dauid. 2. Sam. 13.

Ionadab, amicus Hieu regis Israel, ortus ab Ho-  
bab, seu Iethro socero Moysi, autor ordinis Rechabi-  
tarum. 2. Reg. 16. Hier. 35.

Ionadab, Domini spontaneus. Philo in interpret. no-  
min. de 2. Regum.

Ionam, filius Eliakim. Luc. 3.

Ionas, Propheta, filius Amithæi, missus ad con-  
uertendos Ninuitas. Vixit tempore Ieroboam regis I-  
srael, & Ozis regis Iudæ.

Iona, columba, uel ubi est donatus, siue dolens.

Philo in interpret. nom. de libris Regum & Iona.

Jonathan, præfectus carceris, temporibus obsi-  
dionis Hierosolymæ. Hier. 37. 38.

Jonathan, columba donum, uel columba dedit, aut  
Domini donum. Philo in interpret. nom. de lib. Iudicum  
& Hieremia.

Ionathas, filius Saulis, excellens uirtute, fortitudo  
dine bellica, pietate, fide erga amicum, & præcipue  
modestia, qua uolens Dauidi amico de regno cedit.

Extat eius historia 1. Sam. 13. 14. 18. 19. 20. 23. 31.

Ionathas, filius Matathie, frater Iudæ Maccabæi,  
cui post mortem successit. 1. Macc. 9. 10. Tandem frau-  
de circumuentus à Tryphone interficitur. 1. Macc. 13.

Ionatha, columba dans, siue columba ueniens.

Hieronymus in interpret. nom. de Actis apostolorum.

Ione, columba mea. Id. ibid. de Luca.

Ioppe, oppidum Amorreorum. Num. 22.

Ioppe, oppidum Palestinæ maritimum in tribu  
Dan. Eusebius de locis Hebraicis.

Ioppe, oppidum Palestinæ maritimum in tribu  
Dan: ubi hodie saxa monstrantur in litore, in quibus  
Andromeda relegata, Persei quondam uiri sui fertur  
liberata fuisse præsidio. Hieronymus de locis lib. Acto-  
rum apostolorum.

Ioppe, pulchritudo. Philo in interpret. nom. de Iona.  
Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Ior, riuus. Philo ibid. de Gen.

Ioram, filius Iosaphat, rex Iudæ, gener Achab regis  
Israel, fuit parricida fratrum, & persecutor ueræ  
ecclesiæ Dei. 2. Par. 21. 2. Reg. 8.

Ioram, rex Israel, filius Achab. 1. Reg. 13.

Ioram, filius Thoi, regis Emath. 2. Reg. 8.

Ioram, filius Mattha, in genealogia Christi. Luc. 3.

Ioram, qui est sublimis, uel manus sublimis, siue ma-  
nus sublimium. Philo in interpret. nom. de 2. Reg.

Ioram, qui est excelsus. Id. ibid. de 3. Regum.

Ioram, ubi est, aut qui est excelsus, sed inclius subli-  
mabitur. Hieronymus ibid. de Matth.

Ioram interpretatur Dominus altitudo. Autor ope-  
ris imperfecti hom. 1. in Matthæum.

Iordanis, fluuius diuidens Iudæam, Arabiam &  
Aulonem, qui usq; ad mare mortuum fluens, post mul-  
tos circumitus iuxta Hiericho, mortuo commixtus  
mari, nomen amittit. Eusebius de locis Hebraicis.

Iordanis, descensio eorum. Philo in interpret. nom.  
de Gen.

Iordanis, de scissus eorum, aut apprehensio eorum,  
uel uidens iudicium. Hieronymus ibid. de Luca.

Iordanis descensio aliena interpretatur: ubi peccata  
abluntur. Hieronymus in 1. Marci.

Iordanes interpretatur descensus ipsorum: huius  
autem (ut ita dicam) uicinum est nomen Iared, quod et  
ipsum interpretatur descensio. Origenes tom. 2. in Iob.

**Iofaba**, filia Ioram regis Iuda, soror Ochozie. 2. Reg. 11.

**Iofabe**, ubi est saturitas, uel Domini saturitas. Philo in interpr. nom. de libris Reg.

**Iofachar**, filius Semath, interficit dominum suum Ioas regem Iuda. 2. Reg. 12.

**Iofaphat**, filius Asa, rex Iuda, pius, sapiens, iustus & felix, singulari pietate & zelo curauit ueram de Deo doctrinam propagari, fouit ecclesias, constituit iudicia & consistoria, in bellis à Deo opem petijt & expectauit. 2. Par. 17. 19. 20. 1. Reg. 15. 22.

**Iofaphat**, filius Ahilud, Cancellarius regis Davidis. 2. Sam. 8.

**Iofaphat**, parricida domini sui Ioas regis Iuda. 2. Reg. 12.

**Iofaphat**, ipse iudicat, uel Domini iudicium. Philo in interpr. nom. 2. & 3. Regum.

**Iofaphat**, ipse iudicans, sed melius Dominus iudicauit. Hieronymus ibid. de Matthæo.

**Iofaphat** interpretatur Dominus iudex. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matthæum.

**Iosedech**, Domini iustus, siue iustificatus. Philo in interpr. nom. de Aggeo.

**Iosedech**, in nostram linguam cōuersum, iustos Dei significat. Eusebius lib. 7. demonstratione 9. De demonstratione Euangelica.

**Ioseph**, filius Iacob, ex uxore Rachel nascitur. Gen. 30. 37.

**Ioseph**, filius Iacob, faber, sponsus Mariæ uirginis. Matth. 1. 13. Luc. 1. 2. 3. 4.

**Ioseph** pater Iesu. Erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de eo. Ioseph pater Iesu appellatus est, quia nutritus fuit. Origenes hom. 16. in Luc.

Honorauit Ioseph S. sanctus patris uocabulo, quia nutrietat Saluatorem. Id. ibid. hom. 17.

Nec miremur Ioseph & Mariam parentes uocatos, quorum alter ob partum, alter ob obsequium patris & matris meruerunt uocabula. Id. ibid. homilia 19.

**Ioseph**, ab Arimathea sepelit corpus Christi. Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

**Ioseph**, augmentum. Philo in interpr. nom. de Genesis.

**Ioseph**, apposuit, uel apponens, siue aclus. Hieronymus ibid. de Matthæo, & Actis apostolorum.

**Ioseph**, addens, siue augmentum, uel adaugens. Id. ibid. de epist. ad Hebræos & Apocalypsi.

**Ioseph** indicat augmentum alicuius faciendum. Iosephus lib. 1. cap. 27. antiquitatum Iudaicarum.

**Ioseph** frater Iacobi Minoris, Simonis & Iudæ Apostolorum. Mat. 13. Mar. 6.

**Iolias**, filius Amon, nepos Manasse, rex Iudæ, pius & instaurator ueræ de Deo doctrinæ, quæ ferè prorsus amissa erat, & nutritus ecclesiæ Dei. 2. Par. 34. 35. 2. Reg. 22. 23.

**Iolias** interpretatur ubi est hostia Domino, aut salus Domini. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matthæum.

**Iolias**, cuius est sacrificium Domino, uel salus Do-

mini, siue fortitudo Domini. Philo in interpr. nom. de 3. Reg.

**Iolias**, ubi est incensum Domini, uel salus Domini: potest & fortitudo Domini dici. Hieronymus ibid. de Matth.

**Iolua**, filius Nun, de tribu Ephraim, minister Mo- sis. Deut. 1. Ios. 1.

**Iolue**, saluator. Philo in interpr. nom. de 1. Reg.

**Ioran**, Domini consummatio, siue perfectio. Id. ibid. de Osee.

**Ioth** interpretatur principium. Eusebius lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica.

**Iothaba**, peccantes in ea. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

**Iozabad**, Domini dos, uel qui est dotatus. Id. ibid.

**Iozacar**, Domini memoria, uel qui est memor. Id. ibid.

**Ir**, uigil. Id. ibid. de Exechele.

**Ira**, ira uehemens ignis est, omnia consumit, quippe quæ corpus corrumpit, animam coinquinat, tristitiam affert, turpis usus. Chrysostomus hom. 25. in Ioan.

**Indignatio**, Obtemperant autem iniquitati, ira, & indignatio, &c. De ira sepe iam diximus, quod interdum ipse qui ex peccati conscientia animæ incutitur cruciatus, ira appelletur. Indignatio autem ipsius iræ tumor, qui dicitur significatur, & per singula quæ que commotio. Ut si, uerbi gratia, uulnus aliquod pessimum iram ponamus: huius autem tumor & distentio indignatio uulneris appelletur. Origenes lib. 2. ad Romanos.

**Ira** est effluuitia sanguinis circa cor ex euaporatione, exsuscitatione uel bilis proueniens: quapropter & bilis & biliosa dicitur. Est autem & quando ira est, desiderium, uindictæq; appetitus. Nam iniuriati, aut arbitrâtes iniuria affici irascimur: & sit tunc iuxta hæc perturbatio, ex concupiscentia & ira. Damascenus libro secundo capite decimosexto de Orthodoxa fide.

Omnis amaritudo & furor & ira, &c. Ira est, cuius amaritudo & furor species sunt, quæ furore restincto desiderat ultionem, & eum, quem nocuisse putat, uult ledere. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

**Ira** nihil est quam irrationalis impetus. Chrysostomus hom. 17. in Acta apostolorum.

**Ira** pro condemnatione. Quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui infert iram? Hic iram pro condemnatione posuit, sicut alibi Ioannes Baptista dicit, Qui incredulus est filio, nõ uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Hanc iram Phariseis & Sadduceis cum oburgatione denunciat, dicens: Genimina uiperarum, quis uobis ostendit fugere à uentura ira? Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

#### ¶ Iræ species.

Species iræ sunt tres. Ira quæ uocatur bilis & biliosa, iracundia, et infensio. Bilis igitur et biliosa ira, ea est quæ principium habet, citoq; transit. Iracundia uero ira est, recordatione scilicet mali: unde & Græco sermone menis, à manendo & memoria tradendo dicitur. Infensio autem ira est, tempus in uindictam

dictam ultionemq; obseruans: unde & Græcè cotos à iacendo dicitur. Damascenus lib. 2. cap. 16. de Orthodoxa fide.

Iracimini, & nolite peccare. Duplex non solum apud nos, uerum etiam apud Philosophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria lacesiti naturalibus stimulis concitantur: uel cum requiescente impetu & furore restincto, potest mens habere iudicium: & nihilominus super eo qui putatur læsisse, desiderat ultionem. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Iraciniam dare. Non uos uindicantes charissimi, sed date locum iræ. Hi qui seipos non uindicant, quomodo iræ locum dent, dupliciter mihi uidetur intelligi. Nam et hoc ipso quod, uerbi causa, manum manu non referunt, aut conuictum conuictio non reddunt, iræ illius qui fecit iniuriam pertranscendi & euanescenti locum dederunt. Nemo enim ita rabiidus inuenietur, qui illata iniuria, si uicem non recipiat, iterum seuiat, sed quasi effuso ac digesto furore, necessario mitescit. Est autem & hoc modo iræ locum dare, quādo pro his quæ inferuntur iniurijs qui peccant, secundum ipsius Pauli sententiam, iram sibi thesaurisunt in die iræ, tunc cum reddet Deus unicuique secundum opera sua. Origenes libro nono ad Romanos.

Iracundia multis quidem animantibus esse effectum & commotione passiuā prouenit: estq; iracundus eorum motus omni prorsus ratione destitutus. At in spiritalibus omnino substantijs, longè alio modo ira intelligenda est. Significat enim, ut reor equidem, masculam illarum (ut ita dicam) & penitus insitam rationem atq; sapientiam, & habitum in diuinis atq; immutabilibus rebus constantem, & perpetua firmitate locatum. Dionysius Areopagita lib. de Cælesti hierarchia, cap. 2.

#### ¶ Quid inter iracundiam & iram intersit.

Inter iracundiam & iram hoc interest, quod iracundus semper irascitur, iratus pro tempore concitatur. Hieronymus in 5. ad Galatas.

Iraci. Quid est aliud irasci, quam insanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri, & in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari. Arnobius lib. 1. aduersus Gentes.

Irad, nepos Cain. Gen. 4.

Irad, ciuitatis dissensio. Philo in interp. nom. de Genesi.

Iram, ciuitas eorum. Id. ibid.

Iras, uidit fratrem meum, siue fratris mei uisio. Id. ibidem.

Iroth, locus deserti, ad quem uenerunt filij Israel mare rubrum transfretantes. Eusebius de locis Hebraicis.

Iroth uicus interpretatur. Origenes hom. 27. in Numeros.

#### I S.

Isaac filius Abraham ex Sara anu effecta & sterili iuxta promissionem, Gen. 17. 18. nascitur. Ibid. 21. moritur. Ibid. 35.

Isaac, risus uel gaudium. Philo in interp. nom. de

Genesi. Hieronymus ibid. de Mattheo, epist. ad Romanos, Galatas & Hebræos.

Isaac est gaudium. Origenes libro quarto ad Romanos.

Isaac risus uel gaudium interpretatur. M. hom. 7. in Genesin.

Isaac risum significat. Nam eo quod Sara riserat, dicente Deo quod pareret, nec iam speraret præ se sentire partum, ideo filius ita uocatur. Iosephus lib. 1. cap. 20. Antiquitatum Iudaicarum.

Risus Isaac interpretatur. Eusebius lib. 11. cap. 4. de Preparatione Euangelica.

Isaac risus exponitur. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 5. pedagogi.

Isai, pater Dauidis regis. 1. Sam. 16.

Isaia, salus Domini. Hieronymus in interp. nom. de Matth.

Isar, immutata uel paruula. Philo ibid. de Daniele.

Isaschar, filius Iacob, ex uxore Lia.

Isaschar, est merces. Philo in interp. nom. de Genesi. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Isaschar significat ex mercede factum. Iosephus lib. 1. cap. 27. Antiquitatum Iudaicarum.

Isboseth, filius Saul, aliquandiu tenuit maximam partem regni Israel: sed cum præcipuum suum ducem Abner offendisset, deditus est ab eo Dauidi. 2. Sam. 2. 3.

Ischa Hebraica lingua mulier appellatur. Id. ibid. lib. 1. cap. 2.

Ischaboth designat inglorium, eò quod illo tempore exercitui huiusmodi deformitas accidisset. Iosephus lib. 5. cap. 16. Antiquitatum Iudaicarum.

Ilimoth, ubi absconditus est Dauid. Eusebius de locis Hebraicis.

Ilimoth, adducet mortem. Philo in interp. nom. de Numeris & Daniele.

Ismael. Vide Hismael.

Ismael, auditio Dei. Philo in interp. nom. de Genesi.

Israel, cognomen sanctissimi Patriarchæ Iacob, at tributum ei à filio Dei. Gen. 32. Ut autem Iacob, in lucta cū filio Dei uictor euadit, ideoq; Israel appellatur.

Israel, est uidere Deum, siue uir, aut mens uidens Deum. Philo in interp. nom. de Exodo.

Israel, uir uidens Deum, sed melius rectus Domini. Hieronymus ibid. de Marco, epist. ad Romanos et Galatas.

Iacob Israel uocatus est, quod Deum uidens interpretatur. Chrysostomus hom. 14. in Ioan.

Israel mens uidens Deum, uel homo uidens Deum, interpretatur. Origenes lib. 4. cap. 2. Peri archon.

Israel interpretatum est uidens Deum. Augustinus Serm. 4. de uerbis Domini.

Israel Hebraica lingua significat reluctantem angelo sacro. Iosephus lib. 1. cap. 27. Antiquitat. Iudaic.

Israel uidens Deum dicitur. Eusebius lib. 11. cap. 4. de preparatione Euangelica.

Ipsum Israel nomen, si interpreteris, uidentem Deum significat. Id. lib. 5. cap. 11. de demonstr. Euangel.

Vox hæc Israel interpretatur homo vincens potentiam. nam Isra homo est, El potentia. Iustinus martyris colloquio cum Tryphone.

Non dormit, neq; dormitabit, qui custodit Israel. Quid est Israel, nisi semen Abrahæ? Quid est semen Abrahæ, nisi Christus? Et semini tuo, inquit, quod est Christus. Augustinus sermone vigesimo nono de uerbis Domini.

Israel Dei. Et super Israel Dei. Israel Dei appellat ut fideles, ut qui Deum per fidem uideant. Hoc enim nomen interpretatur. Theodoretus in sextum ad Galatas.

Israel secundum carnem. Videte Israel secundum carnem. Secundum carnem Israel uocauit, eum qui in infidelitate permansit, ut pote quod qui crediderunt, spiritus Israel appellatur. Idem in decimum primæ ad Corinthios.

Israelitæ, uiri uidentes Deum. Hieronymus in interpret. nomin. de 2. ad Corinth.

Isaar interpretatur mandati adimpletio. Origenes homilia 12. in Numeros.

Itimon, urbs sacerdotalis in tribu Iuda. Ios. 21.

Iuar, filius Caath, nepos Leui, patruus Moysi & Aaronis. Exod. 6.

## I T.

Itabyrium, pro quo Aquila & Symmachus in Osee propheta transfulerunt Tabor. Est autem mons Tabor in campo maximo ad occidentalem plagam legionis. Eusebius de locis Hebraicis.

Italia, regio & patria Romanorum ab Italo rege uocabulum traxit, quæ ab Aprico & à Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obicibus obstrusa est. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Italica, mentis excessus. Id. in interpret. nomin. eiusdem libri.

Ithamar, filius Aaronis. Exod. 6. 23. Leuit. 10.

Ithamar, ubi amarus, uel ubi palma, uel est amarus, siue insula palmæ. Philo in interpret. nominum de Exodo.

Iturea & Trachonitis regio, cuius tetrarcha fuit Philippus, sicut in Euangelij legimus. Trachonitis autem dicitur terra iuxta Arabiæ desertum, quod Bosra iungitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Iturea, montana, Syrum est. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.

## I V.

Iubal, delatus, siue dimittens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Iubileus significat libertatem. Iosephus libro 3. cap. 14. Antiquitatum Iudaicarum.

Iucadan, oppidum Iudææ. Ios. 15.

Iuchal, legatus Sedechie regis ad Hieremiam. Hierem. 37. 38.

Iuchal, potens. Philo in interpret. nom. de Hierem.

Iud, in tribu Dan. Eusebius de locis Hebraicis.

Iudas, filius Iacob, ex cuius posteris Christus natus est.

Iudas Barfabas. Iudas cognomine Barfabas, mit titur una cum Paulo & Barnaba legatus à Concilio Hierosolymitano perstrens ad ecclesias decreta de

abrogatione legis Moisaicæ. Actorum 15.

Iudas Galilæus, de quo Gamaliel Act. 5. loquitur. Post natum Christum anno 11. cum Cyrenius secundum censum in Syria & Iudæa ageret, ad libertatem armis iuendam, populum Iudaicum excitauit, clauitatis censum nihil aliud quam integram seruitutem esse. Cum autem semini Abrahæ promissa sit libertas & regnum perpetuum, uociferabatur impium esse seruire Romanis, & libertatem armis uindicandam esse. Nec Deum auxiliatorem fore ignauis, sed strenue dimicantibus, &c. Iosephus lib. 18. cap. 1. 2. Antiquitatum Iudaicarum.

Iudas Iacobi, confessio: hic etiam Thaddæus appellabatur. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Iudas Iscariotes, filius Simeonis. Ioan. 6. 71.

Iscariot, memoriale Domini: quod si uoluerimus legere Issachariot interpretatur, est merces. Potest autem dici & memoria mortis. Hieronymus in interpret. nomin. de Matth. 20.

Et Iudas Iscariotis. Vel à uico aut urbe in quo ortus est, uel ex tribu Isachar uocabulum sumpsit: ut quodam uaticinio in condemnationem sui manus sui Isachar enim interpretatur merces, ut significetur precium pro ditoris. Id. in 10. Matth. 20.

Iudas, confuens uel gloriosus interpretatur. Iscariotis autem, memoria mortis. Idem 3. Marci.

À patria ipsum appellauit Iscariotem. Chrysostomus homil. 33. in Mattheum.

Iudas Apostolus, non ille Iscariotes, sed frater Iacobi Minoris & Simonis Apostolorum, ut ex epist. graphæ epistolæ Iudæ. Matth. 13. Mar. 6. Luc. 6. Act. 1. apparet. Dicitur est Lebbeus, cognomine Thaddæus. Matth. 10. Mar. 3.

Iudas Maccabæus, filius Matathie sacerdotis, qui pio zelo se opposuit Antiochi edictis, quibus Iudæi abijcere legem Dei, & Ethnicam idololatriam amplecti iubebantur. Hic profligatis aliquot exercitibus Antiochi, tandem Hierosolymam & Templum recipit, & repurgat die 25. Nouembris. 1. Mac. 4. Postea facto foedere cum Romanis interficitur in prelio cum Demetrio rege. 1. Mac. 9.

Iudas, confitens siue glorificans. Hieronymus in interpret. nomin. de Matth. 20.

Iudas confessio interpretatur lingua Hebræa. Origenes homil. 17. in Genesim.

Iudas interpretatur confessor. Id. in 26. Matth. 20.

Iuda, Iuda, laudatio, siue confessio. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Iuda, confitens, uel laudator. Hieronymus. ibid. de epist. ad Hebræos.

Iuda significat gratiarum actionem. Iosephus lib. 2. cap. 27. Antiquitatum Iudaicarum.

Iudæa, aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur. Aliquando duæ tantum tribus, quæ quondam Iuda uocabantur, ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumq; in terra repromissionis regionum. Et notandum apud historicos, quod Iudæa ad Palestinam, Galilæa uero & Samaria ad Phœnicem pertineant. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Iudæus. Apud Deum non ille qui apud homines

Iudæus dicitur, Iudæus est: neq; qui gentilis uocatur, ille gentilis est: sed qui Deo credens legem impleuerit, ac uoluntatem eius fecerit, etiamsi non sit circumcisus. Clemens Romanus libro 5. Recognitionum.

Si autem tu Iudæus cognominaris, &c. Primò hoc obseruandum est, quòd non dixit de eo, si autem tu Iudæus es, sed si Iudæus cognominaris: quia non idem est, esse Iudæum, & cognominari Iudæum. Ipse enim Paulus docet in consequentibus, quàm uerè Iudæus sit ille qui in occulto circumcisus est circumcissione cordis, qui spiritu non litera legem custodit, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Qui autem in manifesto in carne circumcisus est, legem ad hoc obseruans ut uideatur ab hominibus, iste non est uerè, sed cognominatur Iudæus. De his enim & ipse Apostolus dicit: Videte circumcissionem: nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruimus. Sed & Ioannes in Apocalypsi de quibusdam ita dicit: Qui dicunt se Iudæos & non sunt: quos etiam de synagoga satanæ esse pronunciat. Sciendum tamen est, quòd iste qui in occulto & uerè Iudæus est, ab illo Iuda uocabulum trahat, de quo scriptum est: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Catulus leonis Iuda, & cætera que in Salvatore Dominum prophetata sunt. Origenes libro 2. ad Romanos.

#### ¶ Iudæi unde dicti.

Iudas ille nobilis Iudæorum profapia, qui nomen populo dedit. Egestippus lib. 5. cap. 15. de excidio Hierosolymorum.

Iudas Aegyptiacam gentem Hesperiorum inhabitans, Iudæis cognomen suum reliquit. Iosephus libro primo, capite duodecimo Antiquitatum Iudæicarum.

Iudæi dicti sunt ex die, qua à Babylone profecti sunt ex tribu Iuda, quæ prior ad illa loca peruenerat. Unde & ipsi, & prouincia à tali appellatione uocantur. Iosephus libro undecimo, capite quinto Antiquitatum Iudæicarum.

Omnis populus Iudæi sunt à dominante tribu cognominati. Origenes lib. 1. contra Celsum.

Postea cum in deserta quadam parte Syriæ confisset, amiserunt uetus nomen Hebræi: & quoniam princeps examinis eorum Iudas erat, Iudæi sunt appellati, & terra quam incoluere, Iudæa. Lactantius libro 4. capite 10. Institutionum diuinarum.

Antequam Græcorum nomen esset, inò uerò etiam ante Mosè à Iuda Iudæi appellati sunt. Hebræi uerò ab Hebero, à quo Abraham originem traxit. Eusebius De præparatione Euangelica libro septimo, capite secundo.

Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, & cætera. Iudam hic non ipsam tribum intelligit: sed quoniam denominatione quadam posterioribus temporibus à regali tribu Iuda, omnis Iudæorum natio dicta est: ita quidem ut hodie quoque Iudæi nominentur, ualde mirabiliter & propheticè omnem Iudæicam gentem Iudam nominauit, sanè ut nos quoque Iudæos appellare consueuimus. Idem libro 3. cap. 2. De demonstratione Euangelica.

Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer. Iudæos, puto, eos appellat, qui nondum crederant. Theodoretus in 9. 1. ad Corinth.

Iudæos dicit, qui superiori tempore, & ab ipso principio tales fuerunt. Chrysostomus homil. 12. in 1. ad Corinth.

Viri Iudæi & qui inhabitatis Hierusalem omnes, &c. Iudæos mihi uidetur dicere eos, qui Iudæam inhabitabant. Idem homilia 5. in Acta apostolorum.

Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Quum ipsi Iudæi murmurent, Iudæorum tamen, inquit, timore, nemo de illo palam loquebatur: sed præcipuè hic Iudæos, Iudæorum principes appellauit. Indignum enim (ut mihi uidetur) uis dicauit homines aduò à pietate remotos, sacerdotes aut seniores populi appellare. Cyrillus lib. 4. cap. 39. in Ioannem.

Iudæis, confitentibus siue laudantibus. Hieronymus in interpret. nomin. de 1. ad Corinth.

Natura Iudæus. Nos natura Iudæi, ac non ex gentibus peccatores. Natura Iudæus est, qui de genere est Abraham, & à parentibus die octauo circumcisus est. Non natura Iudæus, qui postea est factus ex gentibus. Hieronymus in 2. ad Galatas.

Quid est natura Iudæi: nimirum non profelyti, sed à teneris annis educati in lege. Chrysostomus ibid.

Natura Iudæi, pro eo quod est, qui hoc sumus à maioribus, qui genus ab Abraham ducimus, et hoc genus iactitamus. Theodoret. ibid.

Iudæorum hæreses. Due hæreses erant in Iudæis: una Phariseorum, altera Sadducæorum. Pharisei traditionum & obseruationum, quas illi diuinitus uocant, iusticiam præferbant: unde & diuini uocabantur à populo. Sadducæi autem qui interpretantur iusti, & ipsi uendicabant sibi quod nõ erant: prioribus, & corporis & animæ resurrectionem credentibus, confitentibusq; & angelos & spiritum: sequentes, iuxta Acta Apostolorum, omnia denegabant. Iste sunt due domus, de quibus Esaias manifestè docet, quòd offensuræ sint in lapidem scandali. Hieronymus in 22. Matth. et.

Iudaismum, confessionem. Id. in interpret. nom. de epist. ad Galatas.

Iudex. Ne fortè pertrahat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori. Iudicem dicit opificem, exactorem uerò unumquemq; angelum ipsius, qui exacturi sunt facta à peccatoribus. qualia autem, quàm peccata & delicta? Epiphanius libro primo, tomo tertio contra hæreses.

¶ Iudex unde. À iusticia & iudex et iudicium nominatur. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Iudi, legatus cõsiliorum regis Ioachim ad Baruch scribam Hieremiæ prophete. Hierem. 36.

Iudicare. Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Considerandum diligentius est, quia iudicare actus quidam potius est, quàm substantia: nam si non actus, sed substantia est, quum quis iudicare cessaret, confestim etiam ab esse cessaret: quod manifestè falsum est. Nihil ergo aliud iudicare est, quàm quidã actus & operatio. Quid igitur pater



pater filio suo dedit, si totum ei iudicium praestitit: nihil aliud profecto quam actum quendam super eos qui iudicantur. Cyrillus lib. 2. cap. 240. in Ioan.

Spiritualis autem iudicat omnia, &c. Iudicare reprehendere est. Chrysostomus hom. 7. in 1. ad Cor.

Nomen de ijs qui intus sunt, uos iudicatis? Iudicat quis, dum discernit cui fratri adhaereat, quem arguat, quem deuotet. Ambrosius in 5. 1. ad Corinth.

Iudicare diem. Alius autem iudicat omnem diem. Hic omnem diem iudicat, qui nunquam edet. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Mundum. Et in nobis iudicatur mundus. Tunc iudicatur hic mundus in nobis, si opus perfidorum non hominum non inueniatur in nobis. Ambrosius in 5. 1. ad Corinthios.

Nos ipsos. Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Iudicamus nos ipsos, quando finem uitae ponimus, & principium uirtutibus collocamus. Arnobius in Psal. 93.

Personaliter. Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate. Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit aequaliter. Dilectio aequalis facit non acceptari personas. Augustinus tractatu 30. in Ioannem.

Viuere & iudicare secundum carnem. Vos secundum carnem iudicatis. Quemadmodum secundum carnem uiuere, male uiuere est: ita & secundum carnem iudicare, iniuste iudicare. Chrysostomus homilia 51. in Ioannem.

Iudicantes. Quid est quod dicit, iudicantes duodecim tribus Israel? Nihil aliud profecto quam condemnantes: non enim in solio iudiciali sedebant, sed quemadmodum reginam Austri, & Ninuitas condemnatos generationem illam asseruit, simili quodammodo discipuli non gentes, non uniuersum orbem, sed tribus Israel condemnabunt. Nam quoniam eisdem & legibus et institutis uiuentis tam Iudaei quam Apostoli educati fuerunt, cum Iudaei dicturi sunt, idcirco se credere Christo non potuisse, quia mandata legis seruare iubebantur, discipulis in medium productis, a quibus & lex suscipiebatur, & fides Christo adhibita est, omnes Iudaeos condemnabit. propterea enim dicebat, iudices uestri futuri sunt. Id. homil. 65. in Mattheum.

Iudicium. Et reliquistis quae grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Iudicium in disceptatione negotiorum: misericordiam in pauperes, pupilles & uiduas: & fidem in Deum. Hieronymus in 23. Matth.

Qui male egerunt, in resurrectionem iudicij. Hic iudicium pro poena posuit. Augustinus tractatu 19. in Ioannem.

Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diabolus. Hic iudicium appellauit supplicium. Theodoretus in 3. 1. ad Timotheum.

Et in iudicium non uenit, &c. Reuelat Dominus Deus noster, & per Scripturas suas admonet nos, quot modis intelligatur, quando dicitur iudicium. Hortor ergo ut attendatis. Aliquando iudicium discriminatio dicitur. Secundum illam modum quo dicitur in

iudicium discriminatio, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat homo quae per corpus gessit, sine bonum sine malum: ipsa est enim discriminatio, ut bonis bona, malis mala distribuatur. Nam si iudicium semper in malo acciperetur, non diceret Psalmus: Iudica me Deus. Secundum iudicium autem damnationis. Qui audit uerba mea, inquit, et credit ei qui misit me, habet uitam aeternam, & in iudicium non ueniet, sed transitum facit a morte ad uitam. Quid est, in iudicium non ueniet? in damnationem non ueniet. Probemus de Scripturis, quia dictum est iudicium ubi poena intelligitur: quanquam & in hac ipsa lectione paulo post audietis ipsum uerbum iudicij non positum nisi pro damnatione & pro poena. Tamen Apostolus dicit quodam loco, scribens ad eos qui corpus quod fideles norunt, male tractabant, & propter quod male tractabant corripiebantur flagello Domini. Ait enim illis: Propterea multi in uobis infirmi & egroti dormiunt sufficienter. Multi enim propterea etiam moriebantur. Et secutus est, Si enim nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur. hoc est, si nos ipsos corripere, a Domino non corripemur. Cum iudicamur autem, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Augustinus tract. 22. in Ioannem.

Iudicium Dei iustum. Theauris tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij Dei, &c. Iustum iudicium Dei dixit esse, quia seruum est, quia diu multumque differtur ut homini ad uitam longa Dei patientia consulatur. Cyprianus de Bono patientiae.

Iudicia secularia. Secularia igitur iudicia si habueritis, &c. Secularia iudicia sunt, ad corpus pertinentia, uel corporea. Ambrosius in 63. ad Corinth.

Iudicia dicit uerba quae distinxerunt faciendae a non faciendis, & obedientiae honorem, & contumaciae ignominiam decreuerunt. Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.

Iudicium portare. Onus. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium quicumque est ille. Portare iudicium, id est, quod alijs uerbis in sequentibus dicit: Unusquisque proprium onus portabit. Et puto in Scripturis, onus, & in bonam & in malam partem posse accipi, hoc est, & in his qui peccatis grauius opprimuntur: & in illis qui uirtutum leuia onera sustentant. De peccatis in Psalmo poenitens loquitur: Iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum: quae si onus graue grauatae sunt super me. De uirtutibus, doctrinaque uirtutum Saluator ait: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue est. Quod autem & doctrina pro onere accipiatur, perspicuum fit in Euangelio: Alligant quippe Pharisei onera grauiora, et quae portari non possunt: & superponunt ea super humeros hominum: ipsi autem uno ea digito nolunt contingere. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Iudith, uxor Esau, alio nomine Ada. Gen. 26. 36. Iudith, uxor Manasse, ex tribu Ruben. sua pietate, inuocatione & industria liberat Bethuliam, interfecta Holoferne.

Iudith, laudans, aut confitens, aut Iudaea. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Iugum.** Ac ne rursus iugo seruitutis implicemini. Nomine iugi, negotij molestiam illis significat. Chrysostomus in 5. ad Galatas.

**Iugum seruitutis.** Et nolite iterum iugo seruitutis contineri. Iugum seruitutis, legem uocat duram, difficilem, laboriosam, quae die ac nocte cultores suos graui opere consumit. Sicut et Petrus in Actibus apostolorum: Quid tentatis, inquit, imponere iugum graue super collum fratrum: quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt? Hieronymus ibid.

**Iugum seruitutis, uitam quae est ex lege appellauit.** Ita enim diuinus etiam dixit Petrus in Actibus: Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Theodoretus ibid.

**Iugum ferre.** Tollite iugum meum super uos, &c. Iugum et sarcinam ferre, nihil est aliud quam pie uiuere in Christo. Augustinus serm. 9. de uerbis Domini.

**Iulium, incipientem.** Hieronymus in interpr. nom. de Actibus apostolorum.

**Iumenta.** Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, &c. Nomine iumentorum, ea quae in usu sunt hominum animalia designant. Iunilius in 1. Genesim.

**Iumenta dicta sunt, quod in excolenda terra homines uiuent.** Lactantius lib. 2. cap. 1. Institutionum diuinarum.

**Iunias, iudeus insignis inter apostolos, et ante Paulum ad fidem Christi conuersus.** Hunc Romae uersantem salutat Paulus, Rom. 16.

**Iunia, incipiens.** Hieronymus in interpr. nom. de epist. Iacobi.

**Iupiter Olympius.** 2. Macc. 6. Iupiter, quasi dicat, iuuans pater, id est, coelestis. *Ἰουπιτερ* quasi si *ἰου* aduersus *ἰου* a luce et splendore caeli.

**Iurare.** Nec iurauit in dolo proximo suo. Iurare, est ius constituere, quo renuntiata abstinentur, et promissa seruantur. Arnobius in Ps. 23.

**Iuramentum.** Omne iuramentum colligatio est et confirmatio uerbi de quo iuratur. Origenes in 23. Matth. ei.

**Iuramentum est fideiusio, ubi mores fidem non habent.** Chrysostomus hom. 3. in Acta apostolorum.

**Iustificare.** Quos iustificauit, illos et glorificauit. Sicut non est aliud iustificare, nisi iustos facere: sic non est aliud glorificare, nisi gloriosos facere. Fulgentius lib. 1. ad Monimianum.

**Iustificare impium.** Credidisti in eum qui iustificat impium. Quid est, qui iustificat impium? Ex impio facit pium. Augustinus tract. 3. in Ioan.

**Iustificari.** Iustificari est iustum fieri. Id. de gratia et libero arbitrio cap. 6.

**Iustificari coram Deo.** Aliud est coram Deo iustificari, aliud coram hominibus: hoc est, ad comparationem aliorum hominum potest alius homo qui emendatius uixerit, iustus uideri: ad comparationem autem Dei, non solum homo non iustificatur, sed et sicut Iob dicit: Stella non sunt mundae coram ipso: quae uicque coram nobis mundae habentur sane, ad comparationem

uero Dei mundae esse non possunt. Orig. lib. 3. ad Rom.

**Iustificationes.** Iustificationes uocat iudiciorum aequitatem, quae suum cuique tribuat. Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.

**Iustificationes Domini facere.** Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querela. Cum mandatis caelestibus obedimus, in mandatis incedimus Domini: Cum iudicamus, et congrue iudicamus, facere Domini iustificationes uidemur. Ambrosius in 1. Luc.

**In iustificationibus Domini gradi.** Quando bene et recte de aliquibus iudicamus, in iustificationibus Domini gradimur. Quando hoc aut illud facimus, in mandatis illius ambulamus. Origenes homil. 2. in Lucam.

**Iusticia.** Sic decet nos implere omnem iusticiam. Iusticia est, omnium mandatorum impletio. Chrysost. hom. 12. in Mattheum.

**Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam.** Id est, propter uirtutem atque pietatem, propter defensionem ceterorum. Solet quippe iusticiam omnem prorsus animi appellare uirtute. Id. ibid. hom. 15.

**Dico enim uobis, nisi abundauerit iusticia uestra plusquam Scribarum et Phariseorum, &c.** Hic iusticiam, uniuersam dicit uirtutem. Sicut etiam de S. Iob loquens, ait: Erat homo iustus irreprehensibilis. Iuxta hunc modum significandi etiam Paulus iustum uocabat, cui nec legem positam esse dicebat. Iusto, inquit, lex non est posita. Sapiissime quidem in Scripturis generaliter positum hoc uirtutis nomen inuenies. Id. ibid. hom. 16.

**Iusticia eius manet in aeternum.** Iusticiam hoc loco misericordiam uocauit. Etenim iustos facit elemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effuderitis. Id. hom. 19. in 2. ad Corinth.

**Misericordia haec, iusticia appellata est, quia sciens qui largitur, omnia Deum communiter omnibus dare, quia sol eius omnibus oritur, et pluit omnibus, et terram omnibus dedit, idcirco diuidit cum ijs qui copiam terra non habent, ne beneficijs Dei priuati uideantur.** Ambrosius in 9. 2. ad Corinth.

**Iusticia nihil aliud est, quam Dei iudici pia et religiosa cultura.** Lactantius lib. 5. cap. 7. Institutionum diuinarum.

**Haec est quae uere est iusticia, nolle rei alterius plus quam par sit habere, sed totum esse templum Domini sanctificatum.** Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat.

**Iusticia est pax uita et stabilitas ac tranquillitas, ad quam Dominus amandauit dicens, Abi in pacem.** Id. ibid.

**Iusticia est concentus partium animae.** Id. ibid.

**In omni gente qui timet Deum, et operatur iusticiam.** Iusticiam uocat omnem uirtutem. Chrysostomus hom. 23. in Acta apostolorum.

**Verè ex lege esset iusticia.** Iusticiam haec dicit, quae apud Deum imputatur iusticia, id est, fidei, quia et lex habuit iusticiam, sed ad praesens, non quae iustificaret apud Deum. Remittere enim peccata non potuit, ut de peccatoribus faceret iustos: sed ad hoc data est, ut terrori esset, prouocans homines ad bonam uitam, ir-

reuerentes puniens. Ideoq; non est data lex, quæ possit uiuificare, sed condemnare. Ambrosius in 3. ad Galat.

Iusticia Dei. Ignorantes enim Dei iusticiam, et suam uolentes constituere, iusticie Dei non sunt subiecti. Quid est hoc, iusticia Dei et iusticia hominis? Iusticia Dei hic dicitur, non qua iustus est Deus; sed qua dat homini Deus, ut iustus sit homo per Deum. Quæ autem erat illorum iusticia? Quam de suis uiribus presumebant, et quasi impletores legis seipso ex sua uirtute dicebant. Augustinus tract. 26. in Ioan.

Phariseorum. Nisi abundauerit iusticia uestra plusquam Scribarum et Phariseorum, et c. Iusticia Phariseorum est, ut non occidant: iusticia eorum qui intraturi sunt in regnum cælorum, ut non irascantur sine causa. Id. lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Scribarum et Phariseorum iusticiae, sunt mandata Moysi: impletiones autem mandatorum illorum, sunt mandata Christi. Aut or operis imperfecti hom. 11. in Matth.

Propria. Dei. Nam ignorantes Dei iusticiam, et propriam statuere querentes, et c. Propriam iusticiam illam uocat, uel ob id quod legem præstare necdum potuerint, uel laborum esset ac sudorum. Hanc uero iusticiam Dei uocat, nimirum quæ ex fide est: propterea quod omnino ea ex superna gratia sit, in qua non laboribus, sed Dei dono iustificamur. Chrysostomus serm. 17. ad Rom.

Vera. Deo hæc uera iusticia est et permanens, si ipse agnoscat. Quid enim est tam iustum, quam cognoscere Deum Patrem, ex quo sunt omnia: et Christum filium eius, per quem sunt omnia? Prima ergo hæc iusticia est, agnoscere creatorem, deinde custodire quæ precepit. Ambrosius in 9. ad Rom.

Iusticiam esurire. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Esurire et sitire iusticiam, est desiderare iusticiam Dei. Nunc esurit iusticiam, qui secundum iusticiam Dei desiderat conuersari, quod est recti cordis. Sinit autem iusticiam, qui scientiam Dei acquirere cupit, quam potest consequi ex studio Scripturarum, quod est docilis uiri. Autor operis imperfecti hom. in Mattheum.

Iusticiam omnem implere. Sine modo, ut impleatur omnis iusticia. Quid est, impleatur omnis iusticia? Mori ueni pro hominibus, baptisari non debeo pro hominibus? Quid est, impleatur omnis iusticia? Impleatur omnis humilitas. August. tract. 4. in Ioan.

In hoc omnem impleri iusticiam asseuerat, si doctrinam præcedat exemplum, et honore se inuicem præueniant, qui maiorem et qui minorem obtinent locum, et qui maior est fiat minor, et præcessor sicut ministrator: si in unitate sacramentorum omnes simul conueniant, si pacis ecclesiasticæ foedera non dirumpant. Cyprianus serm. 1. de baptismo Christi.

Iustus, hospes S. Pauli in urbe Corintho. Act. 18. Iustus, parcens, siue ipse alienatus, uel elatus. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum, et Epist. ad Coloss.

Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Duos gradus fecit iusti et boni, quamuis et iustus bonus dicendus sit: tamen genera ipsa posuit, iustum in exercitia significans, bo-

num uero natura, qui simplicitate innocens dicatur. Ambrosius in 5. ad Romanos.

Iusticia eius manet in æternum. Iustus est, qui sibi soli non detinet, quod scit omnibus datum: et iustus non solum in tempore, sed et in æternum, quia in seculo futuro hanc habebit secum in perpetuum. Id. in 9. 2. ad Corinth.

Iustum uoco eum, qui in primis sui ipse accusator efficitur, sicut sermo Scripturæ designat. Nam ut illum sapientem dicit Scriptura, qui cum arguitur non odit arguentem, sed insuper diligit eum: sic et iustus dicitur, qui post delictum non permanet in delictis, nec expectat diabolum fieri accusatorem suum, neq; ut ille proferat in medium peccata ipsius, sed ipse se arguit, et conuincit, et per confessionem suam liberatur a morte. Origenes homilia secunda in Psalmum trigesimumseptimum.

In omni gente qui timet Deum, et operatur iusticiam. Iustum hic dicit, non simpliciter benignum et humanum, sed eum qui operatur iusticiam, hoc est, eum qui in omnibus uirtute præditus est. Chrysostomus hom. 23. in Acta apostolorum.

Iusti semen. Quid aliud semen iusti dignum est putare, nisi discipulum iusti, qui suscepto ab eo uerbis Dei semine, ad uitam generatur æternam? Origenes hom. 4. in Ps. 36.

## L A



Aabim, filius Misraim, nepos Cham. Gen. 10.

Laabim, deusti, siue flammantes.

Philo in interpr. nom. de Gen.

Laamas, ad iniquitatem. Id. ibid. de Iesu Naue.

Laban, filius Batuel, frater Rebecce uxoris Isaac, pater Rachel et Lie uxorum Iacob. Genes. 29. 30. 31.

Laban, locus Arabie Petree. Deut. 1.

Laban, candidus. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Labanath, in tribu Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

Labaoth, in tribu Symeon. Id. ibid.

Labbaddon, perdens, pro eo quod est interficiens, sed melius solitarius eorum. Hieronymus in interpr. nom. de Apocalypsi.

Labec, acceptabilis. Philo ibid. de Iesu Naue.

Labia dolum loquuntur. Cobibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Id. est, lingua tua malum sermonem non dicat. Illius labia dolum loquuntur, qui pacem portat in labijs, et malitiam seruat in corde. Autor operis imperfecti in 5. Matth.

Labo, ingressus, siue uenientes. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Laboemath, pro quo Aquila interpretatur ingressus Emath. Eusebius de locis Hebr.

Labon, locus solitudinis trans Iordanem, in quo Moyses Deuteronomium legit. Id. ibid.

Laboth, in tribu Iuda. Id. ibid.

Lac. Lac uobis potum dedi, non escam. Omnem expositionem quæ secundum textum exponitur, et potest

potest edificare eos qui expositionem non capiunt priorum, arbitror recte lac appellari, quod fuit de sancta Scripturarum terra. Origenes tract. 3. in Matthæum.

Lac opus est miraculorum, quoniam & sine labore dentium, & cum suavitate comeditur, per quod rudes in fide quasi pueri sustentantur. Autor operis imperfecti hom. 4. in Matthæum.

Si lac quidem est infantium, cibus autem perfectorum nutrimentum, dictus est ab Apostolis: lac quidem intelligitur catachesis, ueluti primum nutrimentum animæ. Cibus autem suspicientes contemplatio, quæ sunt ipsæ carnes & sanguis uerbi: hoc est, comprehensio diuinæ potentie & essentie. Gustate & uideate, inquit, quod Christus est Dominus. Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom.

Et quia lacte adhuc indigebant, ea discunt quæ discere paruuli solent. Bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem, & c. Rursumque instituantur ne immolatiua comedant.

Lac paruulorum. Ista omnis doctrina lac paruulorum est, & adhuc in infantium in Christo. Quando uero Ephesjs scribitur, solidum illis præbet cibus. Non auditur quippe in Epheso fornicatio, non auditur in Epheso idololatria, & esus immolatiuorum. Ex quib. docemur, quid sit solidus cibus, & quod rationale et sine dolo lac moralis loci, quod solidus cibus mysticus intellectus. Beatum est igitur ut festinamus ad ea, quæ imperfectiora sunt principia transeuntes. Et quod moralis locus lac sit, Apostolus docet, cum iam aliqua de lacte dixisset, addens: Non rursus iacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis. Tales omnes sunt, qui adhuc lacte potantur: perfectus autem alijs indiget disciplinis. Id. hom. 7. in Ezechielem.

Lactis cibus. Lactis cibus esse dicitur in Scripturis sanctis, prima hæc moralis institutio, quæ incipientibus uelut paruulis traditur. Non enim in initijs statim disciplinis de profundis et secretioribus tradendum est sacramentis, sed morum correptio, emendatio disciplinæ, religiosæ conuersationis, & simplicis fidei prima eis elementa traduntur. Istud est ecclesie lac, hæc incipientibus paruulorum prima sunt elementa. Item homilia quinta in lib. Iudicum.

Lacedæmon, alio nomine Sparta dicitur, urbs nota, in Peloponneso. In hac moritur Iason exul. 2. Macc. 5.

Lachis, in tribu Iuda. Sed & hanc cepit Iesus, rege eius interfecto. Meminit huius Esaias et Hieremias: & nunc est uilla in septimo miliario ab Eleuthero poli euntibus Daromam. Eusebius de locis Hebraicis.

Lachis, inter est, uel sibi met uiri. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Lachis interpretatur iter. Origenes hom. 13. in Iesum Naue.

Lachum, terminus Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

Lacum, ad consurgendum. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Ladabar, ubi erat Miphiboseth. Eusebius de locis Hebraicis.

Lael, in Deum uel Deo. Philo in interpret. nom. de Numeris.

Leticia nihil aliud est, quam profusum gaudium. Lactantius libro sexto, cap. 15. Institutionum diuinarum.

Leticia salutaris. Redde mihi Leticiam salutaris tui, & c. Leticiam salutaris, spiritum appellat, qui gaudium æternum largitur, cuius principatu ac ductu mundanas perturbaciones superamus: qui ueri salutaris, id est, Christi spiritus est. Cyrillus lib. 1. cap. 23. in Ioan.

Lahabim. Solus Lahabim à se prouinciam Lybiæ nominauit. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Λαμαρπυια. Vide Ingluuias.

Lais, socer filie Saul. 1. Sam. 25.

Lais, ciuitas in regione Roob, prope montem Libanum, occupata à Danitis. Iud. 18.

Lais, leo, uel sibi met uir. Philo in interpret. nom. de lib. Iudicum.

Laisa, hanc filij Dan captam manu possederunt, cum esset procul à Sidone: & uocauerunt eam Dan. fuit autem terminus terre Iudæ contra septentrionem à Dan, usque ad Barsabææ se tendentis. Meminit huius & Esaias. Sita est autem iuxta Paneadam, de qua Iordanis fluuius erumpit. Eusebius de locis Hebraicis.

Laisa, leo. Philo in interpret. nom. de Esaias.

Laisa, in salutem. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Lamas, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Lamathara, ad quem locum Ionathan iacula dirigebat: pro quo Aquila interpretatur ad signum. Symmachus ad condictum. Id. ibid.

Lamech, abnepos Cain, primus autor polygamie. Gen. 4.

Lamech, filius Mathusalem, pater Noe. Ibid. 5.

Lamech, humiliatus, aut percuciens, siue percussus. Philo in interpret. nom. de Genesi.

Lamech, doctrina, siue disciplina. Id. ibid. de Psalterio.

Lamech, humilis: quidam putant percucientem, siue percussum posse resonare. Hieronymus ibid. de Luca.

Lamed disce significat. Eusebius lib. 10. cap. 2. De preparatione Euangelica.

Lamma, Hebræa uox est, quæ extat in dicto Ps. 22. quod Christus in cruce recitat: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?

Lampas. Quæ acceperunt lampades suas. Lampas dicitur fides: quia sicut lampas illuminat domum in qua est, sic fides illuminat animam cuius est. Accenditur autem hæc lampas igne diuini uerbi. Verbum enim Dei ignis est, sicut dicit Dominus: Ignem ueni mittere in terram. Item dicente Apostolo: Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Accipiunt autem homines hanc lampadem, quando uenientes ad Christum, per sacerdotes accipiunt traditam sibi ueritatis doctrinam. Aut sicut alius putat, uerbum Dei quod ac-

cepimus accedentes ad Christum, lucerna est, secundum quod scriptum est: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Autor operis imperfecti homilia quinquagesima secunda.

Lampades. Fatuae acceptis lampadibus suis, non acceperunt oleum secum. Lampades hic ipsius uirginis nominat donum, et munditiam sanctitatis. Chrysostomus hom. 79. in Mattheum.

Lampas quomodo extinguitur. Quia lampades nostrae extinguntur. Extinguitur lampas hominis, quando fides eius deficit ac desperat. Sicut enim qui bene sibi conscius est, fiducialiter et magnanimitate agit: quemadmodum si quis in fuso oleo addat lumen lucernae: sic et ille consideratione bonorum operum suorum semetipsum confortat, et fidei suae addit audaciam. Qui autem sibi male conscius est, semper pusillanimis ac timidus est. Et quemadmodum subducto oleo minuitur lumen lucernae: sic et ille consideratione operum suorum malorum semetipsum confundit, et infidelitati suae adhuc diffidentiam addit. Autor operis imperfecti homilia quinquagesima secunda in Mattheum.

Lamuel, Prouerb. 31. Verba Lamuelis regis, hoc est, uerba regis, cum quo est Deus, habentis Prophetiam uocationem.

Languor, Et sanans omnem languorem, etc. Dicens omnem languorem, omne genus siue grauium, siue leuium passionum concludit. Autor operis imperfecti hom. 8. in Matth.

Laodicea, urbs Lydiae in Asia minori, sita non procul a confluente Lyci et Meandri prope Colossas. fit eius mentio Coloss. 4. Apoc. 1. 3.

Laodicea, urbs Syriae, in qua Concilium Laodicense celebratum est.

Et pro ijs qui sunt Laodiceae, et qui Hierapoli. Haec ciuitates sunt sibi inuicem propinque, et sunt omnes Phrygiae. Theodoretus in quartum ad Colossenses.

Laodicia, tribus amata Domini, sed melius natiuitas expectata. Hieronymus in interp. nom. De epist. ad Coloss.

Laodicia, tribus amabilis Domino, siue fuerunt in uomitu. Id. ibid. de Apocalypsi.

Laomim, filius Dadan, pronepos Abrahae. Genesis 25.

Laommim, tribus, siue matres. Philo in interp. nom. de Gen.

Lapidoth, cognomen Barak, uxoris Deborah. Iud. 4.

Laphidoth, lampas, siue quasi os cultri: ab ore, non ab osse. Philo in interp. nom. de lib. Iudicum.

Lapis Boen, filiorum Ruben: est autem terminus tribus Iudae. Eusebius de locis Hebraicis.

Lapis. Multorum relatione compertum est, in petra uel lapide Christum esse significatum. Daniel enim Propheta lapidem hunc dicit, qui abscisus a monte sine manibus percussus et comminuit omnia regna, et repleuit omnem terram, quod euidenter de Christo dictum est. Et in lege petra, de qua fluxerunt aquae, Christus est appellatus. Petra autem, inquit, erat

Christus. Et Petrus apostolus inter caetera ad Iudeos ait: Hic est lapis, qui reprobatus est a uobis adificandis. Offensio ergo posita in Sion, Christus est. Petra haec scandalum est Iudeis et offensio, quae petra sine dubio corpus intelligitur Saluatoris. Haec excisa sine manibus propterea, quia sine uiro de S. sancto facta de Virgine est. Ambrosius in nomum ad Romanos.

Lapidem quem reprobauerunt edificantes, etc. Lapis dicitur Christus propter duas causas. Primum, quia suis fundamentum est forte, et neque aliqua seductione illecebrarum soluuntur, qui super eum consistunt, neque tempestatibus persecutionum mouentur. Deinde, quia in Christo iniquorum est magna confusio. Sicut enim omnis res quae percutit lapidem, ipsa quidem colliditur, lapidem autem non laedit: sic et omnis qui contra Christianitatem agit, se quidem corrumpit, Christianitati autem non nocet. Autor operis imperfecti homilia quadragesima in Mattheum.

Lapis offensionis. Ecce pono in Sion lapidem offenculi, et petram offensionis, etc. Lapidem offensionis et petram scandali uocat, ab animo et sine eorum qui non crediderunt. Chrysostomus serm. 16. ad Romanos.

Lapides. Dico enim uobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. De quibus lapidibus? Non utique lapides irrationabiles corporeosque monstrabat: sed homines insensibiles et quondam diuros, qui quia lapides et ligna adorabant, impletum est illud quod in Psalmo cantabatur: Similes illis sunt qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Origenes hom. 22. in Lucam.

Lapides, Ethnicos uocat, propter cordis duriciam. Lege Ezechiel. Auferam, inquit, a uobis cor lapideum. In lapide duricia: in carne mollicia monstratur. Hieronymus in 3. Matth.

Lapides preciosi. Si quis autem superaedificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos. Lapidem preciosi sunt, quos non corrumpit ignis. Tria genera posuit praecleara in mundo, in quibus bonam doctrinam significauit. Ambrosius in 3. ad Corinth.

Qui super lapidem cadunt. Qui ceciderit super eum, confringetur, etc. Qui sunt qui super lapidem cadunt? Christiani qui credentes in Christum stant super ipsum, quasi super proprium fundamentum. Sed quis de istis peccauerit, non eum Christus corrumpit: sed ipse se corrumpit, offendens in Christum. Autor operis imperfecti hom. 40. in Mattheum.

Super quos lapis cadit. Super quem autem ceciderit, comminuet eum. Qui sunt super quos lapis cadit? Iudaei et Gentes, qui non crediderunt in Christum. Id. ibid.

Lafa, terminus Canaanorum circa Sidonem. Eusebius de locis Hebraicis.

Lasabi, sperauit in me. Philo in interp. nom. de 2. Regum.

Lafaron, hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Eusebius de locis Hebraicis.

Lascinia. Nomine lascinia significatur libidinositas.

sa, popularis, et incesta in coitum propensio. Clemens Alexandrinus lib. 2. cap. 10. Pedagogi.

Lalga, ciuitas litoraria, Crete insule iuxta locum qui uocatur Boni portus, ut ipse Lucas exponit: pro qua quidem corrupte Thalassa legunt. Hieronym. de locis Actorum apostolorum.

Lalthenes, prefectus Demetrii iunioris. 1. Maccab. 11.

Laculum, frater Laomim. Gen. 25.

Lathusim, malleatores. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Laus gloriæ Dei. In laudem gloriæ ipsius. Laus gloriæ Dei est, cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est, cum multos curet. Ambrosius in 1. ad Ephestios.

Lazarus, frater Marthe & Mariæ, ex uico Bethania, amicus Christi, & resuscitatus ab ipso Ioannis 11. 12.

Lazarus, pauper, ulcerosus. spretus à diuite, & postea translatus in sinum Abraham. Luc. 16.

Lazarus adiutus. Hieronymus in interpret. nom. de Luca.

Et erat mendicus nomine Lazarus. Lazarus interpretatur qui adiutus est: non est adiutor, sed adiutus. Pauper enim erat, & in paupertate illū Dominus adiunabat. Chrysostomus homil. de diuite in Euangelio Lucae.

## L E

Lebaoth, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

Lebbæus, nomen apostoli Iudæ, fratris Simonis. Matth. 10.

Lebbæus, figuratum nomen à corde, quod nos diminutiue corculum possumus appellare. Hieronymus in interpret. nom. de Mattheo.

Lebbæus interpretatur corculum. Id. ibid. cap. 10.

Leben, edificatio, uel candida. Philo in interpret. nom. de 3. Reg.

Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, quam tenuit Iesus rege illius interfecto: nunc est uilla in regione Eleutheropolitana, que appellatur Lobna. Scribit de hac Esaias. Eusebius de locis Hebr.

Lebna, decima septima mansio Israelitarum. Num. 33.

Lebna interpretatur dealbatio. Origenes hom. 27. in Numeros.

Lebna candor interpretatur. Id. hom. 13. in Iesum Naue.

Lebona, in deserto, castra filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Lechi, locus in tribu Iuda, ubi Samson mandibula asini mille Philistinos trucidauit. Iud. 15.

Lechi, pro quo Aquila & Theodotion interpretantur maxillam. Eusebius de locis Hebraicis.

Lecum, oppidum tribus Nephthalim. Ios. 19. in litore lacus Samachonitidos.

Leemas, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Legio. Et exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones angelorum? una legio apud ueteres, sex millibus complebatur hominum. Hieronymus in 26. Matthei.

Lesa, in salutem. Philo in interpr. nomin. de Gen. Lese mdam, nominis iudicium. Id. ibid. de Iesu Naue.

Lesem, hanc filij Dan ui captam cognominauerunt Dan. Eusebius de locis Hebraicis.

Lesem, ad nomen. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Lethargici sunt, qui multum dormiendo premuntur. Augustinus sermo. 59. de uerbis Domini.

Lethec, sicut in Osea propheta scriptum est, Mercede conduxit mihi Lethec ordei. In exemplaribus uerò, Gomor ordei habetur, idem sunt: quindecim enim modij significantur. Lethec autem appellationem habet secundum Hebræorum linguam, hoc est eleuatio, eò quòd possint ab adolescente eleuari quindecim modij, & asino imponi. Eadem mensura etiam Gomor uocatur. Sunt autem duo Gomor, magnum & paruum: magnum eiusdem mensuræ est cum Lethec, quindecim modios etiam ipsum complectens: paruum uerò duodecim batos. Et hoc ex Hebraica lingua deductum est, & est synonymum cum uase in quo oleum excipitur, appellato Bith. Epiphanius lib. De mensuris & ponderibus.

Leui, filius Iacob ex Lia. Gen. 29. Huius propositus fuit Aaron & Moses. Exod. 6. Et posteris Leui commendatum fuit ministerium docendi uerbum Dei, & administrandi sacrificia & alias ceremonias in populo Dei. Exodi 28. 29. Num. 3. 4. 1. Par. 23. 24. 25. 26.

Leui, cognomen Matthæi Apostoli. Mar. 2. Luc. 5.

Leui, proauus Mariæ uirginis, pater Matthei. Lucae 3.

Leui, additus, siue assumptus. Philo in interpr. nomin. de Genesi & Exodo.

Leui, appositus, uel additus. Hieronymus ibidem de Luca, epist. ad Hebræos & Apocalypsi.

Leui appositus interpretatur. Id. in 1. Mar.

Leui quasi firmator societatis significat. Iosephus lib. 2. cap. 27. Antiquitatum Iudaicarum.

Leuites, additus. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis Apostolorum.

Leuiathan, balenam aut similem piscem magnū significare ex Iob 40. apparet. An extrahere poteris Leuiathan hamo.

Leuiathan, additamentum eorum. Philo in interpr. nomin. de Iob.

Lex. Recte à sapientibus definitum est, legem esse que dicit & quod agi debet, et quod agi non debet, uetet. Origenes libro 3. ad Romanos.

Lex est, quòd docet Dei mandatum, ut in ipso manentes, in luce simus. Damascenus libro 4. cap. 23. de Orthodoxa fide.

Lex est pedagoga puerorum insolentium, qui habentis nò facile retinentur. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 11. Pedagogi.

Lex est, nò ea que lege decernuntur, nam nec sunt ea que uidentur usus: neque que uis opinio, non enim ea quoque que est mala: sed lex est opinio bona, bona est autem que est uera. Bona est autem, que id quod est inuenit, & id assequitur. Id. lib. 1. Stromatum.

Quidam dixerunt legem esse rectam rationem, quæ iubet quidem ea quæ sunt facienda, prohibet autem quæ non sunt facienda. *ib. ibid.*

Lex est lumen uitæ. Vias enim uitæ arguit disciplina. *Id. ibid.*

Lex rex est omnium mortalium & immortalum, inquit *Pardarus. Id. ibid.*

Lex pro ueteri testamento. Scimus quod quæcumq; lex dicit. Totum uetus testamentum legem uocare consuevit Apostolus. Etenim & alibi dicit: Legem non auditis, quoniam Abraham duos filios habuit. Et hic Psalmos legem uocat, cum dicit: Scimus autem, quod quæcumq; lex dicit, illis qui in lege sunt dicit. *Chrysostomus serm. 7. ad Romanos.*

Pro testamento. Moses, & ijdem ipsi Prophetæ, legem, quæ Iudæis data erat, testamentum uocant: quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamentum potest, nec sciri quid in eo scriptum sit: quia clausum & obsignatum est. Itaque nisi Christus mortem suscepisset, aperiri testamentum, id est, reuelari, & intelligi mysterium Dei non potuisset. *Lactantius libro 4. capite 20. Institutionum diuinarum.*

Legem Scriptura uocat, scriptam comprehensionem omnis Iudæi cultus & morum. *Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.*

Pro Genesi. Legem non audistis? Legem hic uocat, librum conditi mundi, quod aliàs crebro facit, uetus omne testamentum sic appellans. *Idem in quartum ad Galatas.*

Notandum legem hic dictam esse Genesim historiam: nõ ut uulgo astimant quæ facienda sint quæ uitanda: sed totum quod de Abraham & eius uxori bus liberisq; conuexitur, legem appellatam. Legimus & in alio loco, Prophetas quoque legem uocari. *Audit ergo legem, qui iuxta Paulum non superficialiter, sed medullam eius introspicit. Non audit legem, qui similis Galatarum, exteriorem tantum corticem sequitur. Hieronymus. ibid.*

Pro omnibus Scripturis. Nonne scriptum est in lege uestra. Legem appellauit Dominus generaliter omnes illas Scripturas, quamuis alibi specialiter dicat legem, à Prophetis illam distinguens, sicuti est: Lex & Prophetæ usque ad Ioannem: & in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Aliquando autem in tria distribuit easdem Scripturas, ubi ait: Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege, et Prophetis, & Psalmis de me. Nunc uero Psalmos etiam legis nomine nuncupauit, ubi scriptum est: Ego dixi. *Dij estis. Augustinus tract. 48. in Ioannem.*

In lege scriptum est: Varijs linguis loquar populo huic, & c. Veterem Scripturam uniuersam, Prophetas, historias, legem uocat. *Chrysostomus homil. 36. in 1. ad Corinth.*

#### ¶ Lex duplex.

Consequenter mihi uidentur sensisse ij, qui legem naturæ legem Dei dicunt: legem autem scriptam positione legem appellant. *Origenes libro tertio ad Romanos.*

Lex dupliciter dicitur, nam generaliter omnia ista, hoc est, mandatum, iustificationes, præcepta, te-

stimonia, iudicia, lex appellantur: specialiter autem pars aliqua ex ijs quæ in lege scripta sunt, lex dicitur, ut sunt: ista de quibus superius differuimus. Generalis autem lex significatur, uerbi gratia, cum de Salvatore dicitur, Quia non ueni soluere legem, sed adimplere. Et item alibi: Plenitudo ergo legis est dilectio. In quo utique omnia simul quæ scripta sunt in lege, legem nominauit. *Idem homilia 11. in Numeros.*

Lex Christi. Et sic implebitis legem Christi. Quæ Christi lex est? Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem. Quæ lex filij Dei est? Diligite alterutrum, sicut & ego dilexi uos. Quomodo Dei filius nos dilexit? Maior hac dilectione non est, quam ut quis animam suam ponat pro amicis suis. *Hieronymus in 6. ad Galatas.*

Legem Christi uocauit charitatem. Nam uox est eius: Præceptum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. *Theodoretus. ibid.*

Iudæorum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Eorum legem dicit, non ab ipsis inueniam, sed ipsis datam: sicut dicimus, Panem nostrum quotidianum, quem tamen à Deo petimus, addendo, da nobis. *Augustinus tractatu nonagesimo primo in Ioannem.*

Factorum. Quid ergo lex factorum? Lex factorum ideo dicitur, quia docet quæ Deo iubente corporaliter fiant de sacrificijs, de primogenijs, de decimis, & de cæteris talibus. *Ambrosius in tertium ad Galatas.*

In membris carnis nostræ. Dicitur inheres corpori nostro odor & sensus peccati, id est, concupiscentia & uoluptas corporis, lex in membris carnis nostræ. *Damasceus libro quarto, capite 23. de Orthodoxa fide.*

Delector enim lege Dei secundum internum hominem: uideo autem aliam legem reluctantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati quæ est in membris meis. Tres leges Paulus palam hic mihi asserere uidetur. Vnam iuxta insitum in nobis bonum, quam etiam clarè legem mentis appellauit. Alterà ex insultu diaboli instantem, & ad affectuosas imaginationes sæpè animam distrahentem, quam reluctanti legi mentis dixit. Tertiam uero, quæ per peccatum ex concupiscentia in carne exultat, quam legem peccati habitantem in membris uocauit, hanc sæpè inuadit improbus ille, in ipsaq; uehiur, eamq; contra nos exhortatur, ad iniusticiam & malas actiones nos compellens. *Epiphanius libro secundo, tomo primo contra hereses.*

Duas leges memorat, ex quibus unam in membris suis uidere se flagitat, id est, in exteriori homine qui est caro uel corpus. Hæc est lex aduersa, hæc repugnans animo, trahens illum captiuum in conductione peccati, ne ultra egrediens inueniat assertorem. Alia est lex mentis, quæ est lex Moysi uel naturalis, quæ est in animo. Hæc pressa est uiolentia peccati, negligentia quidem sua, quia dum diligit uitia, subiecit se peccato, ut ipsa consuetudine teneretur captiua. Dominatur enim homini consuetudo. Quatuor quidem leges nominat. Primam legem spiritalem.

lem, quæ est etiam naturalis, quæ reformata est per Moysen, et posita in autoritate, ipsa est Dei lex. Deinde legem mentis consentientem legi Dei. Tertiam legem peccati, quam ex præuacatione primi hominis in membris dicit habitare. Quartam uero quæ in membris uidetur dum suggerit mala et recedit. Sed hæc leges iteratæ quatuor uidentur, cum sint duæ, id est, boni et mali. Lex enim mentis ipsa est lex spiritualis siue Moysi, quæ uocatur lex Dei. Peccati uero lex eadem est quæ et illa, quam in membris dicit uideri, quæ contradicit legi mentis nostræ. Ambrosius in 7. ad Romanos.

Mentis. Dicitur conscientia nostra, lex mentis nostræ. Damascenus lib. 4. cap. 23. De orthodoxa fide.

Lex mentis, id est, conscientia, condelectatur legi Dei, id est, mandato, quod quidem uult. Lex uero peccati, id est, suggestio, per legem quæ est in membris, id est, corporis concupiscentiam, et inclinationem, et motum, et per irrationalem animæ partem militant aduersus legem mentis meæ, hoc est, conscientiam, et captiuat me uolentem Dei legem, et non agentem, et nolentem peccatum. Id. ibid.

Mortis. Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur. Lex mortis ideo dicta est, quia punit reos, mortificat enim peccatores. non ergo mala est, sed iusta. Quamuis enim malum sit patientibus quod infertur à lege, sed illa non est mala, quia iuste infert iram. Itaque non est mala peccatoribus, sed iusta: bonis uero spiritualis est. Quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? Ambrosius in septimum ad Romanos.

Quod si mortuus fuerit uir eius, etc. Mortua lex dicitur, quando quem tenebat reum, cognitum est ei auctoritate legis cessante. Id. ibid.

Lex peccati est, quam in membris dicit habitare, quæ suadere nititur aduersa. Lex uero mortis Moysi lex est, quia mortificat peccatores. Nam et in alia epistola inter cætera dicit de auctoritate legis: Si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria. Id. ibid. cap. 8.

Suggestio maligni, est lex peccati. Damascenus lib. 4. cap. 23. De orthodoxa fide.

Spiritualis. Scimus enim, quoniam lex spiritualis est. Spirituale esse cum dicit, uirtutis illam esse magistratam ostendit, malitiæq; hostem. hoc quippe est spirituale esse, nimirum à peccatis uniuersis abducere: id quod et lex facit, terroribus admonens, ac supplicijs corrigens, omniaq; ad uirtutem sectandam consulens. Chrysostomus serm. 13. ad Romanos.

Legem Moysi spirituales uocat, quæ est data in tabulis, quæ quia peccare prohibet spiritualis est, quippe cum uisibilia et carnalia coli prohibeat. Ambrosius in 7. ad Romanos.

#### ¶ Quid inter legem spiritualem & spiritus interfuit.

Videamus nunc quid interfuit cum dicitur lex spiritualis, et lex spiritus. hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritualis, quia præcepta dat, per quæ non peccetur, quia qui non peccat spiritualis uocatur, æmulus superiorum celestium. Lex autem spiritus propterea uo-

catur, quia Deus cuius fides est, spiritus est. Illic ergo uerba sunt, hic res: illic quæ Dei sunt, hic Deus ipse. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Spiritus uitæ. Lex enim spiritus uitæ, etc. Lex spiritus uitæ, ipsa est lex fidei. Nam et Moysi lex spiritualis est, quia prohibet peccare: non tamē uitæ, quia reis mortis peccata remittere non potest, ut uiuificet mortuos. hæc uero quia et peccare nō uult, et a morte reuocat, lex spiritus uitæ appellatur, non per literam constans, sed per spiritum, qui corde creditur, et spiritus est quod creditur. Hæc itaq; lex in Christo Iesu, hoc est, per fidem Christi liberat credentē à lege peccati et mortis. Id. ibid.

Legem spiritus hic S. sanctum uocat. Quemadmodum enim peccatum uocat legem peccati, ita et spiritum legem spiritus appellat. Chrysostomus serm. 13. ad Romanos.

Lex spiritus uitæ una eademq; est quæ et lex Dei, sicut rursus una eademq; est lex peccati et mortis. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Ita ut seruiamus in nouitate spiritus, et non in ueritate literæ. Lex uetus non criminis utique nomen est, sed temporis uel ætatis. Senuit enim quia cessauit. Lex autem spiritus ipsa est lex fidei, quia fides in anima est, nec operibus addiscitur, sed corde creditur: et mens ipsa intelligit naturæ suæ esse quod credit, nec oculis cernitur, aut manibus palpatur, et quæ sperantur, dona non uisibilia sunt nec terrena, sed spiritualia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis formata est: lex autem spiritus in tabulis cordis spiritualiter scribitur, ut sit æterna. Litera autem legis ueteris ætate consumitur. Est et alia interpretatio legis spiritus, ut quia prior lex ab opere malo inhibuit: hæc autē cum nec in corde peccare debere dicit, lex spiritus uocatur, ut totum hominem faciat spiritalem. Ambrosius in 7. ad Romanos.

Legis forma. Ille forma et imago legis Dei est, in cuius fide et conuersatione Euangelij ueritas lucet. Id. in 12. 1. ad Corinth.

Iustificatio. Ut iustificatio legis impleretur in nobis. Quid est iustificatio? finis, destinatio, ipsa operis perfectio. Quid enim aliud illa uolebat, quid aliud instituebat, quam ut sine peccato uiueretur? Hoc igitur nobis per Christum nunc est passum et expeditum. Chrysostomus sermone decimotertio ad Romanos.

Iusticia. Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Iusticia legis est, si seruentur quæ data sunt. Ambrosius in 5. ad Galatas.

Maledictio. Quid erat maledictio legis? Maledictio legis erat crux propter peccata. Si quis enim deprehensus fuerit in delicto, dicit lex, suspendetis ipsum in ligno, nō occidat sol super ipsum, super morticinū ipsius, sed detrahatis ipsum, et sepelietis ipsum ante solis occasum. Quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Epiphanius libro secundo, tomo 2. contra hæreses.

Opera. Propterea quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quæ constituta fuerant de sabbatismo, de circumcisione, leproso, et eo qui se-



minis profluuiū laborat, de sacrificijs, & aspersioni-  
bus, ea erant legis propria. Natura enim nihil de ijs do-  
cuit. Hac ergo dicit legis opera. Theodorētus in 2. ad  
Galatas.

**Legem custodire.** Circumcisio quidem pro-  
dest, si legem custodias. Agere quæ bona sunt, & ef-  
ficere quæ perfecta sunt, est custodire legem. Orige-  
nes lib. 2. ad Romanos.

**Præuicari.** Custodit legem is, qui eam secundū  
literam obseruat: & is præuicatur eam, qui spirita-  
lem eius non tenet sensum. Iusticiæ uerò legis, mora-  
lis est locus. Lex enim generale uocabulum est: iusti-  
ciæ uerò pars legis est. Continet enim lex iusticias, &  
iudicia, & mandata, & iustificationes, aliāq; quam-  
plurimas species. Id. ibid.

**Custodite, Perficere, Adimplere legem.** Il-  
le qui secundū literā uiuit, custodire dicitur legem:  
iste uerò qui secundū spiritum, perficere. Perfectio  
autem legis in Christo est, qui dixit: Non ueni solu-  
re legem, sed adimplere. Adimplere autem legem, est  
perficere legem. Custodit ergo legē carnalis Iudæus,  
perficit autem spiritalis, & qui in occulto Iudæus est.  
Idem ibidem.

**Defendere & custodire legem.** Neque enim  
ibi ipsi qui circumcisi sunt, legem custodiunt, & c. Con-  
stat hunc legem defendere & custodire, qui iusticias  
eius exequitur, & mandatum quod ad uitam perti-  
nens datum est, non prætermitit. Ambrosius in 6. ad  
Galatas.

**Legi mori.** Ego enim per legem legi mortuus  
sum. Moritur legi, qui liberatur ab ea. Id. ibid. cap. 2.

**Legi, Per legem mori.** Aliud est per legem mo-  
ri, aliud legi mori. Quod legi moritur, uiuebat ei an-  
tequam moreretur, obseruans sabbata, & neomenias,  
& dies festos, & uictimarum typicam curiositatem,  
& fabulas iudaicas, & genealogias. Postquam autem  
uenit Christus & lex, de qua scriptum est: Scimus au-  
tem quia lex spiritalis est: per euangelicam legem, le-  
gi pristinae mortuus est, & anima, quæ secundum id  
quod scribitur ad Romanos: Viro uiuente si nupsisset,  
adultera uocabatur: mortuo uiro suo, id est, lege uete-  
ri, nupsit legi spiritali, ut fructificaret Deo. Vnde &  
in Osee ad eam dicitur: Ex me fructus tuus inuentus  
est. Cui pulchrè mysticum illud infertur: Quis sa-  
piens, & intelliget ista: intelligens, & cognoscet eas.  
Qui per legem igitur spiritualement legi literæ mori-  
tur, Deo uiuit, cum non sit sine lege Dei, sed in lege  
sit Christi. Qui uerò legi moritur ob peccata, mor-  
tuus quidem est: sed non potest de eo dici quod sequi-  
tur, ut uiuat Deo. Hieronymus ibid.

**In lege peccare.** Et quicumq; in lege peccauer-  
unt, per legem iudicabuntur. Illi peccant in lege, qui  
sunt in lege, id est, qui eam suscipiunt, eamq; sanctam,  
& mandatum sanctum, & iustum, & bonum tenent:  
sed infirmitate non implent, quod ab ea rectissi-  
me præcipi dubitare non possunt. Augustinus tract.  
89. in Ioannem.

**Legi Dei seruire.** Seruire legi Dei, & esse sub  
lege spiritus, hoc est Christo seruire. Origenes lib. 6.  
ad Romanos.

Scimus quoniam quæcumq; lex loquitur, his qui  
in lege sunt loquitur. In lege sunt hi, qui id ætatis  
agunt, quo discretionem boni & mali iam capiunt.  
Sine lege uerò illi sunt, quibus nondum huius-  
modi discretionis sensus aduenit, secundum quod &  
Paulus dicit: Ego autem uiuebam sine lege aliquando.  
Id. ibid. lib. 3.

**In lege Christi esse.** Cum sine lege non essem  
Dei, sed in lege essem Christi. Hoc dicit, quia cum in  
lege Christi est, in lege Dei est: quia quod Christi est,  
Dei est: & quod Dei est, Christi est, sicut dicit: Om-  
nia mea tua sunt, & tua mea. Ambrosius in 9. 1. ad Cor.

**Sine lege esse.** Ego uiuebam sine lege aliquan-  
do, sed ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. In pue-  
ritia priusquam discretionē quis habeat boni & ma-  
li, sine lege esse dicitur. Cum uerò discretionem boni  
malisq; acceperit, uenisse ei dicitur lex, et dedisse man-  
data. Vbi autem inest uis mandati, hoc est, conscien-  
tiæ redarguens, peccatum quod prius in eo mortuum  
erat, dicitur reuixisse. Origenes libro tertio ad Rom.

is qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Si-  
ne lege eos uocat, qui extra legem uitam agunt. Theo-  
doreus in 9. 1. ad Corinth.

Hi neque Iudæi, neque Christiani, neque gentiles,  
sed sine lege aliqua, qualis erat Cornelius, & si qui  
alij eius similes. etenim ad illos profectus, multa secus  
eorum morem simulauit. Quædam autem dicunt,  
ab inscriptione aræ disputationem ei factam apud A-  
thenienses significare, cum dicit: His qui sine lege e-  
rant, tanquam sine lege essem. Chrysostomus homi-  
lia 22. in 1. ad Corinth.

**Sub lege esse.** Constat tunc fieri hominem sub le-  
ge, quando ad id ætatis uenerit, ut eligere possit, &  
discernere quid sit lex: nec prius legis illius exirru-  
secus iugum suscipere, quam internæ, & naturalis le-  
gis habere inciperet firmitatem. Origenes libro ter-  
tio ad Romanos.

is qui sub lege sunt, quasi sub lege essem. Sub lege,  
eos appellat qui Euangelium quidem acceperunt, sed  
legis custodiendæ uinculo adhuc erat alligati. Theodo-  
reus in 9. 1. ad Corinth.

Qui sub lege sunt, Samaritani noscuntur. Legem  
enim solam accipiunt, id est, quinque libros Moysi.  
Sunt autem ex origine Persarum & Assyriorum: quos  
rex Assyriorum sublati filijs Israel, in captiuitatem  
posuit ad incolenda loca Samariæ. Ideo & ignem co-  
lunt more Persarum. Ambrosius ibid.

Sub lege dicit profelytos, uel fideles factos, & ad-  
huc retinentes legem. Non amplius enim erant tan-  
quam Iudæi, sed sub lege. Chrysostomus homil. 22. in  
1. ad Corinth.

**Legem legitime uti.** Scimus autem quia bona  
est lex, si quis ea legitime utatur. Tunc lege legitime  
utitur qui sp̄ia, cum illum transmittit ad Christum. Id.  
homil. 2. in 1. ad Timotheum.

Quis lege legitime utitur? Qui hoc nouit, quod i-  
psa non indiget. Id. ibid.

Lia, filia Laban, fratris Rebeckæ, uxor Iacob. Ge-  
nesis 29.

*Liba*, laboriosa. Philo in interp. nomin. de Genesi.

*Libanus*, mons Phœnicis altissimus. Eusebius de locis Hebraicis.

*Libanus* pro Hierusalem. Ecce dominator Dominus Sabaoth, cōturbabit gloriosos cum robore, & excelsi humiliabuntur, & cadent excelsi gladio, et *Libanus* cum excelsis cadet. Hic *Libanus* ipsam Hierusalem intelligi uult, quam cum omnibus suis sustum & uenerationem præ se ferentibus, & gloriosis casuram, hic Prophete locus minatur. Id. lib. 2. de demonstratione Euangelica demonstr. 4.

Pro templo. Aperi *Libane* portas tuas, & come dat ignis cedros tuas. *Libanus* in his uerbis more suo templum ipsum nominat, quoniam in alijs quoq; prophetijs ostensum est, *Libanus* ipsum templum uocari. Id. ibid. lib. 8. demonstr. 4.

*Libatio*. Ego enim iam delibor, &c. *Libationem* uocat suam occisionem, utpote pro pietate fuso sanguine. Theodoretus in 4. 2. ad Timotheum.

*Liber*, cognomen Bacchi, cuius festum Hierosolymis, iussu Antiochi celebratur, tempore Macchabeorum 2. Macch. 2. 14.

*Liber* signatus. Si autem dederint scienti literas, dicit non possum legere, signatus est enim. Signatus dicitur *liber* pro eo, quod figuris perplexus est, et enigmatibus inuolutus. Origenes homil. 13. in Num.

*Obsignatus*. Et erunt uobis uerba hæc omnia, ut sermones libri obsignati, etc. Dicitur est obsignati, quasi dicas, propter obscuritatem clausi, nec aperti perspicuitate: qui pariter obscurus est tū his, qui quod omnino literas nesciāt, ne legere quidem possunt: tum his qui se profitentur scire literas, quum nesciant, quis sensus in eo scriptus sit. Id. in 15. Matthæi.

*Liberari*. In consuetudine Latine lingue *liberari* duobus modis dicitur. Et maxime in eo consueuimus audire hoc uerbum, ut quicumq; liberatur, intelligatur periculum euadere, molestijs carere. *Liberari* autem proprie dicitur *liberum* fieri: quomodo saluari saluū fieri, sanari sanum fieri, sic *liberari* liberū fieri. Ideo dixi, Si non deleat ueritas, deleat libertas. Hoc in Græca lingua euidentius sonat, nec potest aliter intelligi. Id. sermo. 48. de uerbis Domini.

*Liberare*. Saluare. Sanare. Ditare. Et ueritas *liberabit* uos. Hoc uerbum Dominus à libertate posuit *liberabit* uos. Nihil est enim aliud proprie *liberari*, nisi *liberum* facit. Quomodo saluat nihil est aliud quā saluum facit: quomodo sanat, nihil est aliud quā sanum facit: ditat, nihil est aliud quā ditem, id est, diuitem facit: sic *liberari* nihil est aliud quā *liberum* facit. Hoc in uerbo Græco planius est. Nam in Latina consuetudine plerumq; dicimus hominem *liberari*, quod ad libertatem non pertinet, sed tantum ad salutem: sicut quisquam dicitur *liberari* ab infirmitate, usitate dicitur, non tamen proprie. Sic autem posuit Dominus hoc uerbum, ut diceret: Et ueritas *liberabit* uos, ut in Græca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse. Deniq; & Iudæi sic intellexerunt, & responderunt ei. Augustinus tract. 4. in Ioannem.

*Libertas* pro fide. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Appellat libertatem, græ-

tiam fidei. Theodoretus in 10. 1. ad Corinthios.

Pro uiuendi ratione extra legem. Qui subintroierunt explorare libertatem nostram, &c. *Libertatem* uocat, uiuendi rationem extra legem. Id. in 2. ad Galatas.

Qua libertate Christus nos liberauit. Libertatem appellauit, uitæ institutionem quæ est extra legem. Id. ibid. cap. 5.

Nos didicimus libertatē, qua Dominus noster nos liberat, soluens à uoluptatibus & cupiditatibus, & alijs uitijs animiq; perturbationibus. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum.

*Libertas* in Christo. Libertas in Christo Iesu hæc est, non subijci legi. Ambrosius in 2. ad Galatas.

In libertatem uocari. Vos enim in libertatem uocati estis fratres. In libertatem uocati sunt, quia cum peccatis essent obnoxij, Dei gratiam accipientes, remissa delictorum liberati sunt. Id. ibid. cap. 5.

*Liberum* esse ex omnibus. Nam cum *liberum* ex omnibus. *Liber* ex omnibus est, cum nulli in adulatione tradidit Euangelium, nec cuiusquam præter salutem aliquid concupuit, neq; ad delicias habendas ab aliquo sumptus largiores mercedem hypocrisis accepit. Id. in 9. 1. ad Corinth.

*Libertinorum* synagoga, Act. 6. constabat ex Iudæis habitantibus in Libya uicina Cyrenæica.

*Libertinorum*, facientium paleas. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

*Libertini*, qui à Romanis libertate donati erant, sic appellabantur. Chrysostomus homil. 15. in Acta apostolorum.

*Libya*. *Libyæ* prouinciæ duæ sunt, una *Libya* Cyrenæica, de qua dictū est: Et partes *Libyæ* quæ est circa Cyrenen. Hæc porta Aegypti in parte Aphyrcæ prima est, & mari *Libyco* cognomen dedit: postquam *Libya* Aethiopum usq; ad meridianum pertingens Oceanum. Hieronymus de locis libri Actorum apostolorum.

*Libyam*, uenientes, siue introitus, numero plurali. Id. ibid. in interp. nomin.

*Libra* est duo decim unciarum. *Vncia*, habet stateres duos. *Stater*, dimidium quidem est *uncia*, habet autem duo didrachma. *Siclus* qui & quadrans dicitur, quarta pars est *uncia*, dimidium stateris, habens drachmas duas. *Vnciæ* enim erant octo drachmæ. Vocabatur & *Holce* ipsa drachma. Est & eiusdem ponderis *Holce* cum *Siclo*, apud eum qui ponderauit per temporis occasionem capillum Absolonis, quando tōdebatur, habentem *Holcen* siclorum centum uiginti quinq; hoc est *libras* duas & dimidiam. *Obolus*, & ipse in argento exensus erat, mensuram autem siue pondus etiam hic *uncia* habebat, non ex argento factus, sed è ferro. Erat autem & alius *obolus* ex argento percusus, qui minimsa erat, quod tenuissimum fuit, nempe octuagesima pars *uncia*. Dicit enim in Leuitico, *Didrachmon* autem, sunt uiginti *oboli*. Quod autem quarta *uncia* est *Didrachmon*, iam docuimus. Biphanus de mensuris & ponderibus.

*Lidi*, nati. Philo in interp. nomin. de Ezechiele.

*Lignum altum*. Et cognoscet omnia ligna cam-

**pi**, quod ego Dominus qui humilior lignum altum. Lignum altum populus Iudeorum est, qui nunc humiliatus sceleris sui poenas luit, quia in Deum nostrum Iesum Christum manus ausus est mittere. Origenes homil. 12. in Hieremiam.

**Viride**. Et arefacio lignum viride. Lignum viride circumcisionis est populus, qui quondam pullulans et florens fuit, verum nimia nunc siccitate contabuit. idem ibidem.

**Vitæ**. Lignum vitæ est scientia Dei, cuius puri participes permanent immortales. Thalassius hecatontada 4. De sincera charitate.

**Ligna**. Ligna, scænum, stipulam. Tria alia genera posuit, sed frivola. In his corrupta et vana doctrina designata dinoſcitur. Ambrosius in 3. 1. ad Corinth.

**Limus**. Quid aliud limus quam liquor optimus? Tertullianus de anima.

**Lingua angelorum**. Si linguis hominū loquar et angelorum, etc. Linguam angelorum dicit, non quod spiritibus corpus affingat: sed si ea loquar qua utuntur inter se ipsi, nullus tamen fuerit, inquit, sine charitate, sed gravis insuper et molestus. Sic alibi etiam: Huic omne genua flectatur, inquit, cælestium, terrestrium, infernorum. Haud equidem genus, ossive spiritibus tribuendo (absit enim) sed eminentem adorationem pro humano captu declarans: eodem hic etiā pacto, linguam non carneum instrumentum, sed beata spirituum inter se colloquia, more nostro loquens uocauit. Chrysostomus homil. 32. in 1. ad Corinth.

**Hominum**. Quid sibi uult hominum? omnium ubique gentium. id. ibid. (theum 4.

**Linus**, auditor et comes S. Pauli. 1. ad Timotheum. candidus siue tibicen. Hieronymus in interpretatione nominis de 2. ad Timotheum. 4.

**Linum fumigans non extinguere**. Et linum fumigans non extinguet. Qui modicam scintillam fidei contemnit in paruulis: hic linum extinguit fumigas. id. in 12. Matth.

**Litera**. Spiritus. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Literam hic uocat legem, quæ punit delinquentes: spiritum uerò gratiam, quæ per baptismum uiuificat à peccatis mortificatos. Chrysostomus homil. 6. in 2. ad Corinth.

**Literæ uetustas**. Nouitas spiritus. Ut seruimus in nouitate spiritus, et non in uetustate literæ: Legem uolens intelligi literæ uetustatem: nouitatem uerò spiritus quid nisi gratiam? Augustinus de gratia et libero arbitrio cap. 10.

## L O

**Lobeni**, filius Gerson, nepos Leui. Exod. 6.

**Lobeni**, filio meo, uel cor ego, aut candor. Philo in interp. nominis de Exodo.

**Lobna**, urbs sacerdotalis in tribu Iuda, inter Eglon et Maceda, capitur à Iosua. Ios. 10. obsidetur à Senna herib rege Assyriorum. Esa. 37.

**Lobna**, candor, uel lateres. Philo in interp. nominis de Iesu Naue.

**Locustæ**. Cibus autem eius erant locustæ. Locustæ uolucres est non grande, non in sublime se eleuans, uerum uolucres paruam, et uix à terra consurgens, et

saluens potius quàm uolans. Origenes homil. 11. in Luc.

**Lodabar**, unde fuit Machir. Eusebius de locis Hebraicis. oppidum in regione Galaad. 2. Samuel. 9. 17.

**Lodabar**, ipsi uerbum. Philo in interp. nominis de 2. Regum.

**Lozia**. De collectis autem quæ sunt in sanctos, etc. Lozia, id est, collationem seu collectam pecuniarum appellat. Theodoretus in 16. 1. ad Corinth.

**Lozia** et uocabulo et sermonem appellamus. Tertullianus aduersus Praxeam.

**Lois**, uia S. Timothei. 2. Timoth. 1.

**Loide**, id est, id est, quæ consecuta est utilitatem. Hieronymus in interp. nominis de 2. ad Timoth.

**Lomina**, alba uel candida. Philo in interp. nominis de Numeris.

**Longanimis est perfectus**, qui tentationes suscipit, et tolerantie iactantiam accipit. Maximus centuria 4. de charitate.

**Longanimis idcirco uocatur**, quia longum et ingentem animum habet: nam longum magnum etiam dici consuevit. Chrysostomus homil. 32. in 1. ad Cor.

**Longanimitas**. Patientia. Ad omnem patientiam et longanimitatem. Longanimitatem inter se ipsos mutuò ferendos: patientiam erga externos. Longanimes enim erga eos sumus, quos ulcisci possumus: patientes uerò erga eos quos ulcisci non possumus. idem homil. 2. ad Colossenses.

**Longè**. Propè. Et ueniens euangelisauit pacem uobis qui longè fuistis, et pacem ijs qui propè. Longè dicit Gentes: propè autem Iudeos. Theodoretus in 1. ad Ephesios.

**Loqui à seipso**. Qui à seipso loquitur, gloriam propriam querit. Contraria, et aliena à lege doctrina uti, est à seipso loqui. Cyrillus lib. 4. cap. 44. in Ioannem.

**De terra**. Qui est de terra, terra est, et de terra loquitur. Nihil aliud, de terra loqui, significat, quam paruas et humiles facultates suas, et quales credibile est terrenam accipere naturam, si cum Dei magnitudine conferantur. Chrysostomus homil. 29. in Ioannem.

**Loth**, filius Aram, fratris Abraham, euerſis Sodomis solus seruatur, pater Moabitarum et Ammonitarum. Genes. 11. 12. 13. 14. 19. (de Genesi.

**Lot**, uinculus, siue declinatio. Philo in interp. nominis.

**Lot**, ligatus, aut declinans, aut uacans. Hieronymus ibid. de Luca, et 1. Petri.

**Lothan**, Horreus, affinis Esau. Genes. 36.

**Lothan**, urbs ducum Edom. Eusebius de locis Hebr.

**Lotam**, uinculum eorum, siue ipse conclusus. Philo in interp. nominis de Genesi.

## L V

**Lucas**, Antiochenus medicus, comes peregrinationis et carceris Pauli, ut apparet à cap. 16. Actorum usque ad finem. Item Coloss. 4. 2. Timoth. 4. et ad Philemonem. Scripsit Euangelium, de quo Paulus 2. Corinth. 8. inquit: Misimus cum Tito fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Scripsit etiam Acta apostolorum.

**Lucas est mecum solus**. Qui scripsit Euangelium, et Actus apostolorum. Theodoretus in 4. 2. ad Timoth.

Lucas, ipse consurgens, aut ipse eleuans. Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Colossenses & 2. ad Timotheum.

Lucerna corporis. Animæ. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, &c. Sicut lucerna corporis oculus, ita lucerna animæ mens est, in qua nisi solem gratiæ suæ Christus infuderit, penitus lumen habere non poterit. Arnobius in Ps. 17.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Lucerna corporis sensus mentis & fides cordis intelligitur. Quæ si in nobis pura & lucida fuerit, sine dubio omne corpus nostrum illuminat. Chromatius in 6. Matthæi.

Lucernam sub modio & super candelabrum ponere. Neq; accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Sub modio lucernam ponit, qui quis lucem bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat & tegit. Super candelabrum autem, qui corpus suum ministerio Dei subicit, ut superior sit prædicatione ueritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam tamen corporis seruitutem excellentior luceat doctrina: quæ per officia corporalia, id est, per uocem & linguam & ceteros corporis motus in bonis operibus insinuat etiam discipulis. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Lucifer. Ex utero ante luciferum genui te. In luciferi uocabulo omnis ubique lucidior creatura significatur. Vnde cum dicitur: Ex utero ante luciferum genui te, hoc specialiter docetur, quod uere ex Patre sit natus, sed non factus. Quod autem ait: Ante luciferum, ante omnem creaturam significat, secundum quod dictum est, & ipse ante omnes. Faustinus lib. de fide contra Arrianos.

Lucius, Cyrenensis, Doctor in ecclesia Antiochena. Act. 13.

Lucius, ipse seiscitans, uel eleuans, siue consurgens. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum, & epist. ad Romanos.

Luctus. Beati qui lugent. Luctus hic non mortuorum ponitur communi lege nature, sed peccatis & uitis mortuorum. Sic fleuit & Samuel Saulem: quia peccauerat. Deum quod unxisset eum regem super Israel. Sic & Paulus apostolus, flere de lugere se dicit eos, qui post fornicationem & immunditiam non egerunt penitentiam. ad. in 5. Matth.

Luctus est tristitia de amissione charorum. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Lud, filius Sem Gen. 10.

Ludin, filius Mizraim, nepos Cham. Ibid.

Ludin, nati siue profunt forititer. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Luth, huius meminit Esaias: & est usq; hodie uicus inter Arcopolim & Zoaram nomine Lutha. Eusebius de locis Hebraicis.

Luth, maxilla, siue genæ. Philo in interp. nomin. de Esai.

Lumen mundi. Videtur Daniel scire lumen mundi dixisse, intelligentes, uulgusq; iustorum gloria præcellentes, quum ait: Et intelligentes resurgunt ut splendor firmamenti. Ac de uulgo iustorum, ut stellæ in æternitates. Insuper & Apostolus, quum ait: Alia

gloria solis, & alia gloria lune, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorum. Eadem dicit quæ Daniel, sensum hunc ab huius prophetia mutuatus. Origenes in 13. Matthæi.

Vos estis lumen mundi. Lumen mundi eos nuncupat, quia à seipso, qui uerum & æternum lumen est illuminati, ipsi quoq; lumen facti sunt tenebrarum. Nam quia ipse sol iusticiæ est, non immerito etiam discipulos suos lumē mundi cognominat, quia per ipsos, quasi per quosdam micantes radios, uniuerso orbi cognitionis suæ lumen infundit: fugauerunt enim à cordibus hominum tenebras erroris, luce ueritatis ostensa. Chromatius in 5. Matth.

Lumina. Vos estis lux mundi. Lumina sunt omnes sancti, sed credendo ab eo illuminantur, à quo si quis recesserit, tenebrabitur. Lumen autem illud quo illuminantur, à quo recedere non potest, quia incommutabile omnino est. Credimus ergo lumini illuminato, sicut Prophete, sicut Apostoli: sed ideo illi credimus, ut non in ipsum credamus quod illuminatur, sed cum illo credamus in illud lumen à quo luminatur, ut & nos illuminemur, non ab illo, sed cum illo à quo ille. Augustinus tract. 54. in Ioannem.

Luminare est, non ipsa lux, sed lucis susceptaculum. Damascenus libro secundo, capite septimo de Orthodoxa fide.

Lux. Quod lres ad agendum aptas, lucem soleat Scriptura sacra dicere, inquit Esaias, eo quod lux sint mandata tua super terram, & Dauid in 18. Ps. Mandatum tuum lucidum illuminans oculos. Origenes tom. 4. in Ioannem.

Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. Lux populus Christianus intelligitur, sicut & Apostolus ait: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate. Quod manifeste dicitur, in luce dicitur. Autor operis imperfecti hominis. 25. in Matthæum.

Lux & tenebræ. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Lucem & tenebras intellectu perceptibiles dicit: hoc est, non manet in errore. Chrysostomus homil. 51. in Ioannem.

Lunaticus. Quoniam oportet & ipsa uerba interpretari, primum queramus quare lunaticus appellatur, qui à spiritu immundo uexatur, & quare passio ipsa nomen accepit à luna, quæ post solem magnum luminare uocatur. Medici ergo loquantur sibi quæ uolunt, qui nec immundum spiritum arbitrantur, sed corporalem aliquam passionem, & dicunt humida moueri in capite secundum aliquam comparisonem ad lumen lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui Euangelio sumus credentes, dicimus hanc passionem immundum spiritum in hominibus operari. Obseruat enim quedam schemata lune, & sic operatur, ut ab obseruatione quorundam schematum lune pati homines mentiantur, & per hoc culpabilem Dei creaturam ostendit: ut omnes, sicut diximus, iniquitatem in excelsis loquantur, qui existimant ex efficientia stellarum consistere causam omnium infirmitatum, siue generalium, siue specialium, criminantes opera Dei;

et quasdam quidem stellas dicentes maleficas, quasdam autem beneficas, cum nulla stella a Deo sit facta ut malefaciat. Secundum Hieremiam enim, sicut in Lamentationibus dicit: De ore Domini non procedent mala et bona. Origenes tract. 4. in Mattheum.

Lupi. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Lupos, Scribas et Phariseos uocat, qui sunt clerici Iudeorum. Hieronymus in 10. Matthei.

Lupi pellibus ouium induiti. Alios allegorice dicit lupos pellibus ouium indutos, eos inuens qui in forma hominum sunt rapaces. Matth. 7. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Rapaces. Instruit Dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium rapaces lupos. Qui lopi rapaces, nisi sensus et spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus deestrescentes et Tertullianus de Prescriptionibus aduersus hereticos.

Predixerat quidem et Dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi: sicut legimus ad Zachariam positum: Ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod auersum est, non uisitabit, et carnes electorum manducabit, et talos illorum torquet. Cyprianus epist. ad Nonatianum hereticum.

Luth, utilis, uel declinans, siue utinam. Philo in interp. nomin. de Genesi et Esai.

Luza, in tribu Benjamin, quam postea cognominauit Bethel. Est autem usque hodie uilla, in sinistra parte uiae de Neapoli pergentibus Aetiam. Eusebius de locis Hebraicis.

Luza, haec altera est, quae cecidit in sortem filiorum Ioseph, iuxta Sichem in tertio lapide Neapoleos. Idem ibidem.

Luza, altera iuxta Bethel, in terra Cethim, quam condidit ille qui abierat de Bethel, sicut historia narrat. Id. ibid.

Luza, amygdalon, licet quidam interpretentur *noyis*, torquem uidelicet damnatorum, quam uulgo bloiam uocant. Potest autem interpretari et hic ipse. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

## L Y

Lycaonia, prouincia Asiae est: et est eiusdem nominis ciuitas in Phrygia minore. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Lycaonia, ad suscitandum. Id. ibid. in interp. nom.

Lycia, prouincia Asiae. Idem ibid. de locis. fit eius mentio 1. Macch. 15.

Lyciae, lachrymantis. Id. ibid. in interpretatione nominum.

Lydda, ciuitas Palaestinae in litore magni maris sita, quae Diospolis appellatur. Id. ibid. de locis.

Lydda, utilitas. Idem ibidem in interp. nomin.

Lydi. Quos nunc Lydos uocant, Lud tunc Ludas nominauit. Iosephus lib. 1. cap. 24. antiquitatum Iudaicarum.

Lydia, regio minoris Asiae, quae prius Meonia nominabatur, postea a Lydo fratre Tirrheni (qui eum parte gentis in Italiam migravit, fame coactus) Lydia dicta est.

Lydia, purpurarum uenditrix, omnium prima in urbe Philippis, Euangelium de Christo amplectitur, et Paulum ac Silam hospitio excipit. Act. 16.

Lydia, quam nos possumus dicere praedificatam. Porro Graece melius appellatur *δραβείρα*. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Lysanias, tetrarcha Abilenes. Luc. 3. existimatur fuisse filius Herodis Magni, frater Herodis Antipae et Philippi.

Lysanias, natiuitas tentationis, sed nimium uiolenter. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apost.

Lysias, summus Dux et uicerex Antiochi Epiphaniis, quo profligato Iudas Macchabaeus templum recuperauit. 1. Macch. 3. 4. 6. 2. Macch. 10. 11. 12. 13. 14.

Lysias, tribunus militum, qui Hierosolymis S. Paulum cepit, et felici praesidi misit. Act. 21. 22. 23. 24.

Lysias, generatus. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Lysimachus, frater Menelai, summus Sacerdos et spoliator templi Hierosolymitani. 2. Macch. 4.

Lystra, ciuitas Lycaoniae. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Lystra, generans decorem. Id. in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Lystris utilitas angustiae uel tribulationis. Id. ib. de 2. ad Timotheum.

## M A

**M**Aabeel, congregatio Dei. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Maacha, regio regis Gessur. Eusebius de locis Hebraicis.

Maacha, nascitur ex Nachor fratre Abrahae. Genes. 22.

Maacha, uxor Dauidis regis, mater Absolonis. 2. Sam. 3.

Maacha, filia Absolonis, uxor Roboam, mater Abia regis Iuda. 1. Reg. 15.

Maacha, frangens, siue confraeta. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Maacha, moltus, siue confraetus. Id. ib. de 2. Reg.

Maacha, percutiens, siue percussa. Id. ib. de 3. Reg.

Maachati, pater Iechoniae ducis Iudaici. Hieremie 40.

Maachati, fracti sunt mihi, aut uenter percussus. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio.

Maachati, ueter caesus, siue fracta est mihi. Id. ibid. de Iesu Naue.

Maala, filia Salphaat, de tribu Manasse. Numer. 27. 36.

Maala, chorus, uel infirmitas. Philo in interp. nom. de Numeris et Iesu Naue.

Maallelel, laudatus Dei, uel laudans Deum. Hieronymus ibid. de Luca.

Maalmeeon, habuerunt habitationem siue de habitatione. Philo ibid. de Ezechiele.

Maalon, gener Elimelech Bethlehemite. Ruth 1.

Maalon, de fenestra, siue a principio, uel consummatio. Philo in interp. nomin. de Ruth.

Maalph, de mille, siue de doctrina. Idem ibidem de Iesu Naue.

- Maana**, requies. Id. ibid. de 2. Regum.  
**Maara**, urbs Sidoniorum. Ios. 13.  
**Maaria**, domus mea, uel amara, siue ex uisione. Philo in interp. nomin. de 2. Regum.  
**Maaias** pater Sophoniae sacerdotis. Hierem. 21.  
**Maasias**, pater Sedechiae pseudoprophetae. Ib. 29.  
**Maasias**, pater Neriae. Ibid. 35.  
**Maaz**, robustus, fortis. Philo in interp. nomin. de lib. Iudicum.  
**Mabdiel**, dux Idumaeae. Gen. 36.  
**Mabram**, de iucunditatibus. Philo in interpretat. nomin. de Genesi.  
**Mabliam**, filius Hismael. Genes. 25.  
**Mabar**, dux Idumaeae. Ibid. 36.  
**Mahsar**, usq; ad presentem diem uicus grandis in regione Gabalena: & appellatur Mabsara ad urbem Petram pertineus. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Mabsar** Tyri, pro quo Aquila & Simmachus interpretantur manitiam Tyrum. Id. ibid.  
**Mabzar**, munita. Philo in interpretation. nomin. de Genesi.  
**Maccabaei**, sic dicti sunt Asmonei, filij Mattathiae, a notis seu literis quas in uexillo gesserunt Mice moelbe. Quis sicut Deus in Israel? Libros Maccabaeorum a Iosepho scriptos esse testatur Hieronymus contra Pelagianos.  
**Maceda**, in hac conclusit Iesus quinq; reges in spectulata, quos interfecit cum rege Maceda, quae fuit in tribu Iuda: & nunc est in octauo miliario Eleuthero-poleos contra solis ortum. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Macedo**, Graece *Μακεδών*, quasi dicas, ortus de Cethim, filio Iauan.  
**Macedo**, quem nos orientalem possumus dicere, figuratum nomen ab eo, quod Hebraice legitur Mece dem. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.  
**Alexander**, Macedo nominatur. 2. Macch. 1.  
**Macedonia**, prouincia Graecorum nobilissima, & uirtutibus Alexandri magni nobilior facta. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.  
**Macedonia**, orientalis. Id. in interp. nomin. de epist. ad Romanos & 1. ad Corinth.  
**Machelath** est principatus, uel uirga. Origenes homil. 27. in Numeros.  
**Macheloth**, 22. mansio Israelitarum. Num. 33.  
**Macheloth** interpretatur ob initio. Origenes homil. 27. in Numeros.  
**Macheloth**, castra filiorum Israel in solitudine. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Maces**, urbs unius principum Solomonis. Id. ibid.  
**Maces**, de sine. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.  
**Macha**, dulcedo, uel saturitas. Idem ibidem de Numeris.  
**Machaa** in Osee, pro quo Aquila & Symmachus interpretantur concupiscentias. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Machaa**, quid hic, ad uerbium loci, siue quis dominabitur. Philo in interpretationibus nominum de 3. Regum.

- Machalaim**, consummatio eorum. Id. ibid. de Ezechiele.  
**Machanarath**, terminus urbis Amman, quae & Philadelphia dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Machathi**, urbs Amorraeorum super Iordanem iuxta montem Ermon, de qua exterminare non ualuerunt filij Israel Machabew. Id. ibid.  
**Macheloth**, ecclesia. Philo in interpretation. nomin. de Numeris.  
**Machemas**, humilitas, siue attritata. Id. ibidem de 2. Regum.  
**Machi**, quid. Id. ibid. de Numeris.  
**Mathir**, filius Manasse pater Galaad. Num. 26.  
**Machir**, hospes Miphiboseth, filij Ionathae. 2. Samuelis 8. 17.  
**Machir**, uendens. Philo in interp. nomin. de Genesi.  
**Machir**, restituer, siue uenundabit, uel de infirmitate. Id. ibid. de Numeris.  
**Machmas**, usq; hodie uicus grandis ostenditur in finibus Aethiae, antiquum nomen retinens, nouem ab ea millibus distans iuxta uillum Rama. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Machmethath**, oppidum in tribu Manasse, a Samaria uersus meridiem duobus miliarib. distat. Ios. 16. 17.  
**Macoth**, in tribu Manasse. Eusebius de locis Heb.  
**Madaba**, oppidum Arabiae. 1. Macch. 9.  
**Madai**, filius Lipheth. Gen. 10. a quo Medos in Asia ortos esse perspicuum est ex Daniele. 5. 6. 7. 9.  
**Madai**, mensura, siue quam sufficienter. Philo in interp. nomin. de Genesi.  
**Madan**, frater Madiam. Gen. 25.  
**Madan**, metiens, siue respondens. Philo in interp. nomin. de Genesi.  
**Madbares**, quam nos uocamus eremum, hanc Hebraei Madbarim nominant. Eusebius de locis Hebr.  
**Madgi**, in tribu Iuda. Id. ibid.  
**Madebena**, a saltu eius. Philo in interp. nomin. de Esai.  
**Madian**, urbs ab uno filiorum Abrahamae ex Cethura sic uocata. Est autem trans Arabiam ad meridiem in deserto Saracenorum contra orientem maris rubri, unde uocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filius Obab soceri Moysi, filius Madiam: sed haec alia ciuitas est eius, iuxta Arnonem & Arcopolim, cuius nunc ruinae tantummodo demonstrantur. Eusebius de locis Hebraicis.  
**Madian**, ciuitas iuxta Arnonem & Arcopolim, cuius nunc ruinae tantummodo demonstrantur, ubi Moyses apud Iethro socerum suum exulabat. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.  
**Madian**, de iudicio, siue de causa. Philo in interp. nomin. de Genesi & Exodo.  
**Madian**, contradictio, uel responsio. Idem ibidem de Numeris.  
**Madian**, iniquitas. Id. ibid. de Esai.  
**Madian**, in iudicio, uel ex iudicio. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.  
**Madianae** uel Madianite, dijudicantes. Philo ibidem de Genesi.

**Madianite** interpretatur fluxus, uel effusio. Origenes homil. 4. in lib. Iudicum.

**Madianite** interpretantur extra iudicium. Id. ibid. homil. 8.

**Madon**, ciuitas in qua rex fuit Iobab, aduersus quam bellum gessit Iesus. Eusebius de locis Hebraicis.

**Madon**, contradictio, siue habitatio. Philo in interpretatione nominum de Iesu Naua.

**Magala**, 1. Sam. 17. significat uallum, seu locum castrorum.

**Magalim**, transmigrationes siue coloniae. Philo in interp. nominum de Ezechiele.

**Magao**, urbs quam edificauit Solomon. Eusebius de locis Hebraicis.

**Magdala**, in tribu Iuda. Id. ibid.

**Magdalena**, a uico Magdalo, in quo nata est discipula Christi, ex qua septem demonia eiecerat. Lucae 7. 8. Huic mulieri primum ostendit se Christus, postquam ex morte surrexit. Mar. 16. Ioann. 20.

**Magdalena** interpretatur magnificatio locus ille. Origenes in 27. Matthaei.

**Magdalene**, turris, sed melius sicut a monte montanus, ita turrensis, a turri dicatur. Hieronymus in interp. nominum de Matthaeo.

**Magdalgad**, oppidum in tribu Iuda. Ios. 19.

**Magdalgad**, turris piratae. Philo in interp. nominum de Iesu Naua.

**Magdaliel**, turris mea Deus. Id. ibid.

**Magdalu**, ad quam filij Israel cum exissent de Aegypto peruenerunt, antequam transirent mare rubrum. Legimus et Ezechiel de Magdalo usque Sionem. Porro Hieremias Iudeos, qui secum fugerant, Babyliorum impetum declinantes, in hac urbe Aegypti habitasse refert. Eusebius de locis Hebraicis.

**Magdalo**, magnificentiae, siue turri. Philo in interp. nominum de Hieremia.

**Magdalum** interpretatur turris. Origenes homil. 5. in Exodum.

**Magdalum** magnificentia dicitur. Id. homil. 27. in Numeros.

**Magdich**, in regione Gabalena possessa olim a duobus Eiom. Eusebius de locis Hebraicis.

**Magdich**, de re promissione Dei, siue turris Dei, uel magnificat me Deus. Philo in interp. nominum de Genesi.

**Magdihol**, in tribu Neptalim: et hodie paruus uicus ostenditur in quinto miliario Dore pergentibus Ptolemaidem. Id. ibid.

**Magdol**, magnitudo, uel turris. Philo in interp. nominum de Ezechiele.

**Magdolan**, quis grandis, uel turris. Idem ibid. de Exodo.

**Magdab**, siue Magron, ubi sedet Saul. Eusebius de locis Hebraicis.

**Magedan**, ad cuius fines Mattheus euangelista scribit Dominum peruenisse, sed et Marcus eiusdem nominis recordatur: nunc autem regio dicitur Magedena circa Gerasam. Id. ibid.

**Mageda**, poma eius, uel nuncia. Hieronymus in interp. nominum de Matthaeo.

**Mageddo**, hanc cepit Iesus rege illius interfecto:

qua cum cecidisset in sortem tribus Manasse, nequam possedit eam, quia pristinos habitatores nequiuit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

**Mageddo**, pomorum eius, siue coenacula eius. Philo in interpretationibus nominum de Iesu Naua et tertio Regionum.

**Mageddo**, de tentatione. Idem ibidem de libris Regum.

**Mageddon**, tentans. Id. ibid. de primo Regum.

**Magech**, oppidum in regione Galaad. 1. Macchabaeorum 5.

**Magi** ex Arabia profecti erant. Iustinus martyr in colloquio cum Tryphone.

**Magi** qui Iesum adoratum uenerunt, cum uellent quae soliti fuerant magis quibusdam carminibus facillitate, apparentis stellae causam conquirentes, et non mediocre esse hanc contemplati, cum in caelo signis spectarent, quod diuina non humana praeserret, cepit cupido animum, quid illi portenderet, peruidere. Et ut nobis apparet, cum haberent et hi et Balaam prophetias, quas Moyses ipse, ut erat ingenio acer, conscripserat, et in his de stella quod traditur comperissent, intellexerant hominem demigrasse ad uitam, et natum esse, quem Propheta cum stellae indicio iam pridem uenturum denuntiauerat. Et cum huic ut potiorum demonibus praetulissent, qui se soliti essent uanis rerum imaginibus ludificari, in Iudaeam eundem adoraturi se contulerunt, certiores non rediit, esse regem aliquem natum, ignari tamen quale hic esset imperium habiturus, aut ubi nam gentium nasceretur. Et ubi locum perdidicerunt quo natus fuisset, ei qui ex Deo esset hominemque mortali compositus, munera haec detulere, aurum scilicet in regie potestatis argumentum, Myrrham ut morituro, Thus ut Deo. Sed cum esset hic Deus qui hominum generi salutem afferret, qua in re et angelos superaret, qui solent mortalibus optulari, angelus tamen praestitit pietatis uicem rependit, quod Iesum adoratum uenissent. Si quidem illos commonefecit ne ad Herodem redirent, sed alio iter diuerterent, et se ad Iesum conferrent. Origenes lib. 1. contra Celsum.

**Magi** sunt Magistri Orientales, qui uenerunt a Perside. Magi enim apud illos, non malefici, sed sapientes intelliguntur. Autor operis imperfecti homil. 1. in Mattheum.

**Magi** isti qui proleam stellam in Oriente uiderunt, ex genere illius Balaam Prophetae gentium ducere originem referuntur, qui dixerat: Orietur stella ex Iacob, et exurgit homo ex Israel. Et idcirco uiso nouo stellae signo crediderunt, quia auctoris sui prophetiam impletam nouerant ostendentes se non solum generis successores, sed et fidei haereditarios. Balaam propheta ipsorum stellam in spiritu uidiit, isti oculis uiderunt, et crediderunt. Ille uenturum Christum per prophetiam praedicauit, isti uenisse uisi fidei cognouerunt. Chrysostomus homil. prima de Epiphania Domini in secundo Matthei.

**Magistri** plures quando sunt. Nolite plures magistri fieri fratres mei, etc. Magistros plures tunc fieri existimo, cum diuersa atque inter se aduersa sentiunt. Cum uero ipsum dicunt omnes, et uerum dicunt, ab

cunt, ab unius ueri magistri magisterio non recedunt. Augustinus in prologo in libros Retractationum.

Magnas, uile tributum, siue de tactu. Philo in interp. nomin. de Esaia.

Magnanimus. Ille magnanimus est, qui uere est humilis, non adulator, non contemptor. Chrysostomus homil. 1. in 1. ad Corinth.

Magog Magogas à se nominatos instituit: isti à Græcis Scythæ sunt appellati. Iosephus lib. 1. cap. 1. 1. antiquitatum Iudaicarum.

Magog, quod *מגוג*, id est, tectum, uel de domate, hoc est, de tecto. Philo in interp. nomin. de Genesi et Ezechiele. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Magron, oppidum uicinum Machmas in tribu Bèiamin, per quod regem Assyriacum proficiscentem ad obsidionem Hierosolymæ, iter facturum esse prædicit Esaia cap. 10.

Magro, gutturi, uel de fauce. Philo in interp. nomin. de Esaia.

Mahamad, desiderabile. Philo in interpr. nomin. de Osee.

Mahanaim, ciuitas Leuitarum Ios. 2. ad cõsuetem Iordanis et Iaboch, sic appellatus à Iacob. Genesis 32.

Mahelathi, chorus, seu à principio. Idem ibidem de Genesi.

Malachias, propheta ultimus, concludens uetus Testamentum.

Malachia, angelus Domini uel meus. Philo in interp. nomin. de Zacharia et Malachia.

Malachil si quis interpretamentum requirat, sonat angelus. Epiphanius lib. de prophetarum uita.

Malachra, despiciens, siue diuisio. Philo in interp. nomin. de 3. Reg.

Malaleel, laudans Deum. Id. ibid. de Genesi.

Malaleel, auus Enoch. Gen. 5. Luc. 3.

Malassar, pædagogus Danielis propheta et sociorum eius. Dan. 1. (de Numeris.)

Malchiel, rex meus Deus. Philo in interp. nomin.

Malchus, seruus Caipha pontificis, cuius aurem Petrus in horto amputauit Ioann. 18.

Malehus interpretatur regnaturus. Augustin. tract. 1. 12. in Ioannem.

Malech, filia Hismael, uxor Esau. Gen. 28.

Maledicere. Beati eritis cum uobis maledicent et c. Maledicere est, malum dicere. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Maledictum. Maledictum est, intensa et uehemens oratio. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 9. pædagogi.

Maledictus. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Is maledictus est, qui dignum facinus patibulo perpetravit: non eum qui iniquitate iudicum, et inimicorum potentia: uel clamore uulgi, aut uirtutum inuidia, aut regis ira fuerit crucifixus. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Malet, id est, destitutum uocant, Eman inopem. Arnobius in Ps. 87.

Malignitas. Malitiæ uotum, uel opus, malignitas appellatur. Hieronymus in 1. ad Romanos.

Malitia. Sufficit diei malitia sua. Hic malitiam non contrariam uirtuti posuit, sed laborem et afflictionem, et angustias seculi: quomodo et Sara afflixit Agar ancillam suam: quod significanter Græce dicitur *ἐκείνη* uirtus. Id. in 6. Matthæi.

Malitiam hic non malignitatem uocat: absit hoc enim: sed miseriam uel laborem et calamitates. Sicut et alibi dicit: Si est malitia in ciuitate, quam Dominus non fecit: non auaritiam significans, ac rapinas, nec eorum quicquam aliud omnino: sed eas profecto plagas, quæ diuinitus inferuntur, de quibus rursus loquitur per Prophetam: Ego sum qui facio pacem, et creo mala. Neque enim hic malitiam uoluit intelligi, sed pestilentias et famem, ceteraque huiusmodi, quæ mala esse putantur à plurimis. Chrysostomus homil. 2. 3. in Matthæum.

Malitiam diei, ipsam afflictionem appellat solitudinum presentium et laborum: non sicut Manichei dicunt, malam esse ipsam creaturam Dei. Autor operis imperfecti homil. 16. in Matthæum.

Malitia non substantia est, neque substantiæ proprium: sed accidens, id est, ex eo quod secundum naturam in id quod præter naturam uoluntaria auersio: quod quidem est peccatum. Damascenus lib. 4. capite 1. 1. de Orthodoxa fide.

Cum omni malitia. Malitia uel contraria uirtuti intelligenda est, quam alio nomine uitium nominamus: uel malignitas et nequitia, quæ in tergiuersatione et calliditate sentitur. Hieronymus in quartum ad Ephesios.

Malitia infantem esse. Fratres ne sitis animo pueri, sed malitia, et c. Quid est malitia esse infantem? Quid malitia sit, ne nosse quidem, tales enim esse uolebat. Chrysostomus homil. 36. in 1. ad Corinth.

Malum. Certum est malum esse bono carere. Origenes lib. 2. cap. 8. Peri archon.

Malum nihil aliud est quam euersio boni. Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.

Malum non est, nisi quod fieri prohibet Deus. Arnobius in Ps. 139.

Nihil aliud malum est, quam Deo non obedire. Chrysostomus homil. 60. in Matthæum.

Malum nihil aliud est quam boni priuatio, et ex eo quod secundum naturam in id quod præter naturam prolapsio: nam nihil malum secundum naturam. Damascenus lib. 4. cap. 2. 1. de Orthodoxa fide.

Malum. Bonum. Nihil aliud est malum, quam boni priuatio: quemadmodum et tenebre luminis est carentia. Bonum enim, lumen est intelligibile: similiter et malum, tenebre sunt intellectuales. Id. ibid. lib. 2.

¶ Malum duplex. (cap. 4.)

Ego Dominus faciens pacem, et creans malum. Anceps est nomen mali, duo significans. nam quandoque natura malum ostendit, quod quidem uirtuti contrarium est, et diuine uoluntati. Quandoque quod ad sensum nostrum malum et laboriosum, ut tribulationes et inductiones: hæc enim estimatione mala sunt, cum dolorose existant, re aut uera bonæ: nam conuersionis et salutis intelligentibus cause sunt, et has per Deum fieri dicit Scriptura. Id. ibid. lib. 4. cap. 20.

Mallus.



Mallus, urbs Ciliciae, cuius mentio fit 2. Macc. 4.  
Mambre, nomen viri Amorrhæi, cuius Hebron,  
fœderati Abrahæ. Genes. 13. 14.

Mambre in nostra lingua interpretatur uisio, siue  
perspicacia. Origenes homil. 4. in Genesim.

Mammona. Mammona demonis nomen est, qui  
lucris carnalibus præest, et dominator eorum qui di-  
ligunt mundum. Abdias lib. 5. historię certaminis A-  
postolici.

Non potestis Deo seruire, et mammonæ: mammo-  
na patria eorum uoce diuitias uocans. Clemens Roma-  
nus lib. 5. Recognitionum, et epist. 1.

Mammonas est secundum Iudaicam linguam,  
quæ et Samaritæ utuntur, cupidus et plus quàm oportet  
habere uolens. Secundum autem Hebraicam adiu-  
ctiue dicitur Mam, uel significat gulosum, id est, qui  
non potest à gula se continere. Irenæus lib. 3. cap. 8. ad  
uersus hæreses.

Mammona sermone Syriaco, diuitiæ nuncupan-  
tur. Hieronymus in 6. Matthæi.

Mammona apud Hebræos diuitiæ appellari dicun-  
tur. Congruit et Punicum nomen: nam lucrum Punicè  
mammon dicitur. Augustinus lib. 2. super sermonem  
Domini in monte.

Mammonæ Syriaca lingua, diuitiæ appellan-  
tur. Auditor operis imperfecti homil. 16. in Matthæum.

Mammona iniquitatis. Facite uobis amicos  
de mammona iniquo. Quid est mammona iniquitatis?  
Primum quid est mammona? Verbum est enim quod  
Latium non est. Hebræum uerbum est, cognatum lin-  
guæ Punicæ. Iste enim linguæ sibi significationis qua-  
dam uicinitate sociantur. Quod Punicè dicunt mam-  
mon, Latine lucrum uocatur. Quod Hebræi dicunt  
mammona, Latine diuitiæ uocantur. Vt ergo Latine to-  
tum dicamus, hoc ait Dominus noster Iesus Christus:  
facite uobis amicos de diuitijs iniquitatis. Id. sermo 35.  
de uerbis Domini.

Mammona iniquitatis, diuitiæ sunt seculi omnes un-  
decunq; sint. Vnde cunq; congregentur, mammona ini-  
quitatis est, id est, diuitiæ sunt iniquitatis. Quid est di-  
uitiæ sunt iniquitatis? Pecunia est quam homine diui-  
tiarum appellat iniquitatis. Id. ibid.

Iniquam. Pulchrè iniquam mammona dixit, quia  
uarijs diuitiarum illecebris nos auaritiæ tentabat affe-  
ctus, ut uellemus seruire diuitijs. Ambrosius in 16.  
Luce.

Mamozar, de longe, siue alienatus. Philo in inter-  
p. nomin. de Deuteronomio.

Mamre, hæc est Chebron, iuxta quam sepultus  
est Abraham cum Isaac et Iacob. Mamre autem et u-  
nus uocabatur amicorum Abraham. Eusebius de locis  
Hebraicis.

Mamre, diuisio, siue perspicuum. Philo in interpr.  
nomin. de Genesi.

Mamzamaroth, tridentes, uel fuscinule quas  
Græci ἀντιόπηρας uocant. Id. ibid. de libris Regum.

Manaa, consolatio, siue munus, aut sacrificium  
Id. ibid.

Manachasim cinctorium poterat dici. Est autem  
cinctorium circa femora subtile, ex bysso conorta cō

textum, ingredientibus per eum pedibus uelut denastra-  
pis. Scinditur autem ultra medietatem deorsum: et su-  
per lumbos astringitur. Iosephus lib. 3. cap. 11. anti-  
quitatum Iudaicarum.

Manahem, Doctor et propheta in Ecclesia An-  
tiochena. Act. 13.

Manahem, filius Gaddi, Rex Israel decem annis. 2.  
Reg. 15.

Manacem, consolans. Philo in interpr. nomin. de  
lib. Regum.

Manacem, castrum. Hieronymus ibid. de Actis apo-  
stolorum.

Manaim, in tribu Gad separata Lemitis in regio-  
ne Galaaditide. Eusebius de locis Hebraicis.

Manaim, castra, uel de requie. Philo in interpr. no-  
min. de Iesu Naue et Ezechiele.

Manasses, filius patriarchæ Ioseph, nascitur Ge-  
nes. 41. adoptatur à Iacob. Ibid. 48.

Manasses, Ezechie pij et sancti regis filius, impius  
et idololatra deterrimus, impleuit Hierosolimam san-  
guine usq; ad summum. Cum autem à Deo puniretur,  
et captiuus in Babylonem abductus esset, egit poenit-  
entiam, et precatione sua flexit Deum, ut in Regnum  
reduceretur. 2. Paral. 33. 2. Reg. 21.

Manasses, obliuiosus, uel quod oblitus est. Id. ibi-  
dem de Numeris.

Manasses, obliuiosus, siue obstupescens. Hierony-  
mus ibid. de Matthæo et Apocalypsi.

Manasse, oblitus, uel necessitas. Philo in interpr.  
nomin. de Genesi.

Mandatum datum. Sed qui misit me Pater, ip-  
se mihi mandatum dedit, quid dicam, et quid loquar.  
Dicitur mandatum datum, quia non est à seipso cui di-  
citur datum: et hoc est dare filio, sine quo nunquam  
filius fuit, quod est, gignere filium qui nunquam non  
fuit. Augustinus tract. 54. in Ioannem.

Magnum et minutum. Quod est mandatum  
magnum in lege? Magnum et minutum mandatum di-  
cimus, quantum ad dignitatem mandatorum, non quan-  
tum ad utilitatem. Alioquin utilitas omnium mandato-  
rum una est, et omnia mandata quasi unum uidentur  
esse mandatum: quia ita sibi coherent, ut alterum sine  
altero esse non possit. Autor operis imperfecti homil.  
42. in Matthæum.

Nouum. Mandatum nouum dedi uobis. Cur man-  
datum dicit nouum, quod in ueteri testamento positum  
est? Ipse id nouum fecit modo: addidit ergo, Sicut ego  
dilexi uos. Chrysostomus homil. 71. in Ioannem.

Nonne iam erat hoc mandatum in antiqua Dei le-  
ge, ubi scriptum est, Diliges proximum tuum tanquam  
teipsum? Cur ergo nouum appellatur à Domino, quod  
tam uetus esse conuincitur? An ideo est mandatum nouum,  
quia exuto uetere induit nos hominem nouum?  
Innouat quippe audientem, uel potius obediens, non  
omnis, sed ista dilectio quam Dominus mandat. Augu-  
stinus ibid. tract. 65.

Mandata minima. Si quis soluerit unum de mā-  
datis istis minimis, et c. Minima mādata ista dicit Chri-  
sti mādata, Non irascaris, non concupiscas. Quæ in  
obseruando quidem magna sunt, in peccando autem  
minima

minima uidentur, quantum ad homines negligentes. Autor operis imperfecti homil. 10. in Matth.

Mandatum custodire. facere. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis ea. Custodire mandatum est, intelligere uel aduertere quæ iubentur. Facere autem mandatum est, implere quæ iubentur. Origenes homil. 16. in Leuiticum.

Mane Latina lingua significare potest numerum. Iosephus lib. 10. cap. 13. antiquitatum Iudaicarum.

Mane, numerauit. Philo in interp. nom. de Daniele.

Maneeth, filius Zobal, nepos Seir. Gen. 36.

Maneeth, requiescens, siue donati. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Manhu, quid est hoc? Id. ibid. de Exodo.

Manna, cibus quo filij Israel in deserto aliti sunt quadraginta annis. Exod. 16. Num. 11. 10f. 3. figura si mile fuit grano Coriandri, colore albo. Ps. 78. panem angelorum uocat, quia ministerio ipsorum delatus est.

Manna, quidnam est istud? uel quid est hoc? Hieronymus in interp. nomin. de epist. ad Hebræos & Apocalypsi.

Manna interpretatur quid est hoc? Origenes homil. 7. in Exodum.

Manna, Latine quod dicimus, quid est hoc, dicit Hebræus. Arnobius in Ps. 77.

Manna Hebraicè interpretatur, quid est hoc? Autor operis imperfecti homil. 41. in Matthæum.

Manna interrogatio est in nostra lingua, dicentis, quid est hoc? Iosephus lib. 3. cap. 1. antiquitatum Iudaicarum.

Mansiones multæ. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Multæ mansiones, diuersas meritorum in una uita æterna significant dignitates. Alia est enim gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarum: stella enim ab stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorum. Augustinus tract. 67. in Ioannem.

Mansuetudo aduersa est iræ, rixis, dissensionibus, & nunquam ad sui contraria prouocatur uerè de bona spiritus arbore, bonos fructus germinans. Per hanc famulus Dei Moyses, testimonium Scripturæ meruit accipere, dicentis: Moyses mansuetus erat, plus quam omnes homines super terram. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Mansuetudo. Cum omni humilitate & mansuetudine, &c. Mansuetudo illa est, quæ nulla passione turbatur, & specialiter ira & furore non rumpitur. Id. in 4. ad Ephesios.

Mansuetus. Beati mansueti. Ille est uerè mansuetus, qui cum nocitus fuerit, nec cogitat malum facere, nec facit. Autor operis imperfecti in 3. Matthæi.

Manser, id est, spurius, de seorto natus.

Manue, pater Samsonis iudicis, ex tribu Dan. Iud. 13.

Manue, requies. Philo in interp. nomin. de lib. Iud. Manus pro uirtute. Pater diligit filium, & omnia dedit in manum eius. Manum hic uirtutem nominat, ut alibi dicitur: Manus mea cælos firmavit. Cyrillus lib. 2. cap. 73. in Ioannem.

Pro hominibus. Scriptum legimus in libris re-

gnorum, manu homines significat, cum dicitur: Nonne decem mihi manus sunt in Israel? id est, decem tribus Israel. Chromatius in 6. Matthæi.

Manus dextera. Si dextera manus tua scandalizat te, &c. Dextera manus accipitur dilectus adiutor & minister in diuinis operibus. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in monte.

Te autè faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Nihil consequentius sinistra uidetur significare, quam ipsam delectationem laudis. Dextera autem significat intentionem implendi præcepta diuina. Id. ibid. lib. 2.

Manus sanctæ dicuntur, quæ operibus sanctis ministrauerunt, ut Apostolus dicit: Leuantes puras manus sine ira & disceptatione: rursum manus dicuntur plenæ sanguine, quæ ad effundendum ministrauerunt. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Manus sanctæ sunt, quando cor mundum est. Ambrosius in 2. 1. ad Timotheum.

Manus impositiones. Quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Manus impositiones uerba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua; ut audeat uice Domini sacrificiū Deo offerre. Id. ibid. cap. 4.

Sine manibus excidi. Id est sine manibus excidi, ut non sit humanum opus, sed diuina paternæq; uoluntatis propositum. Iustinus martyr in colloquio cum Tryphone.

Maoch, pater Achis regis Geth. 1. Reg. 27.

Maoch, cuiratus, quem Græci *μαχάριον* uocant. Philo in interp. nomin. de 1. Reg.

Maol, chorus, uel de plenitudine. Idem ibidem de 3. Regum.

Maon, in tribu Iuda contra solis ortum Daromæ. Eusebius de locis Hebraicis.

Maon, regio Moabitarum, iuxta Hieremiã. Id. ibid.

Maon, habitaculum. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue, 1. Reg. & Hieremia.

Maozim, Daniel. 11. uertit munitionem, arcem, & Missam, quæ est præcipua munitio et neruus regni Antichristi.

Mar. Amaritudo Hebraica lingua Mar dicitur. Iosephus lib. 3. cap. 1. antiquitatum Iudaicarum.

Mara, uel merra, amaritudo. Philo in interp. nomin. de Exodo.

Marala, amara conscensio. Id. ibid. de Iesu Naue.

Marala, ascensus Zabulon. Eusebius de locis Hebr.

Maranatha, Dominus noster uenit, Syrum est. Hieronymus ibid. de 1. ad Corinth.

Si quis non diligit Dominum Iesum, sit anathema, maranatha. Quid est maranatha? Dominus noster uenit. Chrysostomus homil. 44. in 1. ad Corinth.

Maranatha. Magis Syrum est quam Hebræum, tamen ex sermone utrarumq; linguarum aliquid Hebræum sonat, et interpretatur Dominus noster uenit. Ambrosius in 16. 1. ad Corinth.

Hoc non est uocabulum Hebræum, ut quidam putauerunt, sed Syriacum. Exponitur autem, uenit Dominus. Theodoretus ibid.

**Marath**, quinta mansio Israelitarum in deserto, ubi Moyses aquas amaras reddidit dulces coniecto in eas ligno.

**Marath**, amara. Philo in interp. nomin. de Exodo.

**Mare**. Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Tiberiada paludem, aut quia magna est, mare (ut diximus, quod uulgo factitatum est) appellauit: aut Scripturam sequutus est, apud quã congregationes aquarum maria nuncupantur. Cyrillus libro 3. cap. 11. in Ioannem.

**Mares**. Mares mensura est apud Põticos duarum hydriarum. Hydria autem ipsis decem sextariorum est, ut sit mares uiginti sextariorum Alexandrinorum. Epiphanius De ponderibus & mensuris.

**Marefa**, oppidum in finibus tribuum Iuda & Dan, patria Michæe prophete. Mich. 1. Ios. 15.

**Marefa**, a capite. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

**Mare salinarum**, quod uocatur mortuum siue Asphalotus, bituminis inter Hiericho & Zoaram. Eusebius de locis Hebraicis.

**Marcus**, discipulus Petri apostoli. 1. Pet. 5. Romæ rogatus ab auditoribus Petri, Euangelium seu Historiam uite & doctrinæ Christi scripsit, quod tantum est epitome Euangelij secundum Mattheum. Eusebius libro 2. cap. 15. lib. 3. cap. 4. 39. & lib. 6. cap. 11.

**Marcus**, confobrinus Barnabæ, de quo Colos. 4. & 2. Tim. 4. Vide supra Ioannes Marcus.

**Marcus**, excelsus mandato. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

**Marcus** sublimis mandato, siue amarus: uel certe ætiterius atq; limatus. Id ibid. de epist. ad Colos.

**Mardocheus**, filius Iair, patruus Regine Hester. Historia eius extat in lib. Hester.

**Margarita**. Maximi pretij margarita nascitur in quodam ostreo pinnis nõ ab simili. Magnitudo autem eius est quantus permagnus piscis oculus. Clemens Alexandrinus lib. 2. cap. 1. 2. pædagogi.

**Margaritæ**. Neq; miseritis margaritas uestras ante porcos. Margaritæ, quæ cūq; spiritualia magni æstimanda sunt, & quia in abdito latent, tanquam de profundo eruuntur, & allegoriarum integumentis quasi apertis conchis inueniuntur. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

**Margaritæ bonæ**. Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Bonæ margaritæ quas querit institor, lex et prophete sunt. Audi Marcion, audi Manichæe. Bonæ margaritæ sunt lex & prophete, & notitia ueteris instrumeti. Vnum autem est preciosum margaritum, scientia Saluatoris & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcum. Hieronymus in 13. Matthei.

**Maria**, soror Aaron & Moysis, & est gratiarum actionis, pro liberatione facta in mari Rubro. Exod. 15. Accenditur flammis emulationis aduersus fratrem Moysen, & punitur lepra. Num. 12. moritur. Ibid. 20.

**Maria**, illuminatrix mea, uel illuminans eos, aut smirna maris, uel stella maris. Philo in interp. nomin. de Exodo.

**Maria**, mater Iesu Christi, filia Eli, qui alio nomine

Ioachim dictus est. Matrem eius fuisse Annam scribit Epiphanius pag. 448. & Damascenus lib. 4. cap. 15. de Orthodoxa fide.

**Maria** mulier dicta. Maria dicta est Mulier secundum foemineum sexum, non secundum corruptionem integritatis: & hoc ex lingua ipsius Scripturæ. Nam & Eua statim facta de latere uiri sui, nondum contacta a uiro suo, nostis quia mulier appellata est: Et formauit eam in mulierem. Augusti. tract. 10. in Ioannem.

Si nobis aliquis occurrat argutus, & dicat, quia & Maria mulier in Scripturis nominatur, sic enim dicit Apostolus: Vbi autem uenit plenitudo temporum, natus est Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret: respondebimus ei, quia in hoc Apostolus mulierem non pro corruptela integritatis, sed pro sexus indicio nominauit: ut quia dicebat filium Dei misum, simul & illud, quia pro communi omnium uita ingresus in hunc mundum uenisset, exponeret. Est porro & ætatis ipsius uocabulum, eius scilicet, qua foemino sexui de annis pubertatis exceditur, & ad id tempus quo habilis uero uideatur esse transitus. Sicut et econtrario uir appellatur, is qui adoleſcentiæ tempus excesserit, etiam si uxorem nondum habeat, cuius uir esse dicatur: quo nomine appellari solent etiam hi quos foemineæ admixtionis macula nulla perstringit. Si ergo recte dicitur uir, ille pro sola temporis ætate, etiam is qui nullius admixtionem foeminae nouerit: quomodo non eadem consequentia etiam uirgo quæ intemerata permansit, pro sola ætatis maturitate mulier nominetur? Denique & Abraham cum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Batuelis, ut inde acciperet Isaac filio suo uxorem, & puer curiosius percontaretur, ait ad eum: Quod si noluerit mulier sequi me, reducam filium tuum illum? Et non dixit, Quod si noluerit uirgo sequi me. Origenes homil. 8. in Leuiticum.

Mihit Deus filium suum factum ex muliere, & c. Quod S. & B. matrem Domini, mulierem non uirginem nominauit, hoc idem & in euangelio secundum Mattheum scriptum est, quando uxor appellatur Ioseph, & ab ipso Domino quasi mulier increpatur. Non enim necesse erat semper quasi cautè & timide uirginem dicere: cum mulier sexum magis significet quam copulam uiri, & secundum intelligentiam Græcitatibus, uir tam uxor quam mulier ualeat interpretari. Hieronymus in 4. ad Galatas.

**Maria Cleophe**, soror Mariæ uirginis. Ioannis 19. mater Iacobi Minoris & Ios. Marci 15.

**Maria Magdalena**, de qua uide in uocabulo Magdalena.

**Maria**, soror Marthæ & Lazari resuscitati, de qua dicitur Lucæ 10. Vno opus est, Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. fit eiusdem mentio Ioan. 11. 12. Consentaneum autem est, eandem esse Mariam, Magdalenam & sororem Lazari. Quia scriptum est Ioan. 11. Erat autem Maria, quæ unxerat Dominum unguento, & absterſerat pedes eius crinibus suis cuius frater ægrotabat.

**Maria**, illuminans, aut illuminata. Hieron. in interp. nomin. de Actis apost. & de epist. ad Rom.

Mariam

Mariam pleriq; æstimant interpretari illuminat me isti, uel illuminatrix, uel zmirna maris: sed mihi nequaquam uideatur. Melius autem est, ut dicamus sonare eam stellā maris, siue amarū mare: sciendumq; quod Maria sermone Syro domina nuncupatur. Idem ibid. de Matthæo.

Mariboth, cuius meminit Ezechiel, dicens: usq; ad aquam Mariboth: pro quo Aquila lites, Symmachus uirgia uel contradictiones interpretantur. Eusebius de locis Hebraicis.

Marodach, amaritudinem immittens. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Marodac, amara contritio, siue procacitas, uel impudentia. Id. ibid. de Esaiā & Hieremia.

Marodas, amara, arrogātia siue cōtritio. Id. ibid. de libris Regum.

Marom, hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Euseb. de locis Hebraicis.

Marom, sublimis, siue de excelso. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Marom, aliter amara tristitia. Id. ibid.

Maron interpretatur amaritudines. Orig. homil. 24. in Iesum Naue.

Maroth, in tribu Iuda. Euseb. De locis Heb.

Maroth, spelunca. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.

Martha, soror Lazari & Mariæ Bethaniensis. Lucæ 10. Ioan. 11.

Martha, irritans, prouocans: sermone autem Syro domina uel dominans interpretatur. Hieron. in interpret. nomin. de Luca.

Martyr, id est, testis. Clemēs Alexād. lib. 4. Strō.

Martyr, ut ijs quoq; notum est, qui Græcè nesciunt, testem sonat. Cyprianus de duplici Martyrio.

Martyres. Ecclesiæ usus discernit illos cōgnominibus, martyres appellans eos, qui uiolenta morte decesserunt: Confessores, qui constanter in cruciati bus ac minis mortis professi sunt nomen Domini Iesu, parati mortem oppetere, uel potius martyrij supremam coronam ambientes: apud Deum tamen quicunque carnē suā crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, quicunq; Christo uerè commortui sunt, eiq; in baptismo conscripti sunt, ut iam non sibi uiuant, neq; mundo, cui semel mortui sunt, sed ei qui pro ipsis est mortuus, martyres sunt, nec martyrum corona fraudantur: in primis autem monachi, qui uerè monachi sunt, ac uirgines, quæ uerè uirgines sunt. Id. ibid.

Martyrium. Quid est martyrium? delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, iter, patientiæ magister, domus uitæ. Id. de Laude martyrij.

Masa, filius Hismael. Genesis 25.

Masadda, requirentem, siue retinentem. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Masagan, regio Moabitum, ut scribit Hierem. Eusebius de locis Hebraicis.

Masam, in tribu Aser iuxta Carmelum ad mare, ciuitas separata Leuitis. Id. ibid.

Malareth, in qua sedit Dauid, nunc deserta, pro quo Aquila interpretatur munitiones, Symmachus refugia, Theodotion speluncas, Id. ibid.

Masarphoth, incendia, siue de tribulatione rostrorum. Philo in interp. nominum de Iesu Naue.

Masbach, ciuitas hostilis regis Adrazar. Eusebius de locis Hebraicis.

Masech, potum dans, siue propinans. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Masefa, speculatio, siue contemplatio, Idem ibid. de Hieremia.

Maseia, factura Domini. Id. ibid. (Naue.

Masepha, specula siue de specula. Id. ibid. de Iesu

Masera, in tribu Iuda, cuius nunc tantummodo sunt ruinae in secundo lapide Eleutheropoleos. Eusebius de locis Hebraicis.

Maserecha, oppidum Idumæ. Genes. 38.

Maseroth, exclusiones, uel uiracula, aut successiones, siue disciplinae, quod in nostris codicibus Mazuroth legitur. Philo in interp. nomin. de numeris.

Masma, filius Hismael. Genesis 25.

Masma, exaudientem. Philo in interp. nom. de Gen.

Masoloth, urbs uicina Cedes in Galilæa. 1. Maccab. eorum 9.

Maspha, in tribu Gad separata Leuitis. Est autē et alia nunc Mapha in finibus Eleutheropoleos contra septentrionem pergentibus Aeliam, pertinens ad tribum Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Masphat, oppidum in regione Galaad, non procul à mari Tiberiadis. Iudicum 11. 1. Macc. 5. Vbi Iephte aliquandiu habitauit. Iud. 11.

Masphat, oppidum in tribu Benjamin. Ios. 18. 1. Macc. 3. non procul à Cariathiarim, ubi Samuel populum iudicauit. 1. Reg. 2. Hierem. 40. 41.

Masphat, speculatio, uel contemplatio, uel intentio, uel locus iudicij. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Masphat deorsum inspicere Hebraica lingua significat. Iosephus lib. 6. cap. 2. Antiquatū Iudaicarum.

Masracha, ciuitas regni Edom, circa Gabalenen. Eusebius de locis Hebraicis.

Mastreca, uectigal uanum, siue libans, uel trahens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Mastrephoth maim, pro quo Aquila Mastrephoth aquæ, Symmachus Mastrephot maris interpretati sunt. Eusebius de locis Heb.

Massa, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Massa, leuans, siue pōdus, aut onus, uel assumptio. Philo in interp. nom. de Genesi & libris Regum.

Massaphat, speculatio, uel contemplatio. Idem ibid. de libris Regum.

Massefa, in tribu Iuda, apud quam habitabat Iephte iuxta Cariathiarim, ubi quondam arca testamenti fuit, & Samuel populum iudicauit. Meminit huius & Hieremias. Eusebius de locis Hebraicis.

Massepha, in Moab, ad quam profugus Dauid cum Saulis insidias declinaret, uenit. Id. ibid.

Maserephot. Iud. 11.

Masurith, castra filiorum Israel in deserto. Eusebius de locis Hebraicis.

Matana, donū. Philo in interp. nom. de Num.

Matar, pluuia, uel cōpluto me. Id. ibid. de 1. Reg.

Materia. Materiam solemus dicere apparatus uniuersus

uniuscuiusque, rei apud eos, qui artes exercent, sic dicitur materia lignorum, materia cemetaria, materia auri, materia argenti. Dicitur & materia quaedam operationis in corporibus, quae ex corruptionum uiciatione colligitur. Epiphanius libro 2. tomo 2. contra Hereses.

Materia est, ex qua fit aliquid. Lactantius lib. 2. cap. 9. Diuinarum institutionum.

Mathanaim interpretatur munera ipsorum. Origenes homil. 12. in Numeros.

Mathanias, filius Iosiae, rex Iuda, alio nomine dicitur Sedechias. 2. Regum 24.

Mathania, donum Dei. Philo in interp. nomin. de libris Regum.

Mathathias, sacerdos, filius Ioannis, filij Simeonis, filij Asimonei, teste Iosepho libro 12. capite 7. Antiquitatum Iudaicarum. Pater Iudae Maccabaei, pro zelo adductus opposuit se edictis impijs Antiochi Epiphani. 1. Macc. 2.

Mathathias, filius Simonis, nepos Mathathie, frater Ioannis Hircani. Ibid. 16.

Mathathias, filius Anos, in genealogia Christi. Lucae 3.

Mathathia, donum Dei, aut aliquando. Hieronymus in interp. nom. de Luca.

Mathan, sacerdos Baal, interfectus a Ioiada. 2. Paral. 23.

Mathan, auus Ioseph sponsi Mariae. Matth. 1.

Mathan, donum siue donatus. Hieron. in interp. nom. de Mattheo.

Mathan, pater Saphaciae. Hierem. 38.

Mathana, locus in regione Moab. Num. 21.

Mathane, quae nunc dicitur Mathana: sita est autem in Arnone, 12. milliario procul contra orientalem plagam Medebat. Eusebius de locis Hebr.

Mathar, auus Mariae uirginis. Luc. 3.

Mathathan, filius Nathan, nepos Dauidis. Ibid.

Matheca, castra filiorum Israel in solitudinem. Eusebius de locis Hebr.

Matheca interpretatur mors noua. Origenes homil. 27. in Numeros.

Mathusael, pater Lemech, primi Bigami. Genesis quarto.

Mathusalem, filius Enoch, auus Noe, omnium hominum diuissimè uixit, uidelicet annos 969. Genesis quinto.

Mathusalem interpretatur emissio mortis. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Mathusale, mortis concussio, uel mortuus est, et interrogauit. Philo in interp. nom. de Genesi.

Mathusale, mortuus est, & misit. Hieronymus ibidem de Luca.

Matred, socrus Adad regis Idumaeae. Gen. 36.

Matred, percussio, siue uirga descendens. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Matrimonium est, cum Deus iungit duos in unam carnem: aut iunctos deprehendens in eadem carne, coniunctionem signat. Tertullianus de Monogamia.

Matrimonium est, prima legitima uiri & mulieris coniunctio, ad liberorum procreationem. Clemens A.

Wendrinus libro secundo Stromatum.

Matthæus, Apostolus & Euangelista, alio nomine Leui, filius Alphaei. Mar. 2. Luc. 5. à Telonio uocatus ad ministerium Euangelij. Matth. 9.

Matthæus, donatus quondam. Hiero. in interp. nomin. de Mattheo, & in 3. Marci. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Matthæum, donatū. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Mattham, donata, uel donans. Philo ibidem de libris Regum.

Matthama, munus & donum. Id. idid. de Hiere.

Matthias, Apostolus, in locum Iudae Iscariotibus electus est. Act. 1.

Matutinale. Tunc scindetur matutinale lumentum. Esaie 58. Quemadmodum in frugibus matutinalia quae citius quam sperauimus in maturitatem peruenerunt, appellare soliti sumus: eodem hic sane pacto quod uel ante tempus nobis illuceat, matutinale nuncupauit. Quale illud etiam est, Adhuc te loquente dicam: ecce adsum. Quod porro lumen dicitur non istud certe quod sensibus nostris subiectū est, sed aliud multo prestantius, quo caelum, angelos, archangelos, cherubin, seraphin, sedes, dominationes, principatus, potestates, uniuersum caelestem exercitum, regia denique illa tabernacula uidemus. Chrysostomus homil. 55. in Matth.

Mauiael, auus Lamech, primi bigami. Genesis 4.

Mauiael, quis est Dominus Deus, uel ex uita Deus. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Mazaroth, <sup>sidus</sup> quae duodecim signa Matheomatici asserunt. Id. ibid. de libris Regum.

Mazuroth, <sup>sidus</sup> id est, signa horoscopi. Idem ibidem de Iob.

## M B

Meceda, exustio, siue orientalis, uel in antecessum, id est prius. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.

Mechonoth, fulcra, quae Graeci bases uocant, id est, <sup>συνιστήματα</sup>. Id. idid. de 3. Reg.

Mechonoth, sulturæ quas bases uel hypothemata, id est, suppositiones possumus dicere. Id. ibid. de lib. Reg.

Medab, aquarum fames. Id. ibid. de Iesu Naue.

Medaba, usque hodie urbs Arabiae, antiquum nomen retinens iuxta Esebon. Euseb. de locis Hebr.

Medaba, aquae eminentes. Philo in interp. nomin. de Numeris.

Medabena, de oneribus. Id. idid. de Iesu Naue.

Medad, Propheta contemporarius Moysi. Num. 11.

Medad, mensus est. Philo in interp. nom. de Num.

Medalaa, oppidum tribus Zebulon, in littore maris Mediterranei. Iosue 19.

Medam, ciuitas quam edificauit Solomon. Eusebius de locis Hebraicis.

Meddin, ciuitas Iudaeae. Iosue 15.

Meddin, iudicium. Philo in interp. nom. de Iesu Naue.

Medemana, in tribu Iuda, cuius meminit Esa. & nunc est Menois oppidum iuxta ciuitatem Gazan. Eusebius de locis Hebraicis.

Medi. Ex Mado sunt gentes, quae à Graecis Medii uocantur. Iosue lib. 2. cap. 11. Antiquit. Iudaic.

**Medi**, à Madai filio Iaphet appellati: sunt autem inter flumen Indum, & flumen Tygrim regiones istæ, à monte Cauoso usq; ad mare rubrum pertingentes, Aracusia, Parthia, Assyria, Persida et Media: quas Scriptura sacra uniuersas sepe Mediæ nomine uocat. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Medi**, mensurantes siue mensurati. Hieronymus in interp. nomin. de Actis apostolorum.

**Media**, regio Asiæ maioris, quæ cingitur ab occasu, Armenia: à meridie, Perside: ab ortu, Parthia: à septentrione, mari Hircano. Fit Medorum mentio Act. 2. Esai. 13. 21. Hierem. 25. 51. Dani. 5. 6. 7. 9.

**Mediator**. Disposita per angelos in manu mediatoris. Mosem mediatorem seu intercessorem appellauit. Theodoretus in 3. ad Galatas.

**Medon**, aquæ eorum. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

**Medon**, metientes. Id. ibid. de Hieremia.

**Meeber**, pro quo Aquila transtulit *αὐτῶν*, Symmachus *ἐκ τῶν*, id est, trans, uel de contra. Eusebius de locis Hebraicis.

**Meeleb**, terminus Neptalim. Id. ibid.

**Meezabel**, uxor Adad regis Idumæe. Gen. 36.

**Meezabel**, quàm bonus Deus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Mefaat**, aquæ impetus. Id. ibid. de Hieremia.

**Megia**, despectio. Id. ibid. de Ezechiele.

**Mel eloquia** & doctrinæ dicuntur, sicut ait Prophetæ. Quam dulcia sancibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Autor operis imperfecti hom. 41. in Matthæum.

**Mela**, id est, Gemela, quam Aquila & Symmachus transferunt uallem salis. Euseb. de locis Hebr.

**Melch**, regina. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Melcha**, uxor Nachor, fratris Abrahæ. Genesis 31. 22. 24.

**Melcha**, filia Saluaat. Num. 26. 27.

**Melcha**, regina eius. Philo in interp. nom. de Gen.

**Melcham**, rex eorum. Id. ibid. de Hieremia.

**Melchi**, abauus Mariæ uirginis. Luc. 3.

**Melchi**, rex meus. Hieron. in interp. nom. de Luc.

**Melchias**: pater Phasur legati Sedechie. Hierem. 21. 38.

**Melchia**, rex meus. Philo in interp. nomin. de Hieremia.

**Melchiel**, filius Beria, nepos Aser patriarchæ. Genes. 46. Num. 26.

**Melchiel**, rex meus Deus. Philo in interp. nom. de Genesi.

**Melchisedech**, nomen appellatiuum, epitheton Sem filij Nohe, ut Hieronymus ad Euagrium refert. Habitauit autem in urbe Salem, quæ postea Hierusalem dicta est, & præcipuus fuit sacerdos & gubernator ecclesiæ eius temporis. Qui benedixit Abrahæ. Genesis decimo quarto. Psalmo centesimo decimo. Hebræorum septimo.

**Melchisedec**, rex iustus. Philo in interpretationibus nominum de Genesi. Hieronymus ibid. de epist. ad Hebræos.

**Melchisedec** significat rex iustus. Iosephus lib. 1. cap. 18. Antiquitatum Iudaicarum.

**Melchisedec**, exponitur rex iustus. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Nomen Melchisedec in nostram linguam conuersum, regem iustitiæ significat. Euseb. lib. 5. cap. 3. de Demonstratione Euangelica.

**Melchisua**, filius Saulis. 1. Samuelis 14.

**Melchisue**, rex meus salus, siue rex meus tyrannus. Philo in interp. nom. de 1. Regum.

**Melchon**, idolum Ammonitarum. 2. Reg. 23. sicut scribit Hieremias. Euseb. de locis Hebraicis.

**Melchon**, rex noster. Id. ibid. de Amos.

**Melcho**, rege, uel rex eius. Philo in interp. nom. de Leuitico & Numeris.

**Melea**, filius Menam, pronepos Nathani. Luc. 3.

**Melita**, insula maris, quod Siciliam ab Aprica dirimit. In hanc insulam Paulus naufragus enatat, ac in ea commoratur tres menses. Act. 28.

**Mello**, ciuitas quam edificauit Solomon. Porro Symmachus & Theodotion ab impletionem transtulerunt. Eusebius de locis Hebraicis.

**Melloth**, plenitudo, siue adimpleta. Philo in interp. nom. de 3. Reg.

**Meloda**, urbs in tribu Iuda. Iosue 15.

**Melsa**, rixa, uel azyma. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

**Mem**, ex quo, uel ex ipsis, siue à qua. Id. ibid. de

**Mem** interpretari potest ex ipsis. Eusebius lib. 10. cap. 2. de Preparatione Euangelica.

**Membra corporis**. Mortificate membra uestra terrestria, &c. Appellauit ea membra corporis, quoniam ea per id fiunt. Theodoretus in 3. ad Collos.

**Membra terrena ipsa** uocat peccata, fornicationem & immunditiam, inquit. Chrysostomus homil. 8. ad Colossenses.

**Membranæ**. Et libros, maxime autem membranas. Membranas autem appellauit uolumina. Romani enim ita membranas appellant. Diuinas autem Scripturas olim habebant in uoluminibus. Ita etiam in presentē diē habet Iudæi. Theod. in 4. 2. ad Timoth.

**Membranas**: apertas siue manifestas. Hieronymus in interp. nomin. de 2. ad Timotheum.

**Memoria** est imaginatio relicta ab aliquo sensu & intelligentia secundum actum apparentem, aut confirmatio sensus & intelligentiæ. Damascenus libro 2. cap. 20. de Orthodora fide.

**Memorem esse**. Memorij sanctorum communicantes. Hoc est memorem esse & communicatorē. imitari actus illorum, & si sumptibus indigent, communicandum eis, sicut dicit alio loco: De collectis autem quæ sunt in sanctos. Et ad Galatas: Ut pauperum memores essemus. Ambrosius in 12. ad Roman.

**Memoriæ**, id est, sepulchra concupiscentiæ, castra filiorum Israel in deserto, ubi post esum carniū ascendit ira Dei super illos. Euseb. de locis Hebr.

**Memphis**, ciuitas Aegypti, cuius Osee, Ezechiel, & Hieremias prophetae recordantur: sed & Iudæi, qui cum Hieremia de Hierosolymis profugi exierant, habitauerunt in Memphis. Id. ibid.

Memphis, ab ore. Philo in interp. nom. de Esaiā.

Menphon, de ore eorum. Id. ibid. de Genesi.

Menam, pronepos David. Luc. 3.

Mendacium. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Arbitror ego omnem spiritum malum, & fallacem mendacium esse: cumq; unusquisq; horum loquitur, ex proprijs loquitur, non ex his quæ Dei sunt: Horumq; mendax pater diabolus est. Origenes tom. 24. in Ioannem.

Menelaus, filius Simonis iusti, frater Onie & Iasonis, missus à fratre Iasone ad Antiochum, suam causam agit, & Sacerdotium fratri ereptum sibi procurat. Postea cum pecuniam promissam soluere non posset, iterum Sacerdotio deiectus est, postea restitutus Antiochum Epiphanem accersit, qui horrendam uastationem in Iudæa efficit, & idolum Iou s Olympij in Templo collocat. 2. Macc. 4. 5. 13.

Menni, Hierem. 51. Quæ gens sit inuestigare nondum potui.

Mennich, ubi septe preliatus est. nunc autē ostenditur Mannith uilla in quarto lapide Esbus, pergentibus Philadelphiam. Euseb. de locis Hebraicis.

Mens. Quibusdam uisum est, mentem uocare Deum. Ego uero mentem nostram non substantiam puto, neq; quisquam ecclesie filius, sed actionem quandam ex Deo nobis datam, & in nobis existentem. Epiphanius lib. 3. tom. 2. contra Hæreses.

Psallam spiritu, psallam & mente: & Mens mea instructiuosa aut fructuosa est. Posuit mentem, quam Sriptura cor appellare solet, ducem, ut ita dicam, et uerigam totius uasis, discernentem bona & mala, approbantem ea quæ in nobis bene fiunt. Mens enim uerba discernit. Gula uero cibos gustat. Vm enim discernendi mens in homine habet, nondum autem assentiendi, si non in mutationem seipsam dederit. Idem libro Ancorato.

Nos non possumus iutelligere, aliud mentem esse: neq; hanc per se substantiam esse possumus affirmare, sed quod compositum est & rationale & sapiens in singulis delictis, uelut si dicas, Cogitationem hominis. Sicut enim oculi sunt in corpore, ita mens in anima. Rursus porro neq; hoc contentiose astruimus, sed simpliciter intellectualem in hominib. partem esse asserimus. Id. ibid.

Mens oculos est animi, eiusq; pars castissima. Damascenus lib. de duabus Christi uoluntatibus.

¶ Quid inter mentem & animam interfit.

Non est idem mens & anima. Aliud est enim quo uiuimus, aliud quo cogitamus. Lactantius lib. 7. cap. 12. Diuinarum institutionum.

Mens pura. Mens pura est, quæ ab ignorantia segregata, & à diuino lumine illustrata fuerit. Maximus centuria 1. de Charitate.

Mentem suam decipere. Seipsum seducit. Melius in Græco dicitur *ἑαυτὸν φρονεῖν*, hoc est, mentem suam decipit. Mentem suam decipit, qui se putat esse sapientem, & secundum Esaiam, sapiens in se est, & in conspectu suo intelligens. Hieronymus in sextū ad Galatas.

Mensa. Mensa est omnis Scriptura diuina, secundum quod dicit Propheta de Scriptura ueteris testamenti Iudæis scandalum facta: fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Non enim mensa eorum corporalis facta eis in scandalum, sed scriptura legis eorum. Legentes enim in lege: Male dictus omnis qui pendet in ligno: & uidentes Iesum crucifixum, contra legē estimauerunt, credere in Iesum crucifixum, quem lex maledictum annunciabat: non intelligentes, quia nostram maledictionem in ligno susceperat, ut nos liberaret à maledictione, quam susceperamus per lignam: & sic facta est eis mensa eorum, id est, Scriptura legis eorum in scandalum. Item uidentes eum, in sabbatis operantem, leproso tangentem, à quibus omnibus abstinere lex diligenter precipiebat, scandalisati sunt in eum, dicentes: Hic homo non est à Deo, qui sabbatum non custodit. Non intelligentes, quia corporale non custodit, spirituale autem implebat. Et hoc modo facta est eis mensa eorum, id est, Scriptura legis eorum in scandalum. Ergo mensa est omnis Scriptura diuina, in qua panis uerbi nutriendi animas positus est, supra quam omnes Christiani recumbunt, & epulantur in spiritu. Autor operis imperfecti homin. 53. in Matth.

Mensa Israel. Christi. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Nobis pro captu sensus nostri ita uidetur, quod omnes Scripturæ quæ ante aduentum Domini erant apud Israel (primis enim illis credita sunt eloquia Domini) & omne quod appellatur uetus Testamentum, mensa est Israel: in qua mensa si quis uolebat edere uerbum Dei, appositis sibi legis & Prophetarum sermonibus pascabatur, & hanc puto esse mensam de qua dicit Salomon: Si sederis cœnare ad mensam potentis, diligenter intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam sciens quia talia te parare oportet. Sed & Saluator ubi dicit: Cum māducaueritis & biberitis ad mensam meā: quid aliud mensam eius intelligimus, nisi dignos, & eos qui capere possunt uerbum sapientiæ, & rerum scientiam docere. Hoc & in prouerbij Solomon de sapientia protestatur, dicens: Sapientia edificauit sibi domum, & supposuit septem columnas, immolauit uictimas suas. miscuit in cratera uinum suum, & parauit mensam suam. Origenes lib. 8. ad Romanos.

Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi. Mensa potentis quæ sit nostis, ubi est corpus & sanguis Christi. August. tractatu 47. in Ioannem.

Omnis Scriptura mensa est sapientiæ, Origenes lib. 8. ad Romanos.

Mensis secundus. Mensam secundum Macesdones Artemision uocant, Hebræi autem Hiar. Iosephus lib. 8. cap. 3. Antiquitatum Iudaicarum.

Mensis septimus lingua patria Thesria, à Macesdonibus Hiperberetæus appellatur. Id. ibid. cap. 4.

Mensis Xanticus apud Aegyptios quidem Pharamuthi, apud Hebræos autem Nisan uocatur, Macesdones uero Xanticum eum appellant. Idem ibidem lib. 2. cap. 13.

Menfes custodire. Dies obseruatis & menses, &c.

Et c. Menses custodiunt, qui primum & septimum mēsem, non intelligentes mysterium ueritatis, obseruant. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Mensura regulæ. Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundū mensuram regulæ, &c. Mensuram regulæ uocauit gratiam à Deo datam. Hanc enim munificus Deus impertit ijs qui credunt. Hoc etiā dixit scribens ad Romanos: Vnicuiq; ut Deus partitus est mensuram fidei. Theodoretus in 10. 2. ad Cor.

Meolati, à parturiente me, siue à dolente me. Philo in interp. nomin. de 1. Reg.

Mephaath, in tribu Beniamin: sed et alia est trās Iordanem, in qua præsidium Romanorum est militum, propter uicinam solitudinem. Eusebius de locis Hebr.

Mephaat, aquarum impetus, siue ab eis tempora. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Mephar, oppidū Moabitidos. Hierem. 48. quod postea in tribum Ruben incidit. Ios. 13. iuxta montem Abarim.

Merari, filius Leui. Gen. 46. à quo familia Merari, amarus aut amara, uel amaritudines. Philo in interp. nomin. de Genesi & Exodo.

Mercenarius. Mercenarius & qui non est pastor, &c. Quis est mercenarius? Qui uidet lupum uenientem & fugit, qui sua querit, non quæ Iesu Christi. Peccantem non liberè audet redarguere. August. tract. 46. in Ioannem.

Quis est iste mercenarius? Sunt quidam ecclesiæ præpositi, de quibus Paulus apostolus dicit: Sua querentes, non quæ Iesu Christi. Quid est sua querentes? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum querentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetētes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruiunt Deo: quisquis talis mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus enim & Dominus dicit: Amen dico uobis, per ceperunt mercedem suam. Id. ibid.

Quia mercenarius est. Quid est, mercenarius? Temporalem mercedem querit, & in domo in æternum non manebit. Id. ibid.

Mercurius, Græcè Ἑρμῆς, nuntius & interpretatorum Poeticorum. Sic nominant Paulum Lystrenses. Act. 14.

Mere, manifestus, uel illuminans, aut apertus. Philo in interp. nomin. de lib. iudicum.

Merici prouinciales diuerant. Chrysostomus homil. 38. in Acta apostolorum.

Merob, filia Saulis. 1. Sam. 14.

Merob, de multitudine. Philo in interp. nomin. de 1. Regum.

Merodach Balodan, præfectus Babylonie, post cladem Sennaberib regis Assyriorum, ab Assyrijs defecit, & regnum Babylonie occupauit. Hic misit literas & munera ad regem Ezechiam. Esa. 36. Hierem. 50.

Meron, aquæ, seu lacus distans duobus milliariis à Tiberiade uersus occasum. Ios. 11.

Meroz, Iud. 5.

Meroz, aquæ sacramentorum. Philo in interpret. nomin. de lib. iudicum.

Merra, quod interpretatur amaritudo. Est autem locus, in quo amaras aquas iactu ligni Moyses in dulcem uertit saporem. Eusebius de locis Hebraicis.

Merrom, aquæ ad quas exercitu præparato, castra sunt posita. Est autem nunc uicus Merrus nomine in duodecimo milliario urbis Sebaste iuxta Dothaim. Id. ibid.

¶ Quid inter mercedem & gratiam interfit.

Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. In superioribus distinctionem dedit mercedis & gratiæ, dicens mercedem rem debiti esse, gratiam autem nullius esse debiti, sed beneuolentiæ beneficium. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Mes, filius Aram, nepos Sair. Gen. 10.

Mes Mesanæos instituit, quæ nunc Arax uocatur ab omnibus. Iosephus lib. 2. cap. 14. antiq. iud. Iudæic.

Mesa, aqua rara, uel euado. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Mesaloth significare putatur excludens. Origenes homil. 27. in Numeros.

Misia, prouincia Asiæ, nunc Aeolis dicta. Est autem & altera eiusdem nominis iuxta fluum Danubium. Suntq; autores qui dicant transisse ex Europa Mesas, & Brigas, & Hunos, à quibus appellantur in Asia Misi, Phryges & Bithynij. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Mesopotamia, regio inter flumina Tygrim & Euphratem, quæ & ipso uocabulo Græco, in medio fluminum esse posita monstratur. Hinc ad meridiem Babylonia, deinde Cedar, nouissimè Arabia eudæmon. Idem ibidem.

Mesopotamia, eleuata uocatione quadam, sed melius à Græco etymologiam possidet, quod duobus fluuijs, Euphrate ambiatur & Tygri. Id. in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Mesphat, fons in deserto Cades. Gen. 14.

Mesphat, iudiciū. Philo in interp. nomin. de Iesu Naue.

Mesphe, urbs in tribu Benjamin. Ios. 18. Que.

Mesraim, filius Cham, nepos Nohe. Gen. 10. Occupauit Aegyptiū, ideo ubiq; in ueteri testamento Aegyptus nominatur terra Mitzraim.

Mesraim, hostes eorum, siue mensura. Sed sciendū quod Mesraim, Aegyptus appellatur. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Mesraim, hostes eorum, uel Aegyptus. Idem ibidem de Exodo.

Mesraei. Seruata est etiam Mesraeis secundum appellationem prisca memoria. Aegyptum namq; Mesrim, & Mesraeos omnes uocamus Aegyptios. Ioseph. lib. 2. cap. 12. antiq. iud. Iudæicarum.

Messa, rex Moab, qui à regibus Israel, Iuda, et Edom, obsessus in urbe Harafeth, in summis angustijs cōstitutus, primogenitum filium supra murum obtulit. Qua abominatione offensi reges soluerunt obsidionem. 2. Reg. 3.

Messab, hostile oppidum iuxta Gabaa. Eusebius de locis Hebraicis.

Messal, seu Misal, ciuitas Leuitarum in tribu Aser. Ios. 19. 21.

Messa.



Messalem, reddens, uel reddita. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Messalemeth, filia Arus, uxor Manasse regis Iuda. 2. Reg. 21.

Messe, regio Indiae, in qua habitauerunt filij Istan, filij Heber. Eusebius de locis Hebr.

¶ Messias.

Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Messias Hebraice, Christus Graece est, Latine unctus. Ab unctione enim dicitur Christus: Christus unctio est Graece, ergo Christus unctus. Ille singulariter unctus, praecipue unctus, unde omnes Christiani uiguntur. Ille praecipue, quomodo in Psalmo dicit, audi: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, praeparticipibus tuis. Participes enim eius omnes sancti: sed ille singulariter sanctus sanctorum, singulariter Christus, singulariter unctus. Augustinus tract. 7. in Ioannem.

Scio quod Messias ueniet, qui dicitur Christus. Messias unctus est. Unctus Graece Christus est. Hebraice Messias est: unde et Punicè Messe dicitur unge. Cognate quippe sunt linguae israhelicae et uicinae, Hebraica, Punica, et Syra. Id. ibid. tract. 15.

Messias quidem lingua Hebraeorum dicitur, quod septuaginta interpretati sunt, Christus: Aquila uerò unctus. Origenes tom. 14. in Ioannem.

Mesis multa. Mesis quidem multa, operarij autè pauci. Mesis multa, populorum significat multitudinem: operarij pauci, penuriam magistrorum. Et ut apertius loquar, mesis multa, omnis turba credentium est. Operarij autem pauci, et Apostoli et imitatores eorum qui mittuntur ad messem. Hier. in 9. Matthaei.

Nōne uos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et mesis uenit. Per messem nos intelligimus messem fructus, qui colligitur in uitam aeternam, iuxta perfectionem rationis, quae in notionibus nostris, seminis instar ingenua, multo labore perficitur. Origen. tom. 15. in Ioannem.

¶ Quot modis in Scriptura mesis dicatur, et in quot significationib. ponatur, dicere oportet: idque necessario apponendum reor, ut possimus significatione huius nominis nobis pro uiribus perspecta, ex pluribus uidere in quam ponendam sit. Dicemus ergo: Doctrinam Domini qui in Euangelio Matthaei, cum accessissent discipuli ad eum, dicentes: Ediffere nobis parabolam rix iniorum agri, de hoc nomine post alia dicit: Mesis est finis seculi, messores angeli sunt. At uerò etiam alio in loco de multitudine credentium, et opus habentium doctrina, quae illis manifestet ea quae credunt. Seruator inquit noster: Mesis quidem multa, operarij autem pauci, obsecrate ergo Dominum mesis ut emittat operarios in messem suam. Ad haec Apostolus semen quidem nominat benignitatem, quam exhibent homines in praesenti uita proximo suo, uel peccatum eorum: messem uerò ea quae unicuique merito reposita sunt, uel ob praecclare facta, uel ob peccata, quae in praesenti uita quisque egerit, sic dicens: Quicquid enim seminauerit homo, hoc etiam metet. quoniam qui in carne seminat, de carne messurus est corruptionem: at qui spiritu, et spiritu metet uitam aeternam. In aliqua ue-

ro simili significatione arbitror etiam Prophetam, qui in Psalmis circumfertur, dixisse: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua, uenientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Ponitur etiam hoc nomen frequenter, ut loqui consueuimus, quemadmodum in libro Ruth hisce uerbis: Veneruntque Bethlehè, cum mesis ordeacea inciperet. Idem ibid. tom. decimo sexto.

Mesti, uarietas. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Μετάνοια. Vide infra Poenitentia. Is quem facti sui poenitet, errorem suum pristinum intelligit. Ideoque Graeci melius et significantius μετάνοια dicunt, quam nos Latine possumus resipiscenciam dicere. Resipiscit enim, ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque, seipsam dementiae, et confirmat animum suum ad rectius uiuendum, tum illud ipsum maxime cauet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur. Lactantius libro sexto capite uigesimo quarto Diuinarum institutionum.

Mercha, 25. mansio Israelitarum. Num. 33.

Μεθοδία. Ut positus stare aduersus insidias diaboli. Μεθοδία, hoc est, insidias, artes uocat seu machinationes. Theodoretus in 6. ad Ephesios.

Metreta. Nomen mensurae est metreta, et a mensura accepit nomen ista mensura. Metron enim mensuram dicunt Graeci: inde appellata metreta. Augustinus tract. 9. in Ioannem.

Eandem mensuram ( sextariorum septuaginta duorum) habet metreta, iuxta mensuram sanctam. Tres mensurae similitudinis, quas Abraham angelis praeparare suam iussit, ex quibus mensuris panem subcinerit fieri praecipit. Epiphanius De mensuris et ponderibus.

Methri, familia trib. Benjamin, ex qua Saul ortus est. 1. Sam. 10.

Metus. Metum definiunt Philosophi, dissolutionem quae non paret rationi. Clemens Alexandrinus libro 1. cap. 13. pedagogi.

Meza, existo. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Mezol, Ezech. 17. Aquila uerit de Vzal, ut sit regionis nomen. Symmachus appellatiue translulit, desrens.

M I

Michael, archangelus. Fit eius mentio Dan. 10. 12. Apoc. 12. et in epist. Iuda.

Michael, quis ut Deus. Philo in interpr. nomin. de Numeris et Daniele. Hieronymus ibid. de epist. Iuda et Apocalypsi.

Michas, a matre instituitur Sacerdos idoli, quod postea a Danitis rapitur. Iud. 17. 18.

Micha, quis hic, aduerbium loci, uel quis est iste. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

Micheas, propheta, natus in urbe tribus Iuda, Maresa, contemporaneos Esae et Osee.

Micheas, filius Iemla, propheta paulo superior tempore regis Iosaphat. 1. Reg. 22. 2. Paral. 28.

Micheas, filius Gamariae. Hierem. 26.

Michea, quis hic, aduerbium loci, uel quis iste. Philo in interpr. nomin. de Michea.

Michol,

Michol, filia Saul, nupta Dauidi, eidemq; postea rursum erepta. 1. Regum 14. 18. 19. 25. 2. Regum 3. 6.

Michol, aqua omnis, uel ex omnibus. Philo in interpret. nom. de 1. Regum.

Miletus, ciuitas Asiae, de qua Ezechiel scribit. Eusebius de locis Hebraicis.

Miletus, ciuitas in Asia maritima, decem stadijs ab ostio Meandri amnis secreta, ubi Paulus Ephesorum maiores alloquitur. Est et insula non ignobilis nominis eiusdem in mari Aegeo uel Ionio. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Mileto, generare, siue qui est eius. Id. in interp. nomin. de 2. ad Timotheum.

Miletum, generantem. Id. ibid. de Actis apost.

Militēs. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Ideo milites dicimur, quia hostes habemus, contra quos laboriose debemus dimicare. Idem in 2. 2. ad Timotheum.

Militia bona, ut milites in illis bonam militiam. Bona militia est, in qua contra diabolum et uitia militatur. Id. in 1. 2. ad Timotheum.

Militine, de infirmitate, siue mandatum humilitatis. Id. in interp. nomin. de Actis apostolorum.

Minimus in regno caelorum. Minimus uocabitur in regno caelorum. Cum audis minimum in regno caelorum, nihil aliud intelligas, quam gehennam atq; supplicium. Solet enim caelorum appellare regnum non solum ipsa gaudia praemiorum, sed etiam resurrectionis tempus, et aduentum terribilem. Chrysostr. homil. 16. in Mattheum.

Minimi. Ex eo quod fecistis uni ex minimis istis frat. ib. meis, &c. Minimus hic dicit, aut quasi minimos in mundo existimatos, aut quia apud seipos minimi erant. Volentes enim apud Deum fieri magni, seipos minimos faciebant, quasi charissimi discipuli eius qui dixit: Discite a me, quia humilis et mitis sum corde. Origenes in 25. Matth.

Isti minimi sunt, qui recipiuntur in aeterna tabernacula. Augustinus sermon. de uerbis Domini.

Minimi qui sunt Christi? Hi illi sunt, qui omnia sua dimiserunt et sequuti sunt eum, et quicquid habuerunt pauperibus distribuerunt, ut Deo sine seculi compede expediti seruirent, et ab oneribus mundi liberatos, uelut penatos sursum humeros tollerent. Hi sunt minimi, Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non superbi. Appende minimos istos, et graue pondus inuenies. Id. ibid.

Et quicumq; uni ex minimis istis calicem aquae frigidae dederit, &c. Minimi sunt in ecclesia, qui modice iusticiae sunt, aut modice fidei. Autor operis imperfecti homil. 26. in Mattheum.

Minister. Nisi ministri eius cui credidistis. Ministerium executorem appellat, non de suo praebentem bona. Chrysostr. homil. 8. in 1. ad Corinth.

Ministri iusticiae. Quid magnum est, si et ministri illius personam in se transferunt quasi sint ministri iusticiae? Ministri iusticiae Apostoli sunt, quorum hi se socios mentiebantur, ut deciperent audientes. Ambrosius in 11. 2. ad Corinthios.

Ministerium. Siue ministerium in ministratio-  
ne. Rem hic generalem ponit. nam et apostolatus ministerium dicitur, et quoduis spirituale bonumq; opus, ministerium est. Est quidem et priuatae oeconomiae hoc nomen, hic uero generaliter dicitur. Chrysostr. serm. 21. ad Romanos.

Ministerium donationis & iusticiae. Nam si ministerio damnationis gloria, multo magis ministerium iusticiae gloria superabundabit. 2. Corinth. 3. Ministerium damnationis, mandata legis appellauit: iusticiae uero ministerium, gratiam Saluatoris nuncupat, cui superabundantiam gratiae attribuit, recte de natura rerum, ut homo diuinus iudicans. Cyrillus lib. 1. cap. 21. in Ioannem.

Ministerium iusticiae. Quid magnum est, si et ministri illius personam in se transferunt quasi sint ministri iusticiae? Quid est ministerium iusticiae? Id scilicet quod nos sumus, euangelium praedicantes uobis, quod iusticiam habet. nam uel hoc dicit, uel quod iustorum uirorum sibi opinionem assumunt. Chrysostr. homilia 24. in 2. ad Corinth.

Ministerium exornare. Dehonestare. Quam diu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Exornat et illustrat ministerium, qui bene ministrat: sicut e contrario dehonestat ministerium suum, et notabile facit, qui negligenter et indignè ministrauerit. Origenes libro octauo ad Romanos.

Ministraciones. Et diuisiones ministracionum sunt: et idem Dominus. Ministraciones uocantur, quia per homines ad hoc ministerium ordinatos dabantur. Ita etiam dixit in epist. ad Romanos: Quatenus ego quidem sum gentium Apostolus, ministerium meum glorifico. Et scribens ad Timotheum, aliquando quidem: Imple ministerium tuum: aliquando uero: Admoneo te ut resuscites gratiam Dei. Theodoretus in 12. 1. ad Corinthios.

Miphiboseth, filius Ionathe, nepos Saulis, claudus, interfecto patre et auo, apud Dauidem amicum patris liberaliter fouetur. 2. Samuel. 4.

Miphiboseth, de ore ignominia. Philo in interpret. nomin. de 1. Regum.

Misac, cognomen socij Danielis, qui antea Misael uocabatur. Danielis 1. 3.

Misac, qui risus, uel de gaudio. Philo in interpret. nomin. de Daniele.

Misael, nepos Caath, filij Lewi. Exod. 6.

Misael, tacitus Dei, siue quis interrogauit. Philo in interp. nomin. de Exodo.

Misael, quae palus Domini. Idem ibid. de Daniele.

Misaida, locus filiorum Iacin in solitudine, in quo obiit Aaron. Euseb. de locis Hebraicis.

Misericordia. Beati misericordes. Misericordia non solum in elemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. Hieronymus in 5. Matthei.

Misericordia est, in aliorum malis tristitia. Damascenus lib. 2. cap. 14. de Orthodoxa fide.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Misericordia non est, ut quidam existi-

intrant Philosophi, molestia propter alienas calamitates: sed est potius quid diuinum, ut dunt Prophe- ta. Misericordiam, inquit, uolo, & non sacrificium. Misericordes autem esse uult, non solum qui faciunt misericordiam, sed etiam qui misereri uolunt, etsi non possint, quibus adest ut sponte & libera uolun- tate operentur. Clemens Alexandrinus libro quarto, Stromatum.

Qui miseretur in hilaritate. Multiplex est misericordia sub uno uocabulo. Nam si supra dixit: Qui largitur in simplicitate, quid erat opus iterare, nisi quia sub uno misericordia nomine multa bona o- pera significauit? Peccatis enim ignoscere miseri- cordia est, et in necessitate aliqua posito uel oppresso opem ferre, misericordia est: & nudum uestire, & esurienti panem frangere, & paruulum expositum colligere, & cadauer operire, & alia operari, mise- ricordia est. Ambrosius in 12. ad Romanos.

Misericors. Beati misericordes. Non tantum ille misericors est, qui miseretur aut pauperi aut pupillo, aut uidue: hec enim misericordia & apud illos in- uenitur frequenter, qui non cognoscunt Deum. Ille autem uerus misericors est qui inimico proprio mise- retur, & benefacit ei secundum quod scriptum est: Diligite inimicos uestros, & benefacite eis qui uos oderunt. Autor operis imperfecti in 5. Matth. ei.

Misor, ciuitas Og regis Basan. Significat autem Misor loca plana atq; campestria. Eusebius de locis Hebraicis.

Misor, pro quo Aquila & Symmachus humilem in- terpretati sunt. Est autem ciuitas tribus Ruben, sepa- rata Leuitis in regione Gabalena. Id. ibid.

Misor, regio Moabiturum iuxta Hieremiam. Id. ibidem.

Misor, directum, quod Græcè dicitur *μισος*, uel pla- na atq; campestria. Philo in interpretationibus nom. de Deuteronomio.

Misor, directa, siue campestris, uel de tribulatio- ne. Id. ibid. de Iesu Naue.

Missus. Qui non honorificat filium. non hono- rificat patrem qui misit illum. Missum, translationis uerbum est: ubiq; enim presens est Deus, quare ergo missum se dicit? Crassiori hoc uerbo eiusdem cum Pa- tre uoluntatis esse demonstrat. Chrysostomus homilia 33. in Ioannem.

#### ¶ Quid inter mitem & misericor- dem interlit.

Mitis & misericors unum uidentur: sed interest, quod mitis est, qui pietate non contradicit diuinis sen- tentijs, quæ in sua peccata proferuntur, neq; illis Dei sermonibus quos nondum intelligit, sed nullum bene- ficium præstat ei, cui non contradicit neq; resistit. Misericors autem ita non resistit, ut propter eius cor- reptionem id faciat, quem redderet resistendo peiorem. Augustinus libro primo, super sermonem Domini in monte.

Mites. Beati mites, &c. Mites sunt, qui cedunt improbitatibus & non resistunt malo, sed uincunt in bono malo. Id. ibid.

Mites sunt homines mansueti, humiles, & modesti,

in fide simplices, & ad omnem iniuriam patientes, qui præceptis euangelicis instituti, Dominice mansuetu- dinis imitentur exemplum, qui ait in euangelio: Disci- te à me, quia mitis sum, & humilis corde. Chroma- tium tract. 1. in 5. Matth. ei.

Mites sunt, qui infidam quæ est in animæ pugnam sedauerunt, iræ & cupiditatis, et eorū quæ sub eas ca- dunt. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Mizaab, Genesis 36.

Mizaab, aquam hauriens, siue aqua fluens. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Mizraim, uide Mesraim.

#### M N

Mna, Latinis Mina, in Hebraica lingua Mneme uocatur. Italica Mina, quadraginta staterum est, hoc est, unciarum uiginti, id est, libræ unius & duarum tertiarum partium libræ. Epiphanius de Mensuris & Ponderibus.

Mnalis aut Medimnus ex Romana, ut puto, lin- gua acceptus est, à uoce medium in ea lingua. Mna- sis itaque apud Cyprios mensuratur, & apud alias gentes, sunt autem decem modij frumenti aut or- dei. Estq; Modius apud Cyprios sextariorum decem ac septem. Medimnus uero apud ipsos Cyprios diuersus est. Medimnum enim Salaminij siue Con- stantij ex quinq; modijs habent. paphij uero & Sicili ex quatuor cum dimidio modijs ipsum metiuntur.

Satu uocatur ex ipsa Hebræa lingua accepta, & muliebri genere prolata. Verum in Græca neutro ge- nere profertur, Saton enim dicitur, & non Satos. Est autem Modias superexpletus, ut plenus quidem fiat Modius, uerum per id quod superfluit, quarta mo- dij pars fiat. Appellatur autē Saton iuxta eandem lin- guam prolata, assumptio aut eleuatio, eo quod men- suras habitu quodam mensuram accipiat ac leuet. At modij nomen per multam diligentiam ab Hebræis in- uentum est, uiginti duos sextarios complectens, non autem simpliciter, neq; prout contingit, sed propter multam sinceritatem. Nam Modius iustus, quemadmo- dum lex dicere solet, iuxta mensuram sanctam mensu- ratus est. At Menlura sancta nihil aliud est, quam uiginti duo opera, quæ fecit Deus in sex diebus heb- domadis. Id. ibid.

Mnason, Cyprius, hospes Pauli. Act. 21.

Mnasonem, consolantem, siue quiescentem. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

#### M O

Moab, filius Loth. Genesis 19.

Moab, ab uno filiorum Lot, qui uocabatur Moab, urbs Arabia, quæ nunc Areopolls dicitur, sic uoca- ta est: cuius & supra meminimus. Appellatur autem Moab ex nomine urbis & regio. Porro ipsa ciuitas, quasi proprium uocabulum possidet. Eusebius de locis Hebraicis.

Rabbath Moab, id est, grandis Moab. Id. ibid.

Moab, de patre. Philo in interpr. nom. de Genesi & Exodo.

Moab ex patre significat. Iosephus lib. 7. cap. 19. Antiquitatum Iudaicarum.

**Mocotha**, palæ eius. Idem ibidem.

**Modaba**, natiuitas. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Modestia**, à modo dicitur. Tertullianus in exhortatione ad castitatem.

**Modim**, uicus iuxta diospolim, unde fuerunt Maccabæi, quorum hodieq; ibidem sepulchra monstrantur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Modin**, mons & oppidum in tribu Dan, in quo Maccabæi abominantes impia edicta Antiochi Epiphani, quibus idolis sacrificare iubebantur, confederunt, & se ac alios pios, qui eò confugerant, fortiter defenderunt. 1. Macc. 2. 9. 13. 16.

**Modius**, Hæc mensura uocatur apud Heb. Mode, apud Græcos Modio, propter claritatem. Similiter autem & Aegyptij hanc mensuram uocant, Syri item ac Arabes Modia dicunt, & significat uox ipsa confessionem. Impletus enim modius confitetur, quod plenus est, appellatur autem & Gnomon. Epiphanius de Mensuris & ponderibus.

**Modius** ex Hebraica lingua inuentus est, & à confitendo dictus, ex ipso usu facta interpretatione. Nisi enim ipsam plenissime quis impleuerit, non confitetur quod plenus est. Vbi uero repleuerit mensuram ac conuulserit, tunc confitetur, quod plenus est. Id. ibid.

**Moechari**. Qui dicit non moechandum, moecharis. Non est una moechia. Nam omne quod Deo debet anima, si alicui propterquam Deo reddiderit, moechatur. Hieronymus in 2. ad Romanos.

**Moga**. Moga primum dicebatur, quæ postea Capadocia, nunc autem Cæsarea, à Romanis hac sortito uocabulo, id est, à Cæsare, Iosephus lib. 1. cap. 2. Antiquitatum Iudaicarum.

**Molada**, oppidum tribus Simeon. Ios. 19.

**Moladab**, in tribu Iuda uel Symeonis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Moloch**, idolum Ammonitarum. 1. Reg. 11. Leuit. 18. Hierem. 32.

**Moloch**, rex. Philo in interpr. nom. de libris regum & Hieremia.

**Moloch**, rex uester, quem & Melchom solent dicere. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Mons**. Daniel Propheta d. cit. uidisse se lapidem præcisum de monte sine manibus. Sed quid sequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & factus est mons magnus, & impleuit uniuersam faciem terræ. Montem regnum uult intelligi Iudeorum. Sed regnum Iudeorum non impleuerat uniuersam faciem terræ. Inde præcisus est ille lapis, quia inde natus est in presentia Dominus. Et quare sine manibus, Quia sine opere uirili uirgo peperit Christum. Augustinus tractatu quarto in Ioannem.

**Mons Oliuarum**, ad orientem Hierusalem, in quo discipulos erudiebat Iesus. Eusebius de locis Hebraicis.

**Mons oliueti**, ad orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima uestigia Domini humo impressa hodieq; monstrantur. Cumq; terra eadem quotidie à credentibus hauriatur: nihilominus tamen eadem sancta uestigia, pristinum statum continuo recipiunt. Hieronymus de locis libri Actorum apost.

**Mooli**, filius Merari, nepos Leui. Exod. 6.

**Mooli**, de infirmitate, siue eborus meus, aut ab initio. Philo in interpr. nom. de Exodo.

**Mophath**, regio Moabitarum, sicut in Hieremia legimus. Posita est & supra Mephra. Eusebius de locis Hebraicis.

**Morasthi**, unde fuit Micheas Propheta. Est autem uicus conera orientem Eleutheropoleos. Id. ibid.

**Morasthi**, hæres meus. Philo in interpr. nom. de Michea.

**Morastites**, cognomen Michea Propheta, à patria Maresa, quæ est oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

**More**, nomen est collis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Mores boni**. Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Mores bonos, ciuilius pueriles illos & deceptu faciles uocauit. Chrysostomus homil. 40. in 1. ad Corinth.

Bonos hic leues uocauit, qui facile decipiuntur.

Theodoretus in 1. 5. 1. ad Corinth.

**Morethi**, hæres meus. Philo in interpr. nomin. de Hieremia.

**Morome**, Iud. 5. regio seu campus eminens et patens.

**Moria**, mons, in quo Abraham immolauit filium Isaac, & in quo templum à Salomone postea edificatum est. 2. Par. 3.

**Mori** est, uitalem amittere habilitatem, & sine spiramine in posterum, & inanimalem & immobilem fieri, & deperire in illa, ex quibus & initium substantiæ habuit. Irenæus lib. 5. pag. 301. contra hæreses.

**Mori in pace**. Tu autem uades ad patres tuos in pace, nutritus in senecta bona. Quis est qui moriatur in pace, nisi qui habet pacem Dei quæ omnem sensum superat, custoditq; cor possessoris sui. Quis est qui de seculo isto recedit in pace, nisi is qui intelligit quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, nihilq; inimicum habet aduersarium Dei, sed omnem pacem atq; concordiam bonis in se operibus assumpsit, & sic in pace dimittitur pergere ad sanctos patres, ad quos & S. Abraham profectus est: Origenes hom. 15. in Lucam.

**In peccatis suis**. Nisi credideritis, quod ego sum moriemini in peccatis uestris. Quid est in causa, ut homines moriantur in peccatis suis, nisi non credere ressum esse Christum? Ipse enim, inquit, nisi credideritis, quod ego ipse sum, moriemini in peccatis uestris.

Quod si quis non credit Iesum esse Christum, moritur in peccatis suis: scilicet qui non moritur in peccatis suis, is Christo credidit. Id. tom. 19. in Ioannem.

**Mors**. Mors ista non est interitus, sed solutio corporis. Abdias lib. 9. Historiæ certaminis Apostolici.

Nihil aliud est mors, quam discretio ac separatio animæ à corpore. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hæreses.

Si mors non aliud determinatur, quam disiunctio corporis animæq;: contrarium morti uita non aliud definitur, quam coniunctio corporis animæq;. Tertullianus de Anima.

**Mortem** nihil aliud esse definiunt sapientes, nisi separationem animæ à corpore. Origenes in 27. Math.

Mors est, quando de corpore anima exit. Augustinus tractatu 65. in Ioannem.

Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in eternum. Quæ est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo in gehennam præcipitetur. Idem ibidem tract. 43.

Mors est, discessus animi à corpore. Damascenus lib. de duabus Christi uoluntatibus.

Mors in Scripturis unum quidem nomen est. sed multa significat. Etenim separatio corporis ab anima mors nominatur. Sed hæc neq; mala, neq; bona dici potest: est enim media, quæ dicitur indifferens, id est, communis. Et rursus separatio animæ à Deo mors appellatur, quæ per peccatum uenit. Hæc aperte mala est, quæ & peccati stipendium nominatur: hanc mortem Deus non facit, neq; letatur in perditione uiuorum, inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum. Et ipse iterum autor mortis huius diabolus mors appellatur, & ipse est qui dicitur inimicus Christi nouissimus destruendus. Sed & inferni locus in quo animæ detinebantur à morte, etiam ipsa mors appellatur. Dicitur etiã illa mors laudabilis qua peccato quis moritur, & Christo consepelitur, per quam emendatio fit animæ, & uita æterna conquiritur. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Mors pro pœna æterna. Et per peccatū mors. Illa sine dubio mors de qua & Propheta dicit: Quia anima quæ peccat, ipsa morietur: cuius mortis hanc corporalem mortē umbram meritō quis dixerit. Quo cumq; enim illa inceserit, hanc necesse est subsequi, uelut umbram corpus. Id. ibid. lib. 5.

Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Mortem hęc nobis immortalem significat, nimirum pœnam & supplicium gehennæ. Chrysostomus sermone 14. ad Romanos.

Pro diabolo. Certus sum enim quia neq; mors, &c. Mors quam hęc dicit, ille accipiendus est quem supra expo. uimus, inimicum Christi destruendum nouissimum dici. Qui utiq; propterea mors dicitur, quia sicut hæc communis mors animam separat à corpore, ita à charitate Dei animam separare & ille contendit: & hæc utiq; est animæ mors.

Pro dormitione. Potest etiam mortem eiusdem significare illud: Recumbens dormiisti ut leo, & ut catulus: ex quadã ipsius scripturæ consuetudine, quæ sua quadam propria consideratione, etiam mille alijs in locis mortem, dormitionem somnumq; appellat. Euseb. lib. 8. demonstr. 1. de Demonstratione Euang.

Pro ignorantia. Nolo mortē peccatoris, sed eius pœnitentiam. Mortem, ut arbitror, dicit ignorantiam. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

¶ Mors duplex. Mors dissolutio corporis est, cum anima à corpore separatur. Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehenna, quam nos peccato Ade patimur: sed eius occasione proprijs peccatis acquiruntur, à qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, sed superiori quasi in libera, quia ad coelos ascēdere non poterant. Ambrosius in 5. ad Romanos.

Si complantati facti sumus similitudini morti illius.

Mortem duplicem ponit. Priorem quidem qua sumus à Christo in baptisate regenerati: alteram uerò quæ debeat à nobis, post acceptã gratiam, impensa nostrã diligentia fieri. Chrysostomus serm. 11. ad Romanos.

Duplex est mors. Primam sic definimus, Mors est naturæ animantium dissolutio. Vel ita: Mors est corporis animæq; seductio. Secundam uerò sic, Mors est æterni doloris perpessio. Vel ita: Mors est animarū pro meritis ad æterna supplicia damnatio. Lactantius lib. 2. cap. 13. Diuinarum institutionum.

Nolo mortem morientis, sed reuertatur à uia sua mala, & uiuit anima eius. Mors ista morientis, uia sua mala est, Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

Mors naturæ est, solutio uinculorum animæ à corpore. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Beatus qui habet partem in prima resurrectione, et secunda mors non dominabitur. Secunda mors est ignis & sulphur. Vides ergo quia per dānationem animæ, non dicit ipsam solutionem animæ, sed cruciationem gehennæ, quæ est mors secunda. Autor operis imperfecti homil. 25. in Mattheum.

Hæc est hominis mors uera, cum animæ nescientes Deum per longissimi temporis cruciatu consumuntur ignifero, in quem illas iaciunt quidam crudeliter seui, & ante Christum incogniti, & ab solo sciente detecti. Arnobius lib. 2. aduersus Gentes.

B. Ioannes dicit: Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & Sulphuris. Et alio loco: Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis. Hęc mors secunda est stagnum ignis. Et qui non est inuentus in libro uite scriptus, missus est in stagnum ignis. Rursus dicit: Dubijs autem & infidelibus, contaminatis, & homicidis, & impudicis, & ueneficis, & idolis seruentibus, & omnibus mendacibus, pars eorum in stagno ardenti & sulphuræ, quod est mors secunda. Illam secundam nuncupat mortem, quæ sequitur ex sententia iusti iudicis, non illam quæ præcessu in malâ concupiscentia peccatoris. Qua morte Saluator quosdam mortuos assererat, dicens: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Apostolus de uida: Quæ autem in delicijs est uiuens, mortua est. Fulgentius libro 1. ad Monimum.

Sicut enim uiuimus, Domino uiuimus: siue morimur, Domino morimur. Mortem appellat illam, quæ Christo consepulti, & in morte ipsius baptisati peccato mortui sumus: & uitam qua alieni effecti ab hoc mundo, & ut ipse ait, ex mortuis uiuentes, non nobis, id est, non carni uiuimus, sed Deo. Idem ibidem libro nono.

#### ¶ Quid inter mortem & uitam interfit.

Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificetis, uiuetis. Inueniendum sane est, quod sicut mortem non istam communem, sed illam peccati dicit: Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: & uitam non hanc communem, sed illam dicit æternam, ad quam perueniet omnis qui secundum ea quæ supra exposuimus perfectus, spiritu mortificet actus carnis. Origenes libro sexto ad Romanos.

Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit in aeternum. Quemadmodum est quaedam uita quae nobis est indifferens, neque bonum neque malum existens (iuxta quam etiam impios, & animalia bruta uiuere dicimus) & altera quae non est indifferens, non malum, sed bonum existens (de qua inquit Paulus: Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Et ipse Dominus noster de se ipso: Ego sum uita.) ita mortem eam quae contraria sit indifferenti uita, indifferentem dixeris: illam uero quae est in uita dicenti: Ego sum ueritas, malam quandam & asperam mortem: quae qui moritur, est in morte. de qua scriptum est: Ultimus inimicus aboletur, nempe mors. Ac profecto de hac morte censendum est Apostolum haec loqui: Propter hoc quemadmodum per unum hominem peccatum intrauit in mundum, etiam per peccatum mors, & sic in omnes homines pertransiit, eo quod omnes peccauerunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum enim non imputatur non existente lege: sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt ad similitudinem transgressionis Adam. Et post pauca: Etenim si per unius delictum mors regnauit per unum, multo magis hi qui exuberantiam gratiae & iustitiae accipiunt per uitam, regnabunt autore uno Iesu Christo. Quae enim est mors, quae per peccatum introiit in mundum, nisi ultimus inimicus Christi abolendus? & quae nam mors illa est, quae in omnes homines peruenit, eo quod omnes peccauerint, nisi haec? quae etiam regnauit ab Adam usque ad Moysen. Idem tomo uigesimo septimo in Ioannem.

Stipendium enim peccati mors est. Gratia autem Dei, uita aeterna in Christo Iesu Domino nostro. Res eodem uidetur esse deducta, ut ostensum sit mortem quidem esse eam in corpore animae coniunctione quae est dedita peccato. Vitam autem a peccato separationem. Clemens Alexandrinus libro 4: Stromatum.

Quod si administratio mortis fuit in gloria &c. Administrationem mortis, ipsam dicit legem. Chrysostomus homilia septima, in secundum ad Corinthios.

Ministratio, ministratio enim mortis ministratio legis uocauit, quoniam lex puniebat eos qui transgrediebantur. Theodoretus in tertium, secunde ad Corinthios.

Regnum. Sed regnauit mors ab Abraham, &c. Quod regnum mortis est, nisi cum sit uoluntas eius dum imperat ad perniciem obedientis? Ambrosius in 5. ad Romanos.

Morti destinati. Tanquam morti destinat. Morti destinat, hoc loco reos, & in numeris mortibus dignos appellat. Chrysostomus homilia duodecima, in primam ad Corinthios.

Mortem gustare. Quoniam hic quidem scriptum est apud tres Euangelistas, non gustabunt mortem, in alijs autem Scripturis uaria de morte sunt dicta: non est superuacuum ut etiam illa conferentes cum istis discutiamus largius quid sit mortem gustare. In Psalmis dictum est: Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortem? Item alibi: Veniat mors super illos,

& descendant in infernum uiuentes. Item apud aliquos Prophetarum: Absorbuit mors praenales. Item in Reuelatione, mors & infernus quosdam sequuntur. Videtur ergo mihi in istis, quia aliud est mortem, gustare, aliud autem mortem uidere, aliud uenire super aliquos mortem, aliud absorbere mortem, aliud autem mortem sequi. Quero autem in istis, ne forte grauius sit gustare mortem quam uidere: item peius est quem sequitur mors, quam qui gustat: & non solum ut sequatur; sed etiam ut ueniat super aliquem mors. & comprehendat quem sequebatur. Absorbere autem a morte, omnibus uidetur mihi grauius esse. Si autem consideraueris peccantium differentias, puto quod non dubitabis suscipere haec quae de mortis differentia sunt tractata a nobis, & dicta in Scripturis per Spiritum sanctum Origenes tractatu tertio in Mattheum.

Videre & gustare. Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in aeternum. Videte locutionem Scripturarum: Mortem non uidebit, id est, non gustabit: mortem uidebit, mortem gustabit. Quis uidet? Quis gustat? Quos oculos habet homo, ut uideat quando moritur? Quando ueniendo mors ipsos oculos claudit, ne aliquid uideant. Quomodo dicitur non uidebit mortem? Item quo palato, quibus faucibus mors gustatur, ut quid sapiat dignoscatur? Quando totum sensum tollit, quid in palato remanebit? Sed uidebit dictum est, & gustabit, pro eo quod est experietur. Augustinus tractatu quadragesimo tertio in Ioannem.

Pertransire. Introiit quidem mors in mundum, & in omnes pertransiit, non tamen in omnes regnauit. Aliud est enim pertransire, & aliud regnare. Peccatum enim pertransiit etiam iustos, & leuit quaedam eos contagione perstrinxit. In praericatoribus uero, id est, his qui se ei tota mente ac deuotione subiiciunt, regnum tenet, & omni potestate dominatur. Origenes libro 5. ad Romanos.

Mortale. Oportet mortale hoc inducere immortalitatem. Quod est mortale, quam corpus, quod non solum suscipit in se ipso immortalitatem, sed etiam habitatione excipit: & induturam est immortalitatem, non corpore abiecto, & anima non moriente, immortalitatem induente, sed mortali induente immortalitatem, & corruptibili incorruptibilitatem, hoc est, ipso corpore. Epiphanius libro primo tomo tertio contra Hereses.

Mortalitas. Varij sunt mortalitatis modi. Corporis unus, iuxta quem cum esset mortuus Abraham, mortuus tamen non erat: non enim Deus mortuorum est Deus, sed uiuentium. Anima est alius, de quo Christus loquitur, cum dicit: Sine ut inortui sepeliant mortuos suos. Est & alius quidam laudatus, qui per Philosophiam Christianam fit, cuius meminit Paulus dicens: Mortificate membra uestra quae sunt super terram. Postremo & alius est, unde is de quo iam proxime diximus causatur, nimirum qui baptismatis est. Vetus enim homo noster, inquit, crucifixus est, hoc est, mortificatus est. Chrysostomus sermone undecimo ad Romanos.

**Mortuus.** Deus autē non est mortuorū, sed uiuorū. Quis est mortuus? utiq; peccator, qui non habet dicentē. Ego sum uita, qui habet mortua opera, qui nec dum pœnitentiam egit ab operibus mortuis. De quo Apostolus ait; Nunc rursus fundamentum iacientes pœnitentia ab operibus mortuis. Origenes homilia 6. in Hieremiam.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuus est quicunq; non credit. Si autem mortuum sepeliū mortuos, non debemus curā habere mortuorū, sed uiuentium: ne dum solliciti sumus de mortuis: nos quoq; mortui appellemur. Hieronymus in 8. Mathæi.

**Mortuum resuscitari.** Nihil aliud est mortuum resuscitari, quā integrum fieri. Tertullianus de Resurrectione carnis.

**Mortui.** Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei. Nemo poterit aliud mortuos interpretari, qui sunt in monumentis, nisi corpora & carnes: quia nec ipsa monumenta aliud quā cadauerum stabula. id. ibid.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? potestne mortuus a mortuis sepeliri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Et inuoluunt, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. August. serm. 7. de uerbis Domini.

Eos recte mortuos existimaueris, qui datorem uite Deum nescientes, atq; animas suas a cœlo in terram deprinētes, in laqueos æternæ mortis incurrunt. Lactantius lib. 4. cap. 26. Diuinarum institutionum.

Quando mortui audient uocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Non dixit, omnes mortui audient, & qui audierint uiuent: mortuos enim iniquos uolebat intelligi. Augustinus tractatu 19. in Ioannem.

**Mortui mortuū sepelire.** Sine mortuos sepelire mortuos suos. Infideles quando cadauer sepeliunt, mortui mortuum sepeliunt. illius corpus animam perdidit, illorum anima Deum. Sicut enim anima est uita corporis, sic uita animæ Deus. Sicut expirat corpus cum animam emittit, ita expirat anima cum Deum amittit. Deus amissus, mors animæ: anima emissa, mors corporis. Mors corporis necessaria, mors animæ uoluntaria. Id. serm. 6. de uerbis Domini.

Qui uiuificat mortuos, & uocat ea que non sunt, &c. Mortuos hic secundum animæ peccatum intelligimus: quoniam anima, inquit, que peccat morietur. Sicut enim in morte corporali pereunt sensus, & nec quis ultra corpus, neq; auditum, neq; odoratum, aut gustum recipit, uel tactum: ita & qui spirituales sensus in anima perdiderit, ut non uideat Deum, neq; audiat uerbum Dei, neq; suauem odorem capiat Christi, neq; gustet bonum Dei uerbum, neq; manus eius pertractent de uerbo uitæ, huiusmodi homines merito mortui appellantur. Origenes lib. 4. ad Romanos.

**Mortificari.** Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Mortificari dicuntur, si cessent, non sunt enim si cessant, quia peccatum non est, si non fiat. Ambrosius in 8. ad Romanos.

**Mortificatio Domini Iesu.** Semper mortificationē Domini Iesu in corpore circumferētes, &c. Que est mortificatio Domini Iesu quam circumfere-

bant? mortes quotidiane, per quas & resurrectio monstrabatur. Si enim quis non credit, inquit, quod mortuos est Iesus, & resurrexit, nos uidentis quotidie morientes & resurgentes, credat postea resurrectionem. Chrysostomus homil. 9. in 2. ad Corinthios.

**Moschini a Mosochim plantati sunt,** qui nunc Cappadoces nuncupantur, quorum antiquæ appellationis signum ostēditur. Nam ciuitas est apud eos, que adhuc Moha dicitur, ostendens intelligere uolenti, quod aliquando omnes gentes regionis ipsius ita uocatae sunt. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiq. Iudaicarum.

**Moleroth,** 27 mansio Iſrahelitarum. Num. 33. Deuteron. 10.

**Molera,** eruditio, uel dſciplina eius. Philo in interp. nomin. de Deuteronomio.

**Moles,** palpans, siue leniens. Id. ibid. de 1. ad Corinth. & Hebræos, & epist. Iudæ.

**Moses,** filius Amram, nepos Caath, filij Leui. Exod. 6. nascitur. Ibid. 2. uocatur ad suum ministerium. Ibid. 3. instituit Pascha. Ibid. 12. educit filios Iſrahel per mare Rubrum. Ibid. 14. producit aquam de petra. Ibid. 17. accipit a Deo legem in monte Sina. Ibid. 20. & deinceps. Instituit sacrificia in Leuitico. Repetit legem in toto Deuteron. Moritur. Deut. 34. Psal. 89.

**Moyſes,** uel Moses atrectans, uel palpans, aut sumptus ex aqua, siue assumptio. Philo in interp. nomin. de Exodo.

**Moyſes,** assumptus, uel palpans, siue contrectans aut ugens, sed melius est, ex aqua. Hieronymus ibid. de Luca, & 2. ad Timotheum.

**Moyſes interpretatur** teutatio Dei, & inuentio. Cyprianus tract. de montibus Sina & Sion.

**Moyſi** secundū euentum rerum nomen impositū est, eo quod de flumine sit saluatus. Aquam enim Moy Aegyptij uocant, Eſis uerō saluatus. Componentes itaq; hoc ex amobus, Moyſes ei nomen imposuerunt id est, ex aqua saluatus. Iosephus libro 2. cap. 9. antiq. Iudaicarum.

Deinde puero imponit nomē Regina, Moses, apta etymologia, eo quod eum ex aqua suscipulisset. Aquam enim Moy uocant Aegyptij, in qua moriturus fuerat expositus. Moyſen enim uocat eum qui ex aqua emerſus respiraauerit. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom.

**Mose,** saluificator siue a saluatore. Philo in interp. nomin. de 3. Regum. (Exod.

**Moh,** atrectator, siue palpator meus. Id. ibid. de Moſes pro lege. Habent Moyſen et Prophetas, audiāt illos. Non utiq; homines aliquos dicebat in corpore positos Moſen & Prophetas, sed hæc que per Moſen Spiritu Dei dictante scripta sunt, Moſen ea nominauit. Origenes homil. 26. in Numeros.

**Moyſes pro lege accipi solet:** Habent, inquit, Moſen & Prophetas. Cyrillus lib. 3. cap. 3. in Ioannem.

Sed usq; in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, uelamen positum est super cor eorum. Legem Moſem appellauit: uelamen autem incredulitatem. Theodoro reus in 3. 2. ad Corinthios.

**Moloch,** filius Iaphet. Genesis 10.

**Mosoch,** prolongatio, siue defectio, aut certē compressus. Philo in interp. nomin. de Genesi.

Mosoch, amentes, siue trahentes. Id. ibid. de Ezechiele.

Mosoc, rapientes. Id. ibid. de Esaia.

Mosphetaim, pro quo Aquila interpretatur fortium, Symmachus uicinarum. Eusebius de locis Hebr.

## M V

Mulier. Omnis mulier orans, aut prophetans non uelato capite, dehonestat caput suum. Naturale uocabulum est femina. Naturalis uocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale, uirgo, uel nupta, uel uida, uel quod etiam etatis nomina accedunt. Subiectum igitur est generali speciale, qui à generale prius est, & subiectiuum accessiuo, & portionale uniuersali: in ipso intelligitur cui subijcitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus, nec pes, nec ullum membrorum desiderat significari, corpore nominato. Et si mundum dixeris, illic erit & cœlum, & quæ in eo, sol, & luna, & sidera, & astra, & terra, & freta, & omnis sensus elementorum. Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus constat. Sic & mulierem nominando, quicquid est mulieris nominauit. Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud nisi ei soli quæ uirum passa est, probari à nobis oportet proprietatem eius uocabuli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam uirgines censeantur. Cum hoc genus secundi hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis, femina illa, statim mulier est cognominata, adhuc scilicet, adhuc digna paradiso, adhuc uirgo. Vocabitur, inquit, mulier. Habes itaque nomen non dico iam uirgini commune, sed proprium, quod à principio uirgo sortita est. Tertullianus de uelamentis uirginibus.

Mulier quæ fermentum accepit. Simile est regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus. Mulier ista quæ fermentum accepit, & abscondit illud in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum: uel prædicatio mihi uideatur Apostolica: uel ecclesia quæ de diuersis gentibus congregata est. Hæc tollit fermentum, noticiam scilicet & intelligentiam Scripturarum, & abscondit illud in farinae satis tribus: ut spiritus, anima, & corpus in unum redacta, non discrepent inter se: sed cum duobus & tribus conuenerint, impetrent à Patre quodcumque postulauerint. Hieronymus in decimum tertium Matthei.

Mundicia perfecta. Est perfecta, ut sentio, mundities, quæ est mentis & operum & cogitationum, & præterea sermonis quoque sinceritas, & ultima peccati in insomnijs uacuitas. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Mundus pro loco in quo habitant homines. Cœlum & terra, mare & omnia quæ in eis sunt, mundus dicitur. Iterum alia significatione, dilectores mundi mundus dicuntur. Augustinus tract. 2. in Ioan-nem.

Per unum hominem peccatum introiit in hunc mundum. Certum est quia hic mundum terrenum hunc appellat locum in quo homines habitant. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Mundus, ut diximus, intelligendus uel locus in quo habitant homines, uel terrena & corporalis uita, in qua mors habet locum. Cui mundo, hoc est, terrene uitæ crucifixos se dicunt sancti, & mortuos. Idem ibidem.

Mundum nunc dicimus, omne quod est super cœlos, & in cœlis, uel supra terram, uel in his quæ inferi appellantur, uel quæcunque usquam prorsus loca sunt, & hi qui in ipsis degere nominantur. Totum ergo hoc mundus uocatur. Id. lib. 2. capite nono Periarchon.

Pro rebus temporarijs. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundum uocauit, res quæ ad uitam pertinent, honorem, gloriam, diuitias, eis se dixit esse mortuum. Theodoretus in 6. ad Galatas.

Mundum hic appellat non cœlum, neque terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, similitudinem, gloriam, opes. Chrysostomus ibid.

Mundum Scriptura sacra uocat res terrenas: mundani uerò sunt hisce rebus animo adherentes & uacantes. Ad quos etiam dicit ore obiurgatorio: Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & uitæ arrogantia, ex Deo non sunt, sed ex mundo, & reliqua. Maximus centuria secunda de Charitate.

Pro hominibus. Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi. Mundus homines significantur. Sicut dictum est de Salvatore: Ecce totus mundus abiit post illum. Ambrosius in 1. ad Romanos.

Ne ambiguum uideretur mundi nomen, quoniam quidem sæpe ad cœlum & terram sæpe ad solam terram, interdum uerò ad omnes homines mundi refertur: idcirco repetit Apostolus, & manifestius in quo dixerit mundum designat. Ait enim: Hæc diminutio eorum, diuitiæ gentium. Origenes libro octauo ad Romanos.

Vos estis lumen mundi. Hic mundum non cœlum & terram, sed homines qui sunt in mundo, uel diligunt mundum oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Augustinus lib. 1. super sermonem Domini in Monte.

Væ huic mundo à scandalis. Arbitror quia non cœli & terræ spacium secundum Scripturas diuinas dicitur mundus, sed terrenus iste tantummodo locus, uel homines qui sunt habitatores loci istius. Sic enim intelligitur illud quod ait: in mundo enim erat uerum illud lumen, id est, in loco terræ nostræ quam habitamus: & mundus per ipsum factus est, id est, orbis terræ: & mundus eum non cognouit, id est, homines habitatores terræ istius. Incogruum enim est, Et mundus eum non cognouit, referre ad elementa cœli & terræ: ut dicat aliquis, quoniam sol et luna & stellæ uel aqua uel terra uel angeli qui sunt in universo hoc mundo, lumē illud uerū nō cognouerūt, & nō cognoscentes eum conseruauerunt ab eo sibi ordinem constitutum. Secundū hūc enim sensum, intelligitur etiā illud: Et nūc honorifica me tu Pater, eo honore quē habui antequā mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Et post pauca:

Ego,



Ego, inquit, pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi. Item post pauca: Et hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Et iam non sum in mundo, & isti in mundo sunt. Item post pauca: Et ego ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum plenum. In se ergo mundus dicitur, uel locus iste terrenus, uel homines qui sunt in eo. Ex mundo enim dedit filio homines Pater, pro quibus rogat filius Patrem solis, & non pro omnium hominum mundo. Nam ubi magis necessarium est, ut seruemur à Patre, quam in mundo, quem dicit Ioannes: Et mundus totus positus est in maligno? Item in sequentibus: Ut mundus credat quod tu me misisti. Ergo locus iste, & homines qui sunt in eo, dicuntur mundus, quibus uicium & scandala. Omnibus enim hominibus, quos tamen scandala uincere possunt, uicium est à scandalis. Origenes in 18. Math. 21.

In mundo erat. In hoc loco mundum appellat non solum generaliter sensibilem naturam, uerum etiam specialiter rationalis creaturæ quæ in homine est substantiam. Origenes homil. in 1. Ioannis.

Quoniam in Dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam Dominum, &c. Subtilissimi heretici hic uel maxime mundum per Dominum mundi interpretantur: nos autem hominem qui sit in mundo intelligimus, ex forma simplici loquela humane, qua plerumque id quod continet, ponimus pro eo quod continetur. Circus clamauit, & forum locutum est, & Basilea fremuit, id est, qui in his locis rem egerunt. Tertullianus libro quinto aduersus Marcionem.

Mundum, omnes homines qui in mundo sunt, appellare solemus: quemadmodum qui ciuitatem habitant, nominamus ciuitatem. Cyrillus libro decimo, cap. 2 in Ioannem.

Mundi uocabulum tum omnes homines significat, tum uoluptati ac turpitudini deditos denotare solet. Id. ibid. cap. 40.

Ecce mundus totus post ipsum abiit. Mundum in hoc loco iterum turbam appellat. Consuevit enim Scriptura mundum, & mundi creaturam & uitiosos appellare. Illud cum inquit: Proferent secundum numerum mundum suum: hoc, ut mundus uos non odit, me autem odit. Quæ diligenter consideranda sunt, ne ex nominis æquiuocatione ansam præbeamus hereticis. Chrysostomus homil. 64 in Ioannem.

Pro ecclesia. Ecclesiam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat. sicut est illud: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Itemque illud: Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et in epistola sua Ioannes ait: Ad uocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum & ipse propitiator est peccatorum nostrorum: non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi. Augustinus tractatu 37. in Ioannem.

Pro in fidelibus. Et mundus eum non cognouit. Hoc loco mundum, peccantium multitudinem, & terrenis rebus deditam, stultumque, & abiectum, & ab omnibus obnoxium perturbationibus uulgas appellat. Chrysostomus homilia 7. in Ioannem.

Per unum hominem peccatum in hunc mundum in-

troiuit, & per peccatum mors, & sic in omnes homines mors pertransiit. Arbitror quod mundum hic terrenos quosque, & in terrena conuersatione permanentes designet: homines uero eos dicat, qui iam incipiunt agnoscere, & scire quod ad imaginem Dei facti sunt. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Et si in uobis iudicatur mundus. Solet malos homines mundum uocare Scriptura. Chrysostomus homilia 16. in 1. ad Corinthios.

Si è mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligere: quoniam uero de mundo non estis, propterea mundus uos odit. Mundum in his omnibus non uisibiles creaturas appellat, sed eos qui res caducas atque instabiles toto animo amplectuntur, qui uirtutis amicos quasi hostes oderunt. Diligent autem omnes qui cum simili turpitudine teneantur, uirtutis inimici sunt. Cyrillus lib. 4. cap. 34. in Ioannem.

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Absit ut diabolus mundi principem ita dictum existimemus, ut eum cælo & terræ dominari posse credamus. Sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusus sunt: sicut appellatur domus in his à quibus habitatur, secundum quod dicimus, bona domus est, uel mala domus est, non quando reprehendimus siue laudamus ædificium parietum atque tectorum: sed quando mores uel bonorum hominum uel malorum. Sic ergo dictum est, Princeps huius mundi, id est, princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusus sunt: unde dicit Apostolus: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Hi sunt ex quorum cordibus princeps huius mundi eijcietur foras. Augustinus tractatu 52. in Ioannem.

Alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? In hoc loco mundum homines qui in hoc mundo sunt dicit, sicut & alibi legimus. Quia omnis mundus in maligno positus est: quod utique homines qui in hoc mundo habitant, in malitia esse positos ostendit. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Quem mundus non potest capere, quia non uidet eum. Mundum hoc in loco malos appellat. Chrysostomus homilia 74. in Ioannem.

Mundum ait hoc loco, mundi significans dilectores, quæ dilectio non est à Patre. Augustinus ibidem tractatu 74.

Venit princeps mundi huius. Quotiescunque mundi nomen in mala significatione ponitur, non ostendit nisi mundi istius amatores: de quibus alibi scriptum est: Quicumque uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. idem ibidem tractatu septuagesimo nono.

Mundus autem gaudebit. Mundus quo nomine significati sunt inimici, à quibus Christus occisus est, tunc utique lætati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine, malitia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum. Unde Iacobus apostolus in epistola sua dicit: Quicumque uoluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur: quibus inimicitijs Dei factum est, ut nec eius unigenito parceretur. idem ibidem

ibidem tractatu centesimo primo.

Non pro mundo rogo, &c. Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt secundum concupiscentiam mundi: & non sunt in ea sorte gratiæ, ut ab illo eligantur ex mundo. Idem ibidem tractatu centesimo primo.

Modicum & mundus me iam non uidet, &c. Vbi non omnes qui degunt in orbe terrarum, sed improbos solummodo, qui uanitati mundi huius animos subiecerunt, mundum appellauit. Cyrillus lib. 10. cap. 2. in Ioannem.

Quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Hic mundi nomine homines significat mundi istius dilectores. Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

Ne cum mundo damnemur. Mundum homines dicit, qui & infidelitate tenentur, & peccatis. Occumenius in 11. 1. ad Corinth.

Pro mentis humanæ superbia. Totus mundus in malo situs est, non cœlum dicens, non terram, non solem, non lunam, non plantas, non mare, non montes, non aerem, non nubes, non uentum, non astra, non uolatilia, neque quicquam ex creatis, absit. Sed mundus est, mentis humanæ superbia, audacia ac fiducia arrogantiae, temeritas elationis hominum. Hic princeps mundi superbia ipsa decidit infra. Vos enim, inquit, gloriam alter ab altero accipitis, ego autem non quero meam gloriam. Epiphanius lib. 2. tom. 2. Contra hæreses.

Pro errore carnis. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, &c. Mundum dicens, errorem carnis significat. Omne enim quod uidetur, carni deputatur. Ambrosius in secundum ad Colossenses.

Paulus in 1. ad Corinthios epistola maius quiddam esse, uel etiam diuersum ab hominibus mundum hunc astruit dicens: Theatrum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Origenes tomo primo in Ioannem.

Quod Latine mundum dicimus, Græcè *κόσμος* appellatur. *κόσμος* autem non solum mundum, sed & ornamentum significat. Denique in Esaiâ ubi ad principes filias Sion increpationis sermo dirigitur, & dicitur: Per ornamentum capitis aurei caluitium, Hebræis propter opera tua ornamentum: ibi eo nomine quo mundum appellauit, idem *κόσμος* scribit. Dicitur etiam in indumento Pontificis mundi ratio contineri: sicut in Sapientia Salomonis inuenimus, cum dicit: Quia in uestimento ponderis erat uniuersus mundus. Mundus dicitur etiam noster cum habitatoribus suis orbis terrarum iste. sicut cum Scriptura dicit: Omnis mundus in maligno positus est. Dicitur etiam mundus ista uniuersitas, quæ est ex cœlo & terra, sicut Paulus ait: Transiit enim habitus huius mundi. Origenes lib. 2. cap. 3. Periarchon.

#### ¶ Mundus triplex.

Et mundus per ipsum factus est. Animaduertere debemus B. Euangelistam quater mundum nominasse, tres tamen mundos oportet nos intelligere. Quorum primus, qui absolute solis inuisibilibus & spiritualibus uirtutum impletur substantijs, in quem quicumque

uenerit, plenam ueræ lucis possidet participationem. Secundus qui præfato ponitur ediuerso, quoniam absolute ex uisibilibus & corporalibus constituitur naturis: & quamuis uniuersitatis infimam obtineat proportionem, in eo tamen erat uerbum, & per uerbum factus est, & est primus gradus ad cognitionem ueritatis ascendere per sensum uolentibus. Species nanque uisibilem ratiocinantem attrahit animum.

Tertius mundus est, qui ratione medietatis, & superiorem spiritualium, & inferiorem corporalium in se ipso copulat, & de duobus unum facit, & in homine solo intelligitur, in quo omnis creatura adunatur. Corpore enim constat & anima. Corpus de hoc mundo, & anima de altero mundo colligens, unum facit ornatum & corpus. Id. in 1. Ioannis.

#### ¶ Mundus duplex.

An ignoratis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Nihil otiose dicit Apostolus. Ideo enim hunc mundum dixit, ut ostendat & alterum: quia & Ioannes Apostolus: Nolite, ait, diligere hunc mundum. Et Dominus in Euangelio: Sic, inquit, dilexit mundum, &c. Hic ergo mundus in errore est, non ille superior, ad cuius similitudinem hic factus est. Ambrosius in 6. 1. ad Corinth.

Omnis mundus. Ut obnoxius fiat omnis mundus Deo. Requiritur omnem mundum hic quid appellauit. Nunquidnam putabitur omnis mundus ita terrenus hic debere intelligi locus, ut & arbores & lapides & herbe ac semina & paleæ quæ in ipso sunt, pariter nominata sint? Partes enim mundi hæc esse singula uidentur. Non arbitror ita quæpiam ineptum inueniri ut hæc possit asserere. Restat igitur ut omne mundum omne rationabile animal dicat. & sicut omne quod irrationabile est, excipitur ab hoc sensu, ita nulla mihi uidetur ab hac conditione rationalis creatura secerni. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Elementa mundi. Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Quod legem & Prophetas elementa mundi interpretati sumus: mundus pro his qui in mundo sunt, accipi solet: eodem Paulo dicente. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et in euangelio: Et mundus per eum factus est, & mundus eum non recepit. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Iuxta elementa mundi, &c. Solem & lunam uocat elementa mundi, quemadmodum & in ea quæ ad Galatas est dixit: Quomodo denuo conuertimini ad infirma & egena elementa? Chrysostomus hom. 6. ad Colossenses.

Mundo crucifigi. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nos mundo crucifigimur, tunc cum ueniens princeps huius mundi, in nobis non inuenit quicquam. Et nobis mundus crucifigitur, cum peccati concupiscentias non recipimus. Origenes hom. 8. in Iesum Naue.

Mundani. Mundanos eos qui in terram sperant, & concupiscentias carnales exaudimus. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Mundi. Beati mundo corde. Mundos hic appellat, aut uniuersalem uirtutes tenentes, & nullius sibi

mali conscios, aut continentia conspicuos. Chrysostomus homilia decimaquinta in Mattheum.

Mundos dicit, qui prorsus mundi sunt. Id. homil. 4. in 1. ad Thessalonicenses.

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius: Innocens manibus, & mundo corde. Ps. 23. In proverbij autem: Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidat mundum se esse a peccatis? Mundum corde, & castum corde, non alium arbitror esse, nisi eum qui ab omni dogmate falso mundum & castum possidet cor. Sic & innocentem manibus, & mundum a peccatis eum existimo esse, qui in actibus vite suae irreprehensibilis est. Origenes in 24. Matthei.

Beati mundo corde. Mondo corde sunt, qui non solum non faciunt malum, nec cogitant: sed ad hoc etiam qui omne bonum & faciunt semper, & cogitant. Autor operis imperfecti homil. 9. in Mattheum.

Hos mundo corde esse significat, qui deposita sordide peccati, ab omni se carnis inquinamento purgauerint, & per opera fidei & iusticie Deo placuerint, secundum quod David in Psalmo testatur, dicens: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam. Chromatius tract. 1. in 5. Matthei.

Munitiones. Ad destructionem munitionum cogitationes destruentes: &c. Munitiones principes dicit, & potestates & spiritalia nequitie, qui se extolunt, & armant infidelium animos ad contradicendum Christo, contra quos pugnat Dei lex, dissipans consilia eorum. Ambrosius in 10. 2. ad Corinth.

Munitiones dicit fastum Græcorum, sophismatumque & syllogismorum robur. Chrysostomus hom. 21. in 10. 2. ad Corinth.

Munitiones diaboli. Quemadmodum sanctos uocauit templa Dei: ita eos qui se impietati manciparunt, munitiones diaboli. Theodoretus in 10. 2. ad Corinth.

Munus. Munus dictum est ab officio: quoniam officium etiam muneris nomen est. Tertullianus de spectaculis.

Murmurare. Neq; murmuraueritis, sicut quidam ex ipsis murmurauerunt. Murmurare est falso ad inuicem de prepositis & rectoribus queri, quantum ad mentem loci pertinet, quia solet murmur fieri & iusta ex causa. Ambrosius in 10. 1. ad Corinth.

Mustum. Alij uero deridentes, repletos eos musto esse dicebant. Mustum proprie, est dulce quod ipso torculari defluit uinum. Oecumenius in 2. Actorum apostolorum.

Mutatio est ex nihilo in lucem editio. Damascenus lib. de duabus Christi uoluntatibus.

Mutuuum. Et Nolentem a te mutuari, ne auerferis. Hic mutuuum non usurarum illud foenus appellat, sed simplex beneficium commodandi. Chrysostomus hom. 18. in Mattheum.

Myrrha, amara. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Myrrha. Confirmate me in myrrha. Myrrha genus quoddam arboris nominans, quod Latini pulantes myra dictum, unguenta interpretati sunt. Origenes homilia tertia explanationis posterioris in Cantica Canticorum.

Mysterium. Non enim uolo uos ignorare fratres mysterium hoc. Mysterium hic dicit, quod incognitum est atque ineffabile, & multum habens quod mirabile sit & præter opinionem. Quemadmodum & alibi dicit: Ecce mysterium uobis dico. Non omnes quidem dormimus, omnes tamen immutabimur. Chrysostomus serm. 19. ad Romanos.

Ecce mysterium uobis dico. Mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur. Theodoretus in 15. 1. ad Corinth.

Prædicans uobis mysterium Dei. Ideo mysterium uocat, quia quod in carnatum est, occultum erat a seculis apud Deum Deus uerbum. Ambrosius in 2. 1. ad Corinth.

Mysterium quod fuit absconditum a seculis & generationibus. Appellauit mysterium prædicationem dispensationis, ut quæ olim omnibus esset ignota: a solo autem Deo cognosceretur. Theodoretus in 1. ad Colossenses.

Recte mysterium uocat, quod nemo cognouit, nisi Deus. Chrysostomus homil. 4. ad Colossenses.

Quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in gentibus. Isthuc uere mysterium est, quod nemo cognouit, quod admirabile est, quod præter communem est expectationem, quod absconditum est. Id. ibid.

Et manifeste magnum est pietatis sacramentum. Ipsum appellat mysterium, ut quod ab initio quidem fuerit præsinium, postea autem manifestatum. Theodoretus in 3. 1. ad Timotheum.

Mysterium Dei. In agnitionem mysterij Dei Patris ac Christi Iesu, &c. Dei est hoc mysterium, per se ipsum reconciliari & accessum habere ad Patrem. Id. ibidem.

Iniquitatis. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Nonnulli dixerunt Neronem esse uocatum mysterium iniquitatis, ut qui fuerit pietatis artifex. Ego autem existimo Apostolum significare hæreses quæ exorta sunt. Per illas enim multis a ueritate abductis, præparat diabolus exitium deceptionis. Eos autem appellauit mysterium iniquitatis, ut qui haberent celatum iniquitatis laqueum. Ipse enim aperit a Deo abducit homines. Id. in 2. ad Thessalonicenses.

Voluntatis Dei. Ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ. Mysterium uoluntatis suæ occultam uoluntatem uocauit. Id. in 1. ad Ephesios.

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio. Quoniam nam mysterio est qui inquit Christus. Quod in aure auditis, prædicate in tectis: cur nam igitur mysterium ipsam appellat? Quod neque angelus, neque alia creata potentia id nouerit priusquam fieret, idcirco inquit: Ut innotescat principatibus, et potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Hoc autem fecit Deus ut nos honore prosequatur, ut nobiscum mysteria illi acciperent. Chrysostomus homil. 7. in 1. ad Corinth.

Accedit ad hoc quod mysterium appellatur, quoniam non id quod credimus, intuemur, sed quod alia uidemus, alia credimus, nam huiusmodi est mysteriorum nostrorum natura. Aliter igitur ego, & aliter incredulus erga illa afficitur. Id. ibid.

**Mysteria.** Mysteria consuevit appellare Scriptura, quæ præter spem, & præter humanam sunt opinionem. Quare & alio in loco, Mysterium meum mihi & meis. Et rursum Paulus: Ecce mysterium uobis dico, omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur. Neque tamen quia ubique prædicatur, ideo mysterium non est. Etenim quemadmodum iusi sumus, quæ in aure audiimus, dicere in testis: ita iubemur non dare sancta canibus, neque proijcere margaritas inter porcos. Alij namque sunt animales, & non intelligunt. Alij autem uelum habent in cordibus eorum, & non uident. Ergo mysterium hoc maxime est, quod ubique prædicatur, non autem cognoscitur apud eos qui non rectam habent sententiam. Id. ibid.

**Mytilene,** insula contra Asiam, quæ à proxima continente abest quingenta septem millia passus. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

**Mytilene,** declinans siue transmigrans. Id. in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

## N A

**N** Aa, pulchra. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.

**Naabi,** filius Napsi, explorator de tribu Neptalim. Num. 13.

**Naabi,** abscondit, uel requieuit in me. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

**Naabsan,** uel nasab, exiccata. Id. ibidem de Iesu Naue.

**Naal,** ascensio. Id. ibid.

**Naalal,** laudent. Id. ibid.

**Naalia,** torrentes. Id. ibid. de 2. Regum.

**Naaluel,** iuxta Arnonem castra filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

**Naaloth,** in tribu Zabulon ciuitas separata Leuitis. Id. ibid.

**Naalol,** ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon. Ios. 19. Iud. 1.

**Naama,** Ammonitis, uxor Salomonis, mater Roboami. 1. Reg. 14.

**Naama,** ciuitas tribus Iuda. Eusebius de locis Heb.

**Naama,** decor. Philo in interpret. nomin. de 3. Reg.

**Naamao,** princeps militie regis Syriae, leprosus, mundatur ab Heliseo Propheta. 2. Reg. 5.

**Naaman,** filius Benjamin. Gen. 46.

**Naaman,** decor Domini mei. Philo in interpret. nomin. de 3. Reg.

**Naaman,** decus, siue commotio eorum. Id. ibid. de libris Regum.

**Naamath,** decor. Id. ibid. de Iob.

**Naamatites,** mouens mortem. Id. ibid.

**Naaroth,** ciuitas in tribu Isaschar, non procul à mari Galilee, prope regionem Dalmanutha. Ios. 19.

**Naas,** rex Ammonitarum, inuadens Galaaditen regionem siue ditioni uicinam, profligatur à Saulo. 1. Samuelis 11. Dauidis amicus fuit. 2. Sam. 10.

**Naas,** serpens. Philo in interpretat. nomin. de 2. Regum.

**Naasson,** filius Aminadab, princeps tribus Iuda in deserto. Num. 2. 7. Matth. 1. Luc. 3. Exod. 6.

**Naasson,** augurans, uel augur fortis. Philo in interpret. nomin. de Exod. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Naalon,** serpens, uel augurium. Philo ibid. de Numeris.

**Naalon,** quidam putant quietum sonitum interpretari, sed melius est augurans, siue serpens eorum. Hieronymus ibid. de Matthæo.

**Naalon** interpretatur resectio, id est, requies, columbinus, & serpens. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matthæum.

**Naath,** filius Rahuel, nepos Esau. Gen. 36.

**Naath,** requiescens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Naatatha,** in tribu Ephraim: & nunc est Naorath uilla Iudæorum in quinto milliario Hierichus. Eusebius de locis Hebraicis.

**Naazab,** prophetauit tunc, siue sessionis initium. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

**Nabaam,** uel Nebahaz, idolum Auæorum. 2. Regum. 17.

**Nabab,** insipiens. quod si legere uolueris Nebel, mensuræ nomen est. siue psalterij. Philo in interpret. nomin. de 1. Reg.

**Nabal,** hypocrita impius, morosus, & auarus, Dauidi petenti commeatum, negat. 1. Sam. 25.

**Nabal** dementem lingua Hebræa significat. Iosephus lib. 6. cap. 13. Antiquit. Iudaicarum.

**Nabaioth,** filius Hismael, nepos Abraham. Genesi. 25. 28.

**Nabaioth,** prophetans. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Naban,** quod Hebraicè dicitur Nebo, mons supra Iordanem contra Hierichum in terra Moab, ubi Moyses mortuus est, & usque hodie ostenditur in sexto milliario urbis Esbus contra orientalem plagam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Nabao,** prophetia, uel uenientes. Philo in interpret. nomin. de Esaiæ.

**Nabath,** pater regis Hieroboam. 1. Reg. 11. 12.

**Nabau,** uenimus, uel in conclusione. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

**Nabau** abscessio interpretatur. Origenes hom. 27. in Numeros.

**Nabbe,** siue Noba, ad quam ascendit Gedeon, urbs sacerdotibus separata, quam postea legimus furore Saulis subuersam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Nabe,** latratus. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

**Nabdeel,** seruiens Deo, uel ursus Dei. Id. ibid. de Genesi.

**Nabeoth,** regio de qua scribit Esaias. Eusebius de locis Hebraicis.

**Nabo,** ciuitas filiorum Ruben in regione Galaad, cuius meminuit Esaias in uisione contra Moab, & Hieremias

remias. Est et cuiusdam uiri uocabulum Naban, qui Caan et ceteros uicos qui circum eum erant ex suo nomine nuncupauit Naboth. Sed et usque hodie ostenditur locus desertus Naba, distans a ciuitate Esbus milibus octo contra meridianam plagam. Idem ibidem.

Nabo, idolum Babylonicum. Esa. 46.

Nabo, sessio, uel superueniens. Philo in interpret. nomin. de Esaia.

Naboe, propheta, uel prophetans. Id. ibid. de libris Regum.

Nabo, h, Iezraelita, per calumniam interfectus, una cum filiis, a Iezabel uxore Achab. 1. Reg. 2. 2. 2. Reg. 9.

Naboth, conspicuus, uel sessio, siue exclusio. Philo in interpret. nomin. de 3. Regum.

Nabuchodonosor. Duo reges Babylonicorum hoc nomine fuerunt continua serie. Primus, eodem anno, quo Iosias rex Iudae, regnare cepit. Hic gesit bellum cum Necho rege Aegypti, in quo Iosias rex interfectus est. 2. Par. 35. 2. Reg. 23.

Secundus, priori successit, anno quinto Ioachim seu Ioakim regis Iudae, et regnauit 45 annos. Hic uenit Hierosolyma, et populum Iudaicum abduxit in captiuitatem Babylonicam anno regni sui 18. 2. Regum 25. 2. Paralipomenon 36. Hieremiae 39. 52. Danie 1. 2. 3. 4.

Nabuchodonosor, propheta laguncula angustae, siue prophetans, istiusmodi signum, siue sessio in agnitione angustiae. Philo in interpretat. nomin. de libris Regum.

Nabufabaru, calcatum tempus. Id. ibid. de Hieremia.

Nabufarsathim, princeps exercitus Chaldaici. Hierem. 39.

Nabufesban, nomen principis Chaldaici, qui liberat Hieremiam Prophetam. Hierem. 39.

Nabuzardan, summus dux belli apud Nabuchodonosor, incendit Hierosolymam et templum, liberat Hieremiam Prophetam ex carcere, et dat ei liberam potestatem manendi in Iudaea, uel aliud migrandi. Hier. 39. 40. 52. 2. Reg. 25. 2. Par. 36.

Nabuzardan, prophetauit palas, quae uentilabra uulgo nuncupant, siue propheta alieni iudicij. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Nachon. Area Nachon, pro quo Aquila interpretatur Area preparata. Eusebius de locis Hebraicis.

Nachor, pater Thare, auus Abraham. Gen. 11. 10. sue 24. Luc. 3.

Nachor, frater Abraham, auus Rebeckae et Laban. Gen. 11. 22. 24.

Nachor, requies luminis, uel requiescenti luce, uel obsecratio nouissima. Philo in interpretat. nomin. de Genesi.

Nachor, requieuit lux. Hieronymus ibid. de Luca.

Nadab, filius Sacerdotis Aaronis, accendens thymiana de igne alieno, hoc est, non sumpto ex altari, interficitur a Deo. Leuit. 10.

Nadab, filius Hieroboam, rex Israel duobus annis. 1. Reg. 15.

Nadab, spontaneus, uel sponte. Philo in interpret. nomin. de Exod. et 3. Reg.

Nagge, filius Maath, in genealogia Christi. Luc. tertio.

Nahaliel, locus in Moabide. Num. 21.

Nahaliel interpretatur ex Deo. Origenes hom. 12. in Numeros.

Nahellel, laus, hymnus. Philo in interpret. nom. de lib. Iudicum.

Nahum, Propheta, consolatur populum Iudae, qui seruatus erat, uastato per Assyrios regno Israel, et praedicat eersionem Niniues, et liberationem populi a tyrannide Assyriorum.

Nahum, consolator. Philo in interpret. nomin. de Nahum.

Nahum, consolatio siue consolator. Hieronymus ibid. de Luca.

Naid, terra in qua habitauit Cain: uertitur autem in Salum, id est, motum, siue fluctuationem. Eusebius de locis Hebraicis.

Naid, motus, siue fluctuatio. Philo in interpret. nom. de Genesi.

Cum egressus esset a facie Dei, habitauit in terra Naid, contra Eden. Naid in Graeca lingua interpretatur commotio. Origenes homil. 2. in Hieremiam.

Interpretatio Naid est fluctus. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Naim, oppidum in quo filium uiduae a mortuis Dominus suscitauit, et usque hodie in secundo milliaro Tabor montis ostenditur contra meridiem iuxta Endor. Eusebius de locis Hebraicis.

Naioth, locus in agro Arimathae, in tribu Ephraim. 1. Reg. 19. 20.

Namoth, locus in Rama, ubi sedit Dauid. Eusebius de locis Hebraicis.

Namra, pardus, siue amaritudines. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Namli, pater Hieu regis Israel. 1. Reg. 19.

Namsi, tangens, uel attritans, siue palpsans. Philo in interpret. nomin. de 3. Regum.

Namuel, frater Dathan et Abiron. Num. 26.

Namuel, dormiuit Deus, siue in quo Deus. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Nanea, 2. Macc. 1. existimatur esse Diana.

Naofta, es eius. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Naphaddor, dispersa generatio. Id. ibid. de 3. Regum.

Naphec, pruna, uel carbo, siue seductio. Id. ibid. de Exod.

Napheddor, conuersio generationis. Id. ibid. de Iesu Naue.

Naphet, in tribu Manasse. Eusebius de locis Hebraicis.

Napho, nomen fontis in tribu Benjamin. Id. ibid.

Naphis, filius Hismael. Gen. 25.

Narama, in regione Batanea. Eusebius de locis Hebraicis.

Narcissi cuiusdam domesticos, Christi doctrinam pie colentes, salutat Paulus. Rom. 16.

Narcissus

Narcissus, ascensus laticis, siue lucerna scindens, aut colligens. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Romanos.

Accesit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi, &c. Alius Euangelista pro alabastrum unguenti, quod genus est marmoris, nardum pisticam posuit, hoc est, ueram, & absq; dolo. Id. in 26. Matthæi.

Nafaron, germen molle, uel tenerum. Philo in interpr. nomin. de Esaiâ.

Nasib, titulus, uel statio. Id. ibid. de Iesu Naue.

Nasor, fons Iordanis in tribu Neptalim. Ios. 19.

Nassaræi rebelles interpretantur. Damascenus lib. de Heresibus.

Nathamelech. 2. Reg. 23.

Nathan, Propheta, capellanus seu confessor regis David. 2. Sam. 7. 12. 1. Par. 17. 1. Reg. 1.

Nathan, filius Dauidis, frater Salomonis. 1. Par. 3. 2. Sam. 5. Luc. 3.

Nathan, in tribu Zabulon, prope fines Nephtali. Iosue. 19.

Nathan, dedit, uel dantes. Hieronymus in interpr. nom. de Luca.

Nathanael, filius Suar, princeps tribus Isaschar in deserto. Num. 12.

Nathanael, natus in Cana Galilææ. Ioan. 2. admonitus à Philippo apostolo, agnoscit Iesum esse Christum. Ibid. 1.

Nathanael, Deus meus, uel donum Dei. Philo in interpr. nomin. de Numeris.

Nathanias, pater Iudi. Hierem. 36. 40.

Nathanias, donante Domino, uel donum Domini, siue dedit Dominus. Philo in interpr. nomin. de libris Regum & Hieremia.

Nathinæ, Leuitæ, qui se totos dederant ministerio templi, nec unquam à templo discedebant.

Natiuitas duplex. Duæ sunt natiuitates. Una est de terra, alia de caelo: una est de carne, alia est de spiritu: una est de mortalitate, alia de eternitate: una est de masculo & foemina, alia de Deo & ecclesia. Sed ipse duæ singulæ sunt, nec illa potest repeti nec illa. Augustinus tract. 1. 1. in Ioan.

Natura. Credimus si quid est natura, rationale aliquod opus Dei esse. Tertullianus de Anima.

Cum naturam dico, Deum dico, quippe qui naturæ autor est. Chrysostomus homil. 26. in 1. ad Corinth.

Natura, ut placet S. Patribus, commune quiddam est & infinitum, & quasi infima species. ut homo, bestia, animal, uolucres, equus, bos, canis. Damascenus libro de duabus Christi uoluntatibus.

Natura est id, quod commune est, ut humanitas. Petrus enim & Paulus sunt homines, & reliqui singuli. Id. ibid.

Natura uis est diuino iussu unicuique speciei data, quæ eam aptam reddit, & ad faciendum quid, & ad patiendum. Id. ibid.

Naturam uoco, legem & uim quæ cuiq; ab initio parentis Dei munere concessa est, qua duce mouetur & quiescit. Id. ibid.

Natura est principum uniuscuiusq; entium & mo-

tus & quietis. Id. lib. de Dialectica cap. 29.

Naturale est id, quod in omnibus singulis rebus quæ sunt eiusdem speciei & naturæ perspicitur. Id. de duabus Christi uoluntatibus.

Natus mulieris. Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Considera, non dixit, Inter natos de mulieribus, sed inter natos mulierum. Aliud est esse natum mulieris, & aliud est esse natum de muliere. Qui mulieris natus est, in muliere quidem natus est, & initium de muliere habet, & ante mulierem non fuit. Qui autem de muliere natus est, neque in muliere natus est.

Ecce enim Christus de muliere quidem natus est. Quantum autem ad sermonem mulieris natus hic: & in muliere natus, qui ante mulierem erat. Ergo qui mulieris natus est, de muliere nascitur: non tamen omnis qui de muliere nascitur, mulieris natus est. Ideo ergo non dixit, Inter natos de mulieribus, ne & se cum illis misceret. Autor operis imperfecti homil. 27. in Mattheum.

Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequabatur eum qui secundum spiritum. ita et nunc. Qui sunt secundum carnem nati? Dilectores mundi, amatores seculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni caelorum, dilectores Christi, desiderantes uitam æternam, gratis colentes Deum. Augustinus tract. 1. 1. in Ioannem.

Naue, semen, germen, uel pulchritudo. Philo in interpr. nomin. de Exod.

Nazareth, unde & Dominus noster Saluator Nazareus uocatus est: sed & nos apud ueteres, quasi opprobrio Nazareæ dicebamur, quos nunc Christianos uocant. Est autem usq; hodie in Galilæa uiculus contra legionem in quintodecimo eius milliario ad orientalem plagam iuxta montem Tabor nomine Nazara. Eusebius de locis Hebraicis.

Nazareth, uiculus in Galilæa iuxta montem Tabor, unde & Dominus noster Iesus Christus Nazareus uocatus est: habetq; ecclesiam in loco quo angelus ad B. Mariam euangelisaturus intrauit. Sed & aliam ubi Dominus est nutritus Hieronymus de locis libri Actorum apostolorum.

Nazareth, flos, aut uirgultum eius, uel mundiciæ, aut separata, aut custodia. Scribitur autem non per x literam, sed per Hebræum sade, quod nec s, nec z, literam sonat. Idem in interpretationibus nominum de Mattheo.

Nazareth, flos mundiciæ. Id. ibid. de Ioanne.

Nazet ipsos quidē Septuaginta sequentibus Sanctum erit: ipsum uerò Aquilam, Separatio: Symmachum autem, Intactum. itaque ex his Nazireum nomen, significabit aut sanctum, aut segregatum, aut intactum. At uerò prisca quidem sacerdotes, quum oleo comparato, quod apud Mosem Nazer appellatur, ungerentur, ex deriuatione à Nazer uocabantur Nazirei. Sed Saluator & Dominus noster, suapte natura in se habens, & sanctum, & intactum, & separatū, neq; alicuius indigens humane unctionis, tamē Nazirei appellationē apud homines obtinuit non quod ab oleo, quod Nazer uocaretur, Nazireus extiterit: sed quod

quamuis natura quidem talis esset, tamen à ciuitate Nazaret apud homines Naziræus uocatus sit, ubi apud suos, quid homo erat, parentes, puerilem educationem obtinuit. Ex quo apud Matthæum dictum est: Responso autem in somnis accepto (ipse uidelicet Ioseph) secessit in partes Galilææ: & ueniens habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazara, ut impleretur quod dictum est per Prophetam, quod Nazaræus uocabitur. Eusebius libro septimo demonstratione quinta, de demonstratione Euangelica.

Nazaræus, mundus. Hieronymus in interpret. nomin. de Matthæo.

Nazaræum, mundum, sanctum siue abiunctum. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Nazoræi. Nazoræorum, hoc est, Christianorum, uocatus est per modicum tempus Christianismus, à Iudeis, & ab ipsis adeo Apostolis: quum Petrus dicat, Iesum Nazoræum uirum designatum ex Deo, &c. Postea uerò ab Antiochia uocari cœpit Christianismus. Epiphanius libro primo, tomo primo contra Hæreses.

## N E.

Neāma, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

Neapolis, ciuitas Carie quæ est prouincia Asia. Hieronymus de locis lib. Actorum apostolorum.

Neapolim, commotionem mirabilem. Id. in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Nebel uini, est mensura sextariorum centum quinquaginta. Epiphanius de Mensuris & Ponderibus.

Nebo, uel Nabo, urbs in tribu Ruben. Num. 32.

Nechao, rex Aegypti, interfecit Iosiam regem Iuda. 2. Par. 25. 2. Reg. 24.

Nechao, paratus iste. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Necho, percussus. Id. ibid. de libris Regum.

Nechotha, styracem eius, uel aromata. Id. ibid.

Neela, de hac alienigenas Zabulon non ualuit expellere. Est hodieq; in regione Batanea uiculus nomine Neila. Eusebius de locis Hebraicis.

Neelamites. Hierem. 29.

Neele, scala uel torrens. Philo in interpret. nomin. de 2. Regum.

Neeman, decus, siue motus eorum. Idem ibidem de Numeris.

Neelib, in tribu Iuda, quæ nunc uocatur Nasib in septimo milliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron. Eusebius de locis Hebraicis.

Nefe, sufflans, uel suspirans. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Negeb, auster, apud Hebræos Nageb dicitur, quod Symmachus interpretatur meridiem. Sciendum autem, quod eadem plaga apud Hebræos tribus uocabulis appellatur, Nageb, Theman, Darom, quod nos possumus austrum aphricum & meridiem, siue Eorum interpretari. Eusebius de locis Hebraicis.

Nehemias, filius Helchæ, pincerna Artaxerxis Longimani, uigesimo anno regni Artaxerxis mittitur Hierosolymam, ut adiuuet instaurationem urbis & Reipublicæ Iudaicæ. Vixit autem usq; ad Alexandri Magni tempora, circiter annos 130. Vide in li-

bro Nehemiæ, qui est secundus Esdræ.

Neiel, oppidum in tribu Aser. Ios. 19.

Neisoth, statio. Philo in interpret. nomin. de 3. Regum.

Neleamitis, hæreditas cuiusdam. Idem ibidem de Hieremia.

Nemra, ciuitas tribus Ruben in terra Galaad: & usq; hodie uicus grandis. Eusebius de locis Hebraicis.

Nemrim, cuius meminit Esaias in uisione contra Moab, & Hieremias: nunc autem est uicus nomine Benamerium ad septentrionalem plagam Zoaræ. Idem ibidem.

Nemrod, tyrannus, uel profugus, aut transgressor. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Nemroth, nepos Cham, filius Nohæ, primus Monarcha in mundo, cœpit regnare anno 131. post diluuium, teste Beroso lib. 4. qui nominat eum Saturnum Babylonicum.

Neomenia dicitur noua luna. Est ergo & ista festiuitas cum Luna innouatur. Noua autem dicitur, cum soli proxima fuerit effecta, & ualde ei contumta, ita ut sub claritate eius lateat. Origenes homil. uigesima tertia in Numeros.

Neomeniæ. Aut in neomenijs, & c. initia mensum neomenias uocant. Ambrosius in 2. ad Coloss.

Nephath, ciuitas unius principis Solomonis.

Eusebius de locis Hebraicis.

Nepheg, filius Davidis. 2. Sam. 5.

Nephendor, quod Symmachus interpretatur maritimam. Dor autem est oppidum iam desertum in undecimo milliario Cesareæ pergentibus Ptolemaidem. Eusebius de locis Hebraicis.

Nephis, refrigerium, uel anima. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Nephtar, locus in quo Nehemias ignem ad sacrificia accendenda diuinitus datum, & per sacerdotes tempore exilij Babylonicis absconditum, rursus inuenit. 2. Macc. 1.

Nephtoa, fons uicinus Hierosolymæ uersus occiduum. Ios. 15.

Nephtoe, dissoluti, siue deceptio. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Nepfam, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Neptalim, filius Iacob & Balæ, ancilla Rachel, ex quo ortus est Tobias.

Neptalim, conseruauit me, uel dilatauit me, uel certe implicuit me. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Neptalim, latitudo. Id. ibid. de Exodo.

Neptalim, discretus siue seiunctus, uel conuertit siue conuoluit me. Hieronymus ibid. de Matth.

Neptali, conuersantis. Id. ibid. de Apocalypsi.

Neptuim, filius Mizraim. Gen. 10.

Nepthuim, scalpentes, siue aperientes. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Ner, lucerna. Id. ibid. de 1. Regum.

Neregel, princeps in exercitu regis Nabuchodonosor. Hierem. 39.

Neregel, idolum Cuthæorum. 2. Reg. 17.

Nereus, lucerna Domini. Hieronymus in interpretationibus

pretationibus nominum de epistola ad Romanos.

Nergal, lucerna acerui. Philo in interpret. nom. de libris Regum.

Nergel, lucerna acerui. Idem ibid. de Hierem.

Neri, pater Salathiel, in genealogia Christi. Lucae tertio.

Neri, lucerna mea. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.

Neriah, pater Seraicæ. Hieremias 51.

Neria, lucerna Domini. Philo interpret. nominum de Hieremia.

Nerid, pardorum, siue apostatarum. Idem ibidem de Esaiâ.

Neriger, hanc extruxerunt in regione Iuda Samaritani qui de Babylonia sunt profecti. Eusebius de locis Hebraicis.

Nesereth, idolum Assyriorum. Id. ibid.

Nesib, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Nesib, stans. Philo in interpret. nominum de tertio Regum.

Nesrach, idolum Assyriorum. 2. Reg. 19. Esai. 37.

Nesrach fugitiuus tener, uel tentatio tenera. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Nethophati, loci nomen est. 2. Reg. 23. Hieremias 40.

Nethophati, inclusus. Philo in interpret. nominum de 2. Regum.

Netna, imago. Id. ibid. de 3. Regum.

Nezab, quam condiderunt Aeuici in terra Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Nezeb, in tribu Neptalim. Id. ibid.

## N I

Nicanor, unus ex septem Diaconis ecclesiæ Apostolicae Actorum 6.

Nicanor, dux Demetrii regis Syriae trucidatur à Iuda Maccabeo. 1. Mac. 7. 2. Macc. 14. 15.

Nicanor, Antiochi dux est. 2. Mac. 8.

Nicanor, Cypri prefectus. 2. Macc. 12.

Nicanorem, stantem lucernam. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Nicodemus, Phariseus, noctu uenit ad Christum, disputans cum eo de ratione perueniendi in regnum Dei, seu consequendi uitam æternam. Et uicissim audit à Christo grauissimam illam concionem, quæ Ioan. 4. descripta est. Fit eius mentio Ioan. 7. & 19.

Nicolaus, profelytus Antiochenus, unus ex septem Diaconis Apostolorum. Act. 6.

Nicolaum, stultum ecclesiæ languentis. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Nicolaitæ nominati sunt à Nicolao, quem uiduis Apostoli præfecerat. Damascen. lib. de Hæresib.

Nicolaitæ, quorum Apocalypsis secundo mentio fit, uxores communes habuerunt, & uagis libidini- bus se polluerunt, tegentes suum scelus praua imitatione Nicolai profelitte. Eusebius libro tertio, capite uigesimonono historiæ Ecclesiasticæ. Hieronymus contra Lucifrianos.

Nicolaitarum, effusio, siue Ecclesia languens, uel stulticia ecclesiæ languentis. Idem in interpretatio- nibus nominum de Apocalypsi.

Nicopolis Thraciæ urbs est uicina monti Aemo. Hanc in fine epistolæ ad Titum uocari Nicopolim Macedoniae, aliqui existimant. Alij eum locum de Nicopoli ad sinum Ambracium, in Epiro ædificata ab Augusto uictore Antonij intelligunt.

Nicopoli, germen protectionis meæ. Hieronymus in interpret. nomin. de Tito.

Niger, ascendens. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Nilus, fluius Aegypti celeberrimus, septem ostijs in mare Mediterraneum influit.

Niniue, urbs Assyriorum, quam ædificauit Assur egrediens de terra Sennaar. Est & alia usque hodie ciuitas Iudeorum nomine Niniue in angulo Arabiæ, quam nunc corruptè Neneuen uocant. Eusebius de locis Hebraicis.

Niniue, pulchra, uel germen pulchritudinis. Philo interpret. nomin. de Genesi.

Niniue, foeta, siue germen pulchritudinis, uel speciosa. Id. ibid. de libris Regum, Esaiâ & Nahum.

Niniuitæ, natiuitas pulchritudinis aut speciosi. Hieronymus ibid. de Luca.

Ninios infantem significat. Qui est insipiens, dicitur uariis. Clemens Alexandrinus libro primo, capite quinto Pedagogi.

## N O

Noa, filia Salphaat, nepotis Galaad. Numeri uigesimosexto, & uigesimoseptimo.

Noa, oppidum in tribu Zabulon. Ios. 19.

Noaratha, oppidum tribus Ephraim. Ibid. decimosexto.

Nobe, ciuitas Sacerdotum in terra Benjamin, euersa à Saule. 1. Sam. 22.

Nobe, urbs uicina Iordani in tribu Gad, prope Penuel. Iud. 8.

Nobe, capit urbem Canath, uicinam Iazer. Numeri 32.

Nobe, latrans, uel latratus. Philo in interpret. nomin. de Numeris & 1. Regum.

Noe, prece iusticiæ, natus anno mundi 1056. Anno 600. uitæ Noe, anno mundi 1656. diluuium totam terram, & omnia uiuentia obruit, ac sola eius familia, in nauis seu arca, mirando Dei beneficio conseruata est. Genesis 5. 6. 7. Esaiæ 54. Vixit post diluuium annos 370. hoc est, usque ad annum ætatis Abrahamæ quinquagesimum octauum.

Noe, requies, uel commotio. Philo in interpret. nominum de Genesi & Exechiele. Hieronymus ibidem de 2. Petri.

Noe, requiescit, aut requieuit. Id. ibid. de Luca.

Noe, requies, siue requiescens. Idem ibidem de epistola ad Hebræos.

Noe requiem significat. Epiphanius libro 1. tomo 2. contra hæreses.

Noe interpretatur requies, uel iustus. Origenes homilia 2. in Genesim.

Nomen Noe, si interpreteris requiem denotat. Theophilus lib. 3. aduersus Gentes.

Noema, filius Bale, nepos Benjamin. Numeri uigesimosexto.

Noeman, fidelis, uel motus eorum. Philo in interpre-



interpretationibus nominum de Genesi.

Noemi, socrus Ruth. Ruth 1.

Noemi, pulchra. Philo in interpret. nominum de Ruth.

Significat lingua Hebraica Noemis quidem felicitatem, Mara autem dolorem. Iosephus lib. 5. cap. 14. antiquitatum Iudaicarum.

Noemina, decus, siue noluptas, uel fides. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Noelcha, filia Helmathan, mater Ioachin seu Iechoniae regis Iuda. 2. Reg. 24.

Noesthan, sic nominat rex Ezechias serpentem aeneum a se confractum. Ibid. 14.

Noesthan, es eorum. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Nomen significantia est eius rei quae comprehendendi potuit ex nomine. Tertullianus de Trinitate.

Nomen pro gloria. Manifestum nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Nomen pro gloria posuit, quod trita consuetudine comprobatum est. Nam & Salomon: Bonum, inquit, nomen potius quam diuitiae sunt eligende, id est, existimatio nominis atque gloria, quam diuitiarum superbia melior est. Et Deus ipse apud Esaiam: Non dicat, inquit, eunuchus, quia lignum aridum ego sim. Haec dicit Dominus ad eunuchos: Qui custodiunt sabbata mea, & elegerint quae ego uolui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius super filios & filias, nomen sempiternum dabo eis. Nemo enim nudi nominis retributionem probis eunuchis, qui corporis cupiditates superarunt, & diuinam sequuti sunt legem, promitti opinabitur: sed nomen pro gloria positum est. Cyrilus lib. 1. cap. 18. in Ioannem.

Et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Nomen quod super omne nomen est, Dei nomen est. Ambrosius in 2. ad Philippenses.

Nomen quidam interpretati sunt gloriam. Ego autem ex epistola ad Hebraeos inuenio aliam Apostolici dicti intelligentiam. Cum enim dixisset: Sedet ad dextram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius praeter illis nomen hereditauit: interpretatur nominis differentiam, et dicit: Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in Patrem, & ille erit mihi in filium. Hic ergo hoc etiam dicit, quod cum seipsum humiliavit, non solum non perdidit quod habebat ut Deus, sed hoc etiam accepit ut homo. Theodoret. ibid.

Nomen nouum. Vos autem interficiet Dominus, si uero qui mihi seruiunt, uocabuntur nomine nouo. Atqui nouum istud nomen, quod antiquis ignotum fuerit, quodnam quae so fuerit, nisi Christianorum? quod a Saluatoris nostri Iesu Christi appellatione deductum, in toto orbe terrarum laudibus & fauore celebratur? Eusebius libro secundo, demonstratione quadragesimanona, de demonstratione Euangelica.

Quod ita nouum nomen, quam Christianorum uocabulum gentibus datum? Nouum autem dicit nomen,

nuper dispersum, non nuper inuentum. Idem libro 1. cap. 1. historiae Ecclesiasticae.

Seruis autem meis imponetur nomen nouum. Esaias 56. Nomen nouum dicit, quod est recens, aeternum, im pollutum, simplex, & infantile: & uerum, quod bene dicitur in terra. Clemens Alexandrinus libro primo, cap. 5. paedagogi.

Propter nomen Christi. Sed haec omnia facient uobis propter nomen meum: Quid est propter nomen Christi, nisi propter iusticiam? Augustinus tractatu 88. in Ioannem.

Non in incertum. Ego igitur sic curro, quasi non in incertum. Quid illa particula, non in incertum significat? Ad scopum aliquem spectans, inquit, non frustra & temere quemadmodum uos. Chrysostomus homilia 23. in 1. ad Corinth.

Nora. Nora in Hebraica lingua non ita exacte, ignem significat, qui pyr Graecis dicitur, imò etiam in Syriaca lingua. Verum esauth appellatur apud Hebraeos exacte loquentes, ipse ignis. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra haereses.

Nos. Canet enim, & mortui resurgent incorruptibiles, nosque immutabimur. Illud nos non de seipso, uerum de omnibus tum in uita repertis intelligens. Chrysostomus homilia quadragesima secunda, in primam ad Corinthios.

In agnitione eius. Quod ait, in agnitione eius, id est, *in agnitione eius*, quidam sic intelligunt, ut inter *in agnitione eius*, hoc est, inter notionem & agnitionem illud interfit: quod notio eorum sit quae ante non sciuimus, & ea postea scire coepimus. Agnitione uero eorum quae prius scientes deinceps scire desinimus, eorumque postea recordamur, & priorem quandam uitam in caelestibus suspicantur: postquam in corpora ista deiecerunt & obliti Dei Patris, nunc eum per reuelationem cognouimus, secundum illud: Reminiscantur & conuertentur ad Dominum omnes fines terrae, & caetera his similia replicantes. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Nox. Nox praecessit, &c. Nox est, tempus illud quo ignorantia hominibus dominata est. Origenes libro 9. ad Romanos.

Nox nihil aliud est, quam terra totius umbra, quae radios solares eripiens, atrum atque obscurum aera reddit. Eusebius libro tertio, capite primo de praeparatione Euangelica.

Noctem ueterem hominem significauit, qui per baptismum inuolutus est. Ambrosius in decimum tertium ad Romanos.

Venit nox quando nemo potest operari. Nox ista impiorum erit: nox ista eorum erit quibus in fine dicitur: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed nox dicta est, non flamma, non ignis. Audi quia & nox est. De quodam seruo dicit: Ligat illi manus & pedes, & projicite eum in tenebras exteriores. Augustinus tractatu 44. in Ioannem.

Venit nox quando nemo potest operari. Cur Paulus noctem praesentem uitam appellauit, Christus diem? idem dicit, non uerbis, sed sententia: inquit enim:

Nox

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Noctem præsentem uitam appellat, quoniam in tenebris uersamur, uel propter eius ad diem illam comparationem. Christus autem noctem futurum tempus appellat, quod nunc peccatores nihil operari potuerunt. Nox à Paulo præfens uita appellatur, quia in tenebris sunt, qui qui in peccatis & incredulitate degunt. Quamobrem fideles alloquens ait: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, ac si luce illa essent fruituri, & noctem ueterem uitam intellexit. Abijciamus, inquit, opera tenebrarum. Ecce quod noctem illis esse dixit: quare prosequitur, Vt in die honestè ambulemus, ut lucem illam consequamur. Chrysostomus homilia 53. in Ioannem.

Media nocte. Ecce media nocte clamor factus est. Quid est media nocte? Quando nõ speratur, quando omnino non creditur. Noctem posuit pro ignoratione. Augustinus serm. 23. de uerbis Domini.

Quid est media nocte ueniet? Dum nescit ueniet. Quare dum nescit ueniet? Iesum Dominum audi: Non est uestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate. Dies Domini, ait Apostolus, tanquam fur in nocte, ita ueniet. Id. ibid.

## N V

Nuath, pulchritudo. Philo in interpr. nom. de 1. Regum.

Nubere. In resurrectione neq; nubent neq; nubentur, &c. Latina consuetudo Græco idiomati non respondet. Nubere enim proprie dicuntur mulieres: & uiri uxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligimus: quod d nuberè de uiris, & nubi de uxoribus scriptum sit. Hieronymus in 22. Matth. et.

Nubere in Domino. Cui uult nubat, tantum in Domino. Id est, quem sibi aptum putauerit, illi nubat: quia inuitæ nuptiæ solent malos prouentus habere. Tantum autem in Domino, id est, ut sine suspitione turpitudinis nubat, & religionis suæ uiro nubat. hoc est, in Domino nubere. Ambrosius in 7. 1. ad Corinthios.

Nudi. Si tamen uestiti, & non nudi inueniamur. Nudos eos appellat, qui sunt nudi gloria, inter quos seipsum quoq; collocauit Apostolus, docens & Corinthios, & omnes homines uti moderatione. Theodoretus in 5. 2. ad Corinth.

Namenius, legatus Ionathæ ad Romanos, et Lacedemonios. 1. Macc. 12. 14. 15.

Nun, pater Iosue ducis populi Israel. Num. 13. fuit filius Elisama, filij Amiud orti ex Beria filio Ephraim. 1. Par. 7.

Nun sempiternum auxilium interpretari potest. Eusebius lib. 10. cap. 2. de Preparatione Euangelica.

Nun, factus, uel piscis, siue sempiternum. Philo in interpr. nom. de Psalterio.

Nuptiæ. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, &c. Cuius rei gratia nuptiæ appellatæ sunt, inquit: Vt & Dei erga nos præcipuam curam charitatemq; cognoscas, & rerum splendorem non ignores: ubi nihil triste, nihil luctuosum, sed omnia spiritualis gaudij plena sunt. hac ratione Ioannes sponsum appellat: hac ratione Paulus

quoque dicit: Vni ergo uos uiro adoptaui. & rursus: Magnum hoc est mysterium: ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Chrysostomus homil. 70. in Mattheum.

Nuptialia indumenta. viscera misericordie, benignitas, humilitas, mansuetudo, longanimitas sunt nuptialia indumenta. Bona opera sunt nuptialia uestimenta. Origenes in 22. Matth.

## N Y

Nymphas, cuius ecclesiæ Laodicensis, cui salutè ascribit Paulus. Coloss. 4.

Nympham, applicitam ori eorum. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Coloss.

## O A

Am, uæ populo, siue insaniens. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

## O B

Obab, dux filiorum Israel in deserto, cognatus uel socer Moysi. Num. 10. Iud. 1. 4. Existimatur autem eiusdè uiri nomina esse, Iethro, Obab, Cinæus, & ab hoc Obab Rechabitas ortos esse quidam scribunt.

Obab, dilectus, siue amplexus, aut sepes. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Obab, dilectio. Id. ibid. de lib. Iudicum.

Obat, magus, uel pythonissa, quam Græci *επιμαδω* uocant. Id. ibid. de Numeris.

Obed, pater Isai, auus regis Dauidis. Ruth quarto, Matth. 1. Luc. 3.

Obed, seruiens. Philo in interpr. nom. de lib. Iudicum. Hieronymus ibid. in Matth.

Obed Hebraica lingua significat seruiens. Iosephus lib. 5. cap. 14. Antiquitatum Iudaicarum.

Obedadam, seruiens humo. Philo in interpr. nom. de 2. Reg.

Obededom, Leuita & ostiarius, in cuius domo arca Domini à Davide ex Cariathiarim Hierosolyman deducta, aliquandiu diuertit. 2. Sam. 6.

Obedia, seruiens Domino. Philo in interpr. nom. de 3. Reg.

Obeth, longitudo. Id. ibid. de Genesi.

Obeth interpretatur subditus. Autor operis imperfecti hom. 1. in Mattheum.

Oblian significat murum. Epiphanius lib. 3. tom. 2. contra hereses.

Oblitio est memoriæ deperditio. Damascenus lib. 2. cap. 20. de Orthodoxa fide.

Oboth, in deserto castra filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Oboth, 37 mansio Israelitarum in deserto. Num. 21. 33.

Obscurum. Ut sagittent in obscuro rectos corde. Obscurum hic pro occulto posuit. Arnobius in Psalmum de cinum.

Obsecratio. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes. Obsecratio, impensior est oratio. Hieronymus in 2. 1. ad Timotheum.

Obsequium. Et obsequium & promissiones. Obsequium facer dotalia dicit officia. Origenes lib. 7. ad Romanos.

**Rationabile obsequium uestrum.** Obsequium hic cultum dicit. Id. ibid. lib. 9.

**Obstupefactio.** Obstupefactio est, timor ex in-  
fucta uisione seu phantasia, uel propter inexpectatam  
uisionem, tanquam nuntium. Clemens Alexandrinus  
lib. 2. Stromatum.

**Obtrectatio.** Obtrectatio est, obtrectans uitupe-  
ratio. Id. lib. 1. cap. 9. pædagogi.

## O C

**Occidere.** Viuificare. Ego occidam & uiuifica-  
bo. Si occidere, carni animam eripere est: uiuificare cõ-  
trarium eius carni animam referre est. Tertullianus de  
Resurrectione carnis.

**Occulta dedecoris.** Sed renunciamus occultis  
dedecoris. Ut illi gloriæ dignus sit homo, omnia tur-  
pia & polluta quæ fieri & cogitari possunt, amouen-  
da docet, ut non solum de opere, sed & de cogitatio-  
ne pellantur. Inuitantis uerba sunt. Sub sua enim &  
suorum persona ad meliorem uitam hortatur, prop-  
ter supra dicta uitia, quæ in his sepe reprehendit. Pos-  
sunt & hæc occulta dedecoris esse, quæ prauo sensu  
ad prædicandum meditantur, ut fallant. Ambrosius in  
4. 2. ad Corinth.

**Occurrere in uirum perfectum.** Donec oc-  
curramus omnes in uirum perfectum in mensuram æ-  
tatis plenitudinis Christi. Occurrere in uirum, & hoc  
perfectum, secundum interiorem hominem intelligen-  
dus est ille, qui transcendit quæ paruuli sunt, & eua-  
nguans ea peruenerit in uirum perfectum. Origenes in  
1. 5. Matthei.

**Ocer,** diligens, siue perscrutans. Philo in interp.  
nom. de Iesu Naue.

**Ocho,** ciuitas sacerdotalis. Eusebius de locis He-  
braicis.

**Ochozath,** amicus Abimelech, regis Gerare. Ge-  
nes. 26.

**Ochozath,** tenēs. Philo in interp. nom. de Genesi.

**Ochozath** interpretatur tenens. Origenes homil.  
14. in Genesim.

**Ochozias,** rex Iudæ, filius Ioram. 2. Par. 22. 2.  
Reg. 8.

**Ochozias,** rex Israel, filius Achab. 1. Reg. 22.

**Ochozias** interpretatur possessio inuisibilis. Autor  
operis imperfecti hom. 1. in Mattheum.

**Oculus.** Quod si oculus tuus dexter scandalizat  
te. Recte cogitationem & sensum in diuersa uolitan-  
tem, oculum nuncupauit. Hieronymus in 5. Matthei.

**Lucerna corporis tui oculus tuus est.** Oculum hic  
accipere debemus ipsam intentionem, qua facimus  
quicquid facimus: quæ si munda fuerit & recta, & il-  
lud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera no-  
stra quæ secundum eam operamur, necesse est bona  
sint. Augustinus libro 2. super sermonem Domini in  
monte.

**Oculus malus.** Propterea uocauit malum ocu-  
lum, qui non simpliciter cerneret, sed qui cum liuore  
animiq; malicia. Chrysostomus in 3. ad Galatas.

**Ictus oculi.** In momento, in ictu oculi. Ictum ocu-  
li uocat motu pupillæ. Theodoretus in 1. 5. 1. ad Cor.  
Per ictum oculi, nimiam breuitatem uult significa-

re momenti, ut quanta sit Dei potentia, ex resur-  
rectionis celeritate cognoscas. Ambrosius ibi-  
dem.

## O D

**Odium,** est ira inueterata. Augustinus lib. 2. su-  
per sermonem Domini in monte.

**Odire gratis.** Odio habuerunt me gratis. Gratis  
odit, qui nullum ex odio commodum querit, uel in-  
commodum fugit. Sic oderunt Dominum impij. sic de-  
ligunt iusti, hoc est, gratis: ut alia præter illum nõ ex-  
petant bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia.  
Id. tract. 92. in Ioannem.

**Odollam,** oppidum in tribu Iuda. fit huius men-  
tio Gen. 38. 1. Sam. 22. Mich. 1. 10f. 12.

**Odollam,** testimonium eorum. Philo in interp. no-  
min. de 1. Reg.

**Odollamites,** contestans aliquem, uel testimo-  
nium in aqua. Id. ibid. de Genesi.

**Odor.** Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in  
omni loco. Odorem idcirco dixit, quia sicut quædam  
res quæ cum non uideantur, per odorem tamen co-  
gnoscuntur, & intelligis in loco aliquo esse quod nõ  
uides: ita & Deus qui inuisibilis est, per Christum se  
uoluit intelligi, ut prædicatio Christi (quæ utiq; inui-  
sibiliter, sicut ad nares odor, ita ad aures peruenit) De-  
um Patrem insinuet creatorem, & filium eius uni-  
genitum. Ambrosius in secundum secundæ ad Corin-  
thios.

**Odor cognitionis.** Odorem cognitionis appel-  
lauit præsentem cognitionem, nos duo simul docens,  
& quod ea sit perfectæ cognitionis parua pars, &  
quod illa quidem nunc latet, in tempore autem appa-  
rebit, instar incensi aut suffitus, qui sepe in aliquo tha-  
lamo igni admotus, etiam foras suauem odorem emit-  
tit. Qui autem sunt huius participes, illum quidem  
non uident, odore tamen fruuntur. Theodoretus ibi-  
dem.

Quod ad mortis odorem attingit, qui mente cerni-  
tur, & ad odorem uitæ, Apostolicum illud obserue-  
mus necesse est. Christi bonus odor sumus in omni lo-  
co, in his qui seruatur, & in his qui perierunt. Istis quidẽ  
odor mortis in mortem, illis uerò odor uitæ in uitam.  
Bonos enim odor Christi sunt, & haudquaquã  
malus odor, homines qui sunt in Christo. Verum enim  
uerò quoniam ut corporalis bonus odor animalia quæ-  
dam perimere dicitur: sic etiam propter præcedens uiti-  
um, bonus Christi odor his qui sunt ex morte, fit in  
mortem ipsorum, cum interim his qui sunt ex uita, fit  
in uitam. Origenes tomo uigesimo septimo in Ioan-  
nem.

**Odi,** mensis meus. Philo in interp. nom. de 2. Re-  
gum.

## O E

**Oefa,** æstus. Philo in interpretat. nomin. de Eze-  
chiele.

**Oephi,** trium modiorum mensura. Id. ibid. de Ex-  
odo.

## O F

**Ofan,** maritima eorum, uel thalamus eorum. Philo  
in interp. nom. de Numeris,

O far, uolantes. Id. ibid. de Exechele.

O faz, obrizum. Est autem genus auri, quod Græci *οφφω* uocant. Id. ibid. de Hieremia.

Ofer, urbs in tribu Zabulon prope Nazareth, patria Ione Prophete. Ios. 12. 19. 2. Reg. 14.

Ohr, ignominia. Sed apud Hebræos per beth litteram scribitur. Philo in interpret. nomen de Numeris.

Offora, oppidum in tribu Benjamin. Ios. 18.

Offni, oppidum in tribu Benjamin. Ibid.

Ofni interpretatur excessus conuersionis. Origenes hom. in libros Regnorum.

## O G

Og, rex regionis Basan, interfectus à Mose. Num. 21. Deut. 1. 3.

Og, coaceruans, siue absconditus. Philo in interpret. nom. de Numeris et 3. Reg.

Og, qui rex dicitur esse Basan, interclusio interpretatur. Origenes hom. 13. in Numeros.

Oga, inclitus, uel gloriosus. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

## O H

Oham, rex Hebron, à Iosua uictus. Ios. 10.

Ohiada, ipse cognoscit. Philo in interpret. nom. de 2. Reg.

## O I

Oiade, eius scientia, siue ipse cognouit, uel Domini scientia. Philo in interpretation. nomen de Hieremia.

## O L

Olda, Prophetissa, uixit tempore regis Iosia. 2. Reg. 22.

Olda, destructio, siue diuerticulum. Philo in interpret. nom. de 3. Reg.

Oldai, confert aurum ad coronam Iesu filij Iosedech sacerdotis. Zach. 6.

Oleum ubiq; in Scripturis aut opus misericordie intelligitur, quo lucerna uerbi enutrita clarescit: aut doctrina, cuius auditu assiduo uerbum fidei quod est accensum in nobis nutritur, et clarius lucet. Sicut ergo generaliter omne quo quis ungitur oleum appellatur, olei autem aliud est unguentum, item unguenti aliud est mediocre unguentum, aliud preciosum: sic omnis actus iustus opus dicitur bonum. Origenes in 26. Matthæi.

Non acceperunt oleum secum. Oleum hic nominat benignitatem, elemosynam, patrociniū indigentium. Chrysostomus hom. 79. in Matthæum.

Oleum doctrina sacerdotum, aut cæterarum Scripturarum. Quoniam sicut lucerna nisi ei subministra ueris oleum, extinguitur: sic uerbum fidei nostræ, quod credentes accepimus, nisi assiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus Scripturarum extinguitur, et non satis illuminat animam. Aut oleum dicitur opus misericordie. Quia sicut oleum lumen lampadis fouet, sic opera bona subministrant confidentiam fidei, et uigorem accendant. Autor operis imperfecti hom. 52. in Matthæum.

Oleum læticiæ. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo læticiæ præ participibus tuis. Oleo le

tiæ in sacris uoluminibus intellectu mystico S. sanctus designatur. Eusebius lib. 1. cap. 1. Historiæ ecclesiasticæ.

Peccatoris. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Psal. 104. Quid est oleum peccatoris, nisi blandimenta adulatoris? Augustinus sermon. 23. de Verbis Domini.

Oleum habere. Oleum habent uirgines, quæ iuxta fidem et operibus adornantur. Non habent oleum, quæ uidentur simili quidem fide Dominum confiteri, sed uirtutum opera negligunt. Hieronymus in 25. Matthæi.

Oli, infirmitas. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Oliab, protectio mea pater. Idem ibid. de Exodo.

Olympas, Romæ euangelium Christi amplexus est, antequam Paulus eo ueniret. Hunc Paulus salutatur. Rom. 16.

Olympam, parturientem thalamos. Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Rom.

Olimpias. Quadriennium Olimpiadi attribuitur. Eusebius lib. 10. cap. 3. de Præparatione Euangelica.

Oliua. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam oliuam. Oliuam, fidem per quam Abraam iustificatus est, accipiamus: Oleastrum uerò quia agrestis et infructuosa natura est, perfidiam significat. Ambrosius in 11. ad Romanos.

Olon, ciuitas sacerdotalis in tribu Iuda. Ios. 15. 21.

## O M

Omar, populus, uel amarus. Philo in interpret. nomen de Genesi.

Omer, crispans, siue manipulus. Id. ib. de Exod.

Omnis. Volo autem uos scire, quod omnis uirtus caput Christus est. Ea particula, omnis, de unoquoq; fidei intelligenda est. Chrysostomus hom. 26. in 1. ad Corinth.

Omnes. Causati sumus Iudeos et Græcos omnes sub peccato esse. Omnes intelligitur de illis dictum, quos uel naturali, uel scripta lege, ne peccent, constat edoceri. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Omnes peccauerunt, et egent gloria Dei. Hoc generaliter accipiendum: Vnde ait: non est distinctio. Omnes enim hic comprehendit etiam et sanctos, ut ostenderet nihil profuisse legem sine fide. Ambrosius in 3. ad Rom.

Omne. Neq; Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Illud uerbum, omne, et puniendi, et honorandi quoslibet potestatem habere signat. Chrysostomus hom. 38. in Ioannem.

Super, Per omnes. In omnibus. Qui super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Super omnes significat dominium. Per omnes autem pronidentiam. In omnibus uerò in habitationem. Theodoretus in 4. ad Epheios.

Super omnes est Deus Pater, quia autor est omnium. Per omnes filius, quia cuncta transcurrit uaditque per omnia. In omnibus S. sanctus, quia nihil absq; eo est. Hieronymus ibid.

Quidam ad Patrem & filium & S. sanctum sic estimant esse referendum: ut super omnia Pater sit, quia autor est omnium: per omnes filius, quia per filium creata sunt omnia: in omnibus S. sanctus, ipse enim credentibus datur, & templum sumus S. sancti, & Pater & filius habitant in nobis. Id. ibid.

Omre, uerbum. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

Omri, crispans meus, uel manipulus meus. Id. ibidem de 3. Reg.

## O N

On, urbs in Aegypto quae Heliopolis Graece dicitur, id est, ciuitas solis, quam edificauerunt filij Israel, sicut Septuaginta interpretes arbitratur. Alioqui in Hebraicis uoluminibus non habetur. Et recte, siquidem antequam Iacob ingrederetur Aegyptum erat exstructa iam ciuitas, quae & sacerdotem Petefrem patrem Afeneth habuit. Eusebius de locis Hebraicis.

On, ciuitas Samariae, pro qua in Hebraeo scriptum est Aun, quod Aquila & Symmachus interpretantur, inutile: Theodotion, iniquitatem. Id. ibid.

On, labor, uel dolor, siue mæror. Philo in interpr. nom. de Exodo & Ezechiele.

On, inutilitas, uel dolor, aut labor, siue iniquitas. Id. ibid. de Osee.

Onan, filius Zoba, nepos Seir. Gen. 36.

Onan, filius Iudae patriarchae. Ibid. 38.

Onan, mæror eorum. Philo in interpr. nom. de Genesi & Exodo.

Onam, dolor, uel tristitia eorum, aut musitatio, uel murmuratio. Id. ibid. de Numeris.

Onar, filius Heliphaz nepos Esau. Gen. 36.

Onesimo, decore, siue respondenti. Hieronymus in interpr. nom. de epist. ad Coloss.

Onesimum, respondentem. Id. ibid. de epist. ad Philemonem.

Onesiphorus, discipulus Pauli. 2. ad Timoth. 4. Pertulit una cum Tychico epistolam Pauli ad Colossenses. Coloss. 4 & ad Philemonem.

Onesiphorus, discipulus Pauli. Huius pietatem & erga se beneficentiam & fidem predicat Paulus. 2. ad Timoth. 1. 4.

Onesiphorus, respondens narrationem. Hieronymus in interpr. nom. de 1. ad Timotheum.

Oni, dolor meus. Philo ibid. de Numeris.

Onias, pontifex pius & sanctus, paulo ante Iudae Maccabaei tempora, pulsus est à fratre Iasone, & postea iussu alterius fratris Menelai interfectus ab Andronico. 2. Macc. 3. 4. 15.

Ono, dolor eius. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Onus pro lege. Ut nihil amplius oneris imponeremus uobis. iterum onus legem appellat. Chrysostomus hom. 33. in Acta apostolorum.

Pro peccato. Alter alterius onera portate. Quia peccatum onus sit, & Psalmista testatur dicens: Iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum: quasi onus graue grauate sunt super me. Et Zacharias in specie mulieris, uidit super talentum plumbi sedere iniquita-

tem. Hieronymus in sextum ad Galatas.

Onus leue. Et uidete quia iugum meum suauis est, & onus meum leue est. Onus leue Euangelium est, quod est lex spiritalis. Origenes in 23. Matthaei.

Onera, uicem onera uestra portate. Videtur onera hic pro corporeis necessitatibus nominasse, ut si quis in facultatibus opulentior est, onus pauperioris portet, & penuriam soletur abundantia. Id. lib. 10. ad Romanos.

Onera grauiora. Alligant onera grauiora & importabilia, &c. Quantum ad Pharisaeos quidem & scribas, de quibus loquitur, onera grauiora & importabilia, dicit legis mandata, maxime quae dederat eis Deus propter peccatum uiculi adorati, quae scribae & Pharisei docebant, suadentes populo secundum mandata uiuere legis, & non uenire ad facilem & delectabilem gratiam Christi. De quibus onerosis mandatis Dominus supra dicebat, exhortans populum Iudaeorum: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego uobis requiem dabo. Et Petrus in Actibus apostolorum dicit: Et uos quid tentatis Deum, & uultis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Christi credimus salui fieri. Autor operis imperfecti homil. 43. in Matthaeum.

## O O

Oofar, uolans. Philo in interpr. nom. de Iob.

Ooli, ciuitas in tribu Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

Ooliab, filius Achisamech, de tribu Dan, artifex à Deo delectus ad edificationem & texturam Tabernaculi Mosaiici. Exod. 35. 36.

Ooliba, soror Oollae meretricis. Ezech. 23.

Oolibama, ciuitas Principum Edom. Eusebius de locis Hebraicis.

Oolibama, tabernaculum meum in aliquo, uel tabernaculi altitudo. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Oolla, tabernaculum meum in ea. Id. ibid. de Ezechiele.

## O P

Opher, hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Eusebius de locis Hebraicis.

Ophera, uia Ophra ducens ad terram Saal. Id. ibidem.

Ophin, filius Benjamin. Gen. 46.

Ophim, thalami. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Ophir, sicut in Regnorum libris legimus, est insula unde aurum afferabatur Solomoni. fuit autem uerus de posteris Heber nomine Ophir, ex cuius stirpe uenientes à fluuio Cophene, usque ad regionem Indiae, quae uocatur Ieria habitasse refert Iosephus: à quo puto & regionem uocabulum consecutam. Eusebius de locis Hebraicis.

Ophir siue Aphir, quod per aleph litteram scribitur, interpretatur irritum, uel herbosum. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Ophir, infirmans. Id. ibid. de 3. Reg.

Ophir, infirmitas. Id. ibid. de Iob.

Ophni filius Heli sacerdotis. 1. Sam. 1.

**Ophni**, discalcatus, siue infania conuersionis. Philo in interpr. nom. de 1. Reg.

**Opithotonus** tergi ægritudinem & posteriorum partium significat. Origenes hom. in librum Regnorum.

**Opus bonum.** Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Opus bonum species uirtutis dicit. Theodoretus in 9. 2. ad Corinth.

**Opus Dei.** Ne cibi causa destruas opus Dei. Salutem fratris ita uocans, timorem auget, atq; ostendit quod contrarium facere studeat. Chrysostomus serm. 26. ad Romanos.

Homo opus Dei est, & iterum opus Dei est, dum reformatur per regenerationem. Et esca opus Dei est, sed non homo propter escam, sed esca propter hominem. Multum enim distat. Ideo nolit, inquit, hoc opus Dei quod clarum est dissoluere propter quod humillimum est, hoc est, salutem fratris studere, non curam escæ agere, ut fratrem contristes. Beneficium enim Dei irritum facit, qui fratrem liberatum à peccato per disceptationem rursus prouocat ad peccandum, soluens in ipso opera Christi, quæ gessit ut hominem à peccato liberaret. Ambrosius in 14. ad Rom.

**Opera tenebrarum.** Abijciamus ergo opera tenebrarum, &c. Opera tenebrarum sunt actus illi qui à Deo alieni sunt. Origenes lib. 9. ad Rom.

Tenebrarum sunt opera uita carnalis, quæ illecebris agitur secularibus, hæc digna est tenebris, sicut dicit Dominus: Tollite illum, & ligatis manibus & pedibus, mittite in tenebras exteriores. Ambrosius in 13. ad Romanos.

**Venditores operum bonorum.** Ite potius ad uendentes, & emite uobis. Venditores operum bonorum uel doctrine, sacerdotes sunt, qui præcepta iusticie in populo dant, quasi precium accipientes fidem ipsorum, qui peccatores per penitentiam soluunt, precio confessionis eorum placati. Aut certe hoc precium doctrine accipiunt, quando sic docentes eos audierit populus. Populus quidem per obedientiam suam mercatus est sibi salutem: sacerdotes autem qui docuerunt & laborauerunt circa eos, recipient à Deo doctrine suæ labores. Alius uenditores olei, id est, boni operis, pauperes dicit. Autor operis imperfecti hom. 5. 2. in Mattheum.

**Operarij.** Operarij autem pauci. Quosnam hic operarios uocat: duodecim certe discipulos. Chrysostomus ibid. hom. 3. 3.

**Abundare in omni opere bono.** Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Si sufficientiam solam sibi eligant, poterunt in Dei opere abundare. Illud enim si bi retinendo quod sufficit, cætera in usus sanctorum uel pauperum impendant necesse est, & hoc erit abundare in omni opere bono. Licet enim exigui hominis parum sit quod tribuit, abundat tamen, quia recto iudicio sit: & non solum queritur quantum, sed & de quanto, & quo animo detur. Ambrosius in 9. 2. ad Corinth.

**Opus ardere.** Si cuius opus arserit, damnnum pa-

tietur. Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est, quæ interibit. Cuncta enim mala interibunt, sicut iter impiorum: quia non sunt substantiæ, sed asseuerationes peruersæ. Id. in 3. 1. ad Corinth.

**Operatio.** Nihil operantes, sed curiose agentes. Operationem hic dicit, quæ per manus fit. Chrysostomus homil. 5. in 2. ad Thessalonicenses.

**Operationes.** Et diuisiones operationum sunt, item autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Operationes rursus dona uocauit, utpote quæ diuina natura operetur. Theodoret. in 12. 1. ad Corinth.

O R.

**Or,** mons in quo mortuus est Aaron, iuxta ciuitatem Petram, ubi usque ad præsentem diem ostenditur rupes, quæ percussa Moyses aquas populo dedit. Eusebius de locis Hebraicis.

**Or,** iracundia. Philo in interpr. nom. de Exodo.

**Or,** lumen. Id. ibid. de Numeris.

**Or** interpretatur montanus. Origenes homil. 27. in Numeros.

**Oraim,** conceptus, siue comprehensio. Philo in interpr. nomin. de Deuteronomio.

**Oram,** in tribu Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

**Oram,** uæ excelsus, uel iracundia, siue irati. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue & Ezechiele.

**Orare.** Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, &c. Orare dicit deprecari. Ambrosius in 11. 1. ad Corinthios.

**Oratio.** Oratio est, ascensio mentis in Deum, aut decentium à Deo petitio. Damascenus lib. 3. cap. 24. de Orthodoxa fide.

**Orbis.** Eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in iusticia, &c. Vide iterum orbem dixit, sic homines uocans. Chrysostomus homilia 38. in Acta apostolorum.

**Orchathi,** æstimatio mea. Philo in interpr. nomin. de 2. Reg.

**Orchiataroth,** longitudo corona. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Oreb,** nomen montis Sina, in quo Deus uocauit Moysen, & postea legem tradidit. Exod. 3. Deut. 1. 4. 1. Reg. 19.

**Oreb,** princeps Madianitarum, à Gedeone interceptus.

**Oreb,** ardor, siue siccitas, aut coruus, uel solitudo. Philo in interpr. nomin. de Exodo, & lib. Iudicum.

**Oren,** ira. Id. ibid. de 2. Reg.

**Oreth,** ciuitas regni Nemrod in Babylone. Eusebius de locis Hebraicis.

**Ori,** lux mea. Philo in interpr. nomi. de Exodo.

**Ori,** coquens, uel claudens me, uel apprehendens. Id. ibid. de Numeris.

Multi ab oriente & occidente uenient. Non omnes, sed multi, tamen ipsi ab oriente & occidente, istis partibus duabus totus orbis designatur. Augustinus serm. 6. de uerbis Domini.

**Oronaim,** urbs Moabitarum, sicut in Hieremia scriptum est. Eusebius de locis Hebraicis.

**Oronaim,** foramen mœroris. Philo in interpreta-

tionibus nominum de Esaia & Hieremia.

Orpha, nurus Elimelech Bethlehemitæ. Ruth 1.

Orpha, ceruix eius. Id. ibid. de Ruth.

Orphani. Non relinquam uos orphanos, &c. Orphani, pupilli sunt. Illud enim Græcū eiusdem rei nomen est, hoc Latinum: nam et in Psalmo, ubi legimus: Pupillo tu eris adiutor, Græcus habet orphano. Augustinus tract. 75. in Ioannem.

Orthosia, urbs Phœnicie, uicina uel potius pars Tripolis. In hanc urbem fugit Triphon Syriæ rex. 1. Macc. 15.

## O S.

Os unum. Et uno ore honorificetis Deum, &c. Vnum os dicitur, ubi unus atque idem per diuersum ora sensus & sermo procedit. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Ola, in tribu Aser. Eusebius de locis Hebraicis.

Osa, spes. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Olai, saluabit me. Id. ibid. de Hieremia.

Ofanna, uide Hofanna.

Ofanna filio Dauid, Benedictus qui uenit in nomine Domini. Lux & gloria & laus cum supplicatione Domino. hoc enim significat Ofanna, si Latine explicetur. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagogi, cap. 9.

Ofanna si interpreteris, significat, Saluum fac iam nunc. Eusebius lib. 9. demonstratio. 18. de demonstratione Euangelica.

Ofanna, saluifica, quod Græcè dicitur ὄφρα. Vtrumque autem nomen per extensam literam legendum. Hieronymus in interpret. nomin. de Mattheo. Vide Alleluia.

Osculum sanctum. Salutate inuicem in osculo sancto. Ex hoc sermone & alijs nonnullis similibus mos ecclesijs traditus est, ut post orationes osculo se inuicem suscipiant fratres. Hoc autem osculum sanctum appellat Apostolus. Quo nomine illud docet primo, ut casta sint oscula que in ecclesijs dantur. Tunc deinde ut simulata non sint, sicut fuerunt Iudæ, qui osculum labijs dabat, & proditorem corde tractabat. Osculum uero fidele primo, ut diximus, castum sit, tunc deinde pacem in se simplicitatemque habeat in charitate non ficta. Origenes libro 10. ad Romanos.

Omnes quibus scribit, & quos nominat, iubet salutare se inuicem in osculo sancto, id est, in pace Christi, non in desiderio carnis, sed in Spiritu sancto, ut religiosa sint oscula non carnalia. Ambrosius in 16. ad Romanos.

Salutate uos inuicem in osculo sancto. Quid est sancto? non subdolo, non ficto: sicut Iudas Christum osculatus est. propter hoc enim osculum datur, ut charitatis fiat symbolum, ut accendat affectionem, ut sic mutuū diligamus, tanquam fratres fratres, tanquam filij patres, tanquam patres filios, imò & multo magis. Chrysostomus homilia 30. in secundam ad Corinthios.

Oseas, Propheta οὐρανός Esaia, Michea, & Amos.

Sonat Oseas, si interpreteris seruatus. Origenes tomo 2. in Euangelium Ioannis.

Osee, filius Nun, de tribu Ephraim. Num. 13. Vide Iosua.

Osee, filius Hela, rex Israel, sub quo decem tribus abductæ sunt. 2. Reg. 17.

Osee, saluans, uel saluatus, aut saluator. Philo in interpret. nomin. de Numeris, & Osee. Hieron. ibid. de epist. ad Romanos.

Olia, salus Domini. Philo in interpret. nomin. de Exechele.

Ostium. Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, &c. Merito ostium Scripturas appellat, quoniam nos ad Deum ducunt, & etiam nobis cognitionem aperit: ipse oues faciunt, ipse custodiant, neque lupos irrumperere permittunt. Chrysostomus homil. 58. in Ioannem.

Ostium, Dominum Christum accipimus, pastorem ipsum. Augustinus tract. 46. in Ioannem.

Ostiarus. Quid est ostiū? Quo intramus. Quis est ostiarus? Qui aperit. Quis ergo se aperit, nisi qui seipsum exponit? Id. ibid.

Ostium magnum. Nam ostium mihi apertum est magnum, & efficax, &c. Quid est, ostium magnum? multi ad accipiendam fidem parati sunt, multi ad amplectendam eam accommodati. Chrysostomus hom. 43. in priorem ad Corinth.

Ostiarus. Huic ostiarus aperit, &c. Si ad uerba parabolam uis accommodare, nihil prohibet hoc in loco per ostiariū Mosem significari, cui eloquia Dei credita sunt, cuius uocem oues audiunt. Chrysostomus homil. 58. in Ioannem.

Ostiarium forte ipsum Dominum debemus accipere. Multo sunt enim inter se diuersa in rebus humanis, pastor & ostium, quam ostiarus & ostium: et tamen Dominus & pastorem se dixit & ostium. Cur ergo non intelligamus ipsum & ostiarium? Augustinus tract. 46. in Ioannem.

Si personam aliam queris ostiarij, Spiritus sanctus occurrat. non enim dedignabitur ostiarus esse S. sanctus, quando ipsum ostium esse dignatus est filius. Vide ostiariū, forte S. sanctum. ipse Dominus discipulis suis de S. sancto dicit: ipse uos docebit omnem ueritatem. Ostium quid est? Christus. Quid est Christus? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem ueritatem? Id. ibid.

## O T.

Otiosus. Et uidit alios stantes in foro otiosos. Quis est otiosus? Qui opus Dei non operatur. Auctor operis imperfecti homil. 34. in Mattheum.

Othon, ubi secundo filij Israel castra metati sunt, egredientes de Socoth iuxta desertum, quando profecti sunt de Aegypto. Euseb. de locis Hebraicis.

Othon in nostram linguam uersum, dicunt signa eis. Origenes homil. 5. in Exodum.

Othoniel, filius Cenez fratris Caleb, qui Othoniel capta urbe Cariathsepher, Axam filiam Caleb, uxorem duxit. Ios. 15. Iud. 1. Iudex populi Israel repulit Syros. Iud. 3.

Othoniel, respōso Dei, uel reuelatio Dei, uel tempus mei Dei, seu signum Dei. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue, & lib. Iudicum.

Othotham, signum eorum. Idem ibidem de Numeris.

## O V.

Ouis. Qui secundum Deum uocem humilitatis et confessionis emittit, ouis est: qui uero aduersus ueritatem turpiter blasphemis ululat contra Deum, lupus est: sicut dicit Propheta de illis: Iniquitatem in excelsis loquuti sunt, posuerunt in caelum os suum. Autor operis imperfecti homilia decimanona in Matthaeum.

Oues. Oues dicti sunt qui saluantur, propter mansuetudinem quam didicerunt ab eo qui dicit: Disce a me, quia mitis sum et humilis corde: et propter quod usque ad occisionem parati fuerunt uenire imitantes Christum, qui sicut ouis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine uoce: et non simpliciter sine uoce, id est, coram auferente quae sunt ipsius et diripiente. Origenes in 25. Matthaei.

Memnisse debemus quo uocabulo Christus plebem suam appellet, quo titulo gregem suum nuncupet: oues nominat, ut innocencia Christiana ouibus aequetur: Agnos uocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur. Cyprianus sermone de Zelo et Liuore.

Oues proprie Christiani dicuntur. Autor operis imperfecti homilia 19. in Matthaeum.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Manifestum quidem est, quia oues appellat propter mansuetudinem: non timentes autem Deum, lupos, propter crudelitatem. Id. ibid. homilia 24.

Sicut segregat pastor oues ab hœdis. Oues sunt homines iusti, propter mansuetudinem, quia ipsi neminem ledunt: propter patientiam, quia quum ab alijs lesi fuerint, sustinent. Et sicut oues quando ligantur, aut tacent, aut in simplicitate balant: sic et sancti cum leduntur, aut tacent, aut certe in benignitate probati, preces transmittunt ad Deum. Id. ibid. homilia 54.

Oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorem non contemnendo sunt, oues per ostium intrando sunt, oues exeundo et pascua inueniendo sunt, oues uita aeterna perfruendo sunt. Augustinus tract. 48. in Ioannem.

Ouille Christi. Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, et c. Hoc tenete, ouile Christi esse catholicam ecclesiam. Idem ibidem tractat. 45.

## O X.

Ox, uolentem. Philo in interpretat. nomin. de Genesi.

## O Z.

Oza, filius Abinadab, cuius Cariathiarim, qui in Gabaa, hoc est, eminentiori parte urbis habitauit. In huius domo aliquandiu Arca Domini, a Philistinis reducta, mansit. 2. Sam. 6.

Oza, robustus Domini. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Ozan, genitor Phaltiel, principis tribus Issachar. Num. 34.

Ozanoth, quasi signum, uel forte signum. Philo in interpretationibus nominum de Iesu Naue.

Ozaziu, psalter et citaredus Dauidis. 2. Paralip. 15.

Ozaziu, genitor Hosee principis Ephraim. Ibidem 27.

Ozias, filius Amasiae regis Iuda, qui 2. Reg. 15. Azarias uocatur.

Ozias interpretatur filius nobilis. Autor operis imperfecti homilia 1. in Matthaeum.

Ozia, fortitudo Domini. Philo in interpret. nomin. de Esaia.

Oziel, filius Caath, patruus Aaronis et Moysi. Exod. 6.

Oziel, fortitudo mea Deus. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Ozin, auris. Id. ibid. de Numeris.

Oziph, germinatio. Id. ibid. de Iesu Naue.

Ozin, filius Gad. Num. 26.

## P A.



Pacifici. Beati pacifici. Pacifici non solum dicuntur, qui inimicos in pace reconciliant: sed etiam illi qui immemores sunt malorum, ipsi diligunt pacem. Autor operis imperfecti homilia 9. in Matthaeum.

Pacifici sunt, qui a dissensionis, et discordiae scandalo separati, dilectionem charitatis fraternae, et pacem Ecclesiae sub catholicae fidei unitate custodiunt. Quam pacem tuendam discipulis suis Dominus in Euangelio peculiariter commendat, dicendo: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis.

Pactum. Pactum est, quod Deus statuit qui est autor uniuersi. Ecce ego pactum meum tecum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Pædagogia. Quod Pædagogia quidem sit uocabulum, hoc est, puerorum educatio, ex ipso nomine clarum est. Id. lib. 1. pædagogi cap. 5.

Pædagogiam esse confitemur bonam a pueris in uirtute institutionem. Id. ibid.

Pædagogia est, diuina religio, quae est doctrina diuini cultus, et eruditio ad assequendam ueritatis agnitionem, et recta institutio, uitaeque agenda ratio, quae in caelum deducit. Idem ibidem capite septimo.

Pædagogus. Lex pædagogus noster fuit in Christo. Nomen pædagogi compositum est ab eo quod pueros agat, id est, ductet. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Palæstina, regionis nomen, quam Israelite tenuerunt, quae alias terra Canaan, alias terra Sancta dicitur. Orta est autem appellatio Palæstinae, a Philistinum filio Mizraim. Gen. 10. cuius posterii quinque potentissimas urbes in littore terrae Canaan tenuerunt. In Biblijs primum usurpatur nomen Palæstinae. Gen. 21. et 26. Vide Philistinum.

Ecce ueteres posuisti dies meos. In Graeco scribitur *πενταχθισ*, quod significat mensuram quatuor digitorum. Origenes homilia prima in Psalmum trigessimum octauum.

Palmam interuertere. Nemo uobis palmam interuertat,



interuertat, &c. Palma interuertitur, quando alij quidem uincunt, alij uerò palmam tollunt, quando cum uic eris, fraude læderis. Chrysostomus homilia 7. ad Coſſenſes.

Palmus. Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & totam terram pugno? Qui totum cælum minima suæ potestatis particula comprehendit, quæ sermo propheticus figuratè palmus appellauit. Basilius lib. de S. sancto ad Amphilochoium.

Palmira, urbs quam Salomon in solitudine ædificauit. Reg. 9.

Pamphylia, prouincia Asiæ. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Pamphylia, conuersi à ruina, siue diuisio cadens. Id. in interpret. nomin. eiusdem libri.

Panis. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Panem siue doctrinam hoc in loco, & salutem & fidem in se, siue corpus suum dicit. Vtrunq; enim animam fortiorem reddit. Chrysostomus homil. 45. in Ioannem.

Panis quotidianus. Panem nostrum quotidianum, &c. Doceamur per præsens consilium, quid hodie quidem, quid item in posterum petere oporteat. Panis hodiernæ necessitatis & usus est: regnum beatitudinis quæ speratur. Panem autem quem dicit, omnia quæ corpori necessaria sunt, comprehendit. Gregorius Nyssenus lib. de Oratione.

Panis quotidianus, aut pro ijs omnibus dicitur est, quæ huius uitæ necessitatem sustentant, de quo cum præcipit, ait. Nolite cogitare de crastino: ut ideo sit ad ditum, da nobis hodie. Aut pro sacramento corporis Christi, quod quotidie accipimus. Aut pro spiritali cibo, de quo idem Dominus dicit: Operamini escã quæ non corrumpitur. Et illud: Ego sum panis uitæ, qui de cælo descendi. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte,

Panis uitæ. Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi. Panem uitæ seipsum appellat, quoniam uitam nostram & hanc & futuram corroborat. Chrysostomus homil. 45. in Ioannem.

Parabolæ, *παροιμία* omnia arma sonat. Hieronymus in 6. ad Ephesios.

Parfum, redemptione cadentem. Id. in interpret. nomin. eiusdem libri.

Paphus, maritima in Cypro insula, Veneris quodam sacris, carminibusq; Poetarum famosa, quæ frequenti terre motu lapsa, nunc ruinarum tantum uestigijs, quid olim fuerit, ostendit. Id. de locis Actorum apostolorum.

Parabola. Parabola sermo est, similitudinem habens rei præteritæ ad futuram. Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.

Parabola est res eiusmodi, oratio ab aliquo non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est uerum & proprium deducens eum qui intelligit. Aut ut dicunt aliqui. Dicitio quæ per alia, ea quæ proprie dicuntur, ostendit cum efficacia. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Parabola est, natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudine facta comparatio more prouidentia

suæ, ut qui cœlestia capere non poterant, per similitudines terrenas, audita percipere potuissent. *παροιμία* Græco uocabulo dicitur similitudo: quædã illud quod intelligi uolumus, per comparationes aliquas indicamus. Sic enim ferrum quempiam dicimus, quando durum ac fortem desideramus intelligi: cum uelocè uentis aut auibus comparamus. Hieronymus in quartum Marci.

Parabolæ. Parabolæ illæ sunt, ubi exemplum ponitur, & tacentur nomina. Chrysostomus homil. De diuite in Lucam.

Paracletus. Paracletus. Paracletus quod dicitur S. sanctus, à consolatione dicitur. Paracletus enim Latine consolatio appellatur. Si quis namq; de S. sancto participare meruerit, cognitis ineffabilib. sacramentis consolationem sine dubio & leticiam cordis assumit. Cum enim rationes omnium quæ fiunt, quæ reuel qualiter fiant, spiritu indagatè cognouerit, in nullo utiq; conturbari eius anima poterit, aut ullum sensum timoris accipere: nec in aliquo terretur, cum uerbo Dei & sapientiæ eius inherens, Dominum Iesum dicit in spiritu. Verum quoniam paracleti fecimus mentionem, & pro uiribus nostris qualiter de eo sentire debeat, exposuimus: dicitur autem etiam Saluator noster Paracletus in epistola Ioannis cum dicit: Si quis nostrum peccauerit, paracletum habemus apud Patrem nostrum Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: cõsideremus ne forte aliud significet hæc appellatio paracleti de Salvatore, aliud de S. sancto. Videtur enim de Salvatore Paracletus dici deprecator. Vtrunq; enim significat in Græco Paracletus, & deprecatorum et consolatorum. Propter eum ergo qui subsequitur sermonem, quo ait: Et ipse est repropitiatio pro peccatis nostris, magis in Salvatore nomen paracleti pro deprecatore intelligendũ uidetur. Deprecatur enim Patrem pro peccatis nostris. De Spiritu sancto Paracletus debet intelligi, pro eo quod consolationem præstat animabus, quibus aperit & reuelat sensum scientiæ spiritalis. Origenes lib. 2. cap. 7. Peri archon.

Paracletus aduocatus est, uel potius consolator. secundum Latinam linguam. Eugenius Carthaginensis lib. De fide catholica.

Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Paracletus Latine dicitur aduocatus: et dictum est de Christo: Aduocatum habemus ad Patrem Iesum Christum iustum.

Alium paracletum, Spiritum appellat: nõ quia cõsubstantialis Patri & sibi non sit, sed quia in propria persona esse intelligitur. Spiritus enim nec Pater, nec filius est, sed Patris atq; filij. Alium autem paracletum dicit, quia & ipse paracletus est: nec tamẽ aliud quam in sanctis spiritus operatur, quàm ipse filius, cuius & est & appellatur spiritus. Cyrillus lib. 9. cap. 4.4. in Ioannem.

*παραιετός*, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Qui male actæ uitæ ducti sunt penitentia, aderunt ad uocationem. Hoc enim sibi uult *παραιετός*, quod & consolationem accipere significat & euocatum esse. Clemens Alexand. lib. 4. Strom. Para dius.

**Paradisus.** Deus hominem posuit in Paradiso, id est, in horto fecundissimo & amoenissimo. Lactantius lib. 2. cap. 13. Institutionum diuinarum.

**¶ Paradisus duplex.** Est inferior paradisus, in quo homo positus, mandatum & ut operaretur, & ut custodiret, accepit. Est & ille cœlestis, in quo raptus Apostolus audiuit uerba arcana. Ambrosius in 6. prioris ad Corinth.

**Parcus.** Qui parce seminat, parce & metet. Parcum, auarum significat, cui extorquetur ut inferat. Pœnitet enim, quia promisit. Id. in 9. secunde ad Corinth.

**Veri parentes.** Veri parentes sunt, qui per semen uerbi generant in lucem filios ad uitam æternam. Hieronymus in 1. ad Romanos.

**Paries dealbatus.** Percutiet te Dominus paries dealbate. Paries dealbatus, hypocrisis est, id est, simulatio sacerdotalem præferens dignitatem, & sub hoc nomine tanquam candido tegmine interiorem quasi luteam turpitudinem occultans. Augustinus lib. 1. super Serm. Domini in monte.

**Parion,** discooperientem. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Parmenas,** Diaconus ecclesiæ Apostolorum. Act. 6.

**Parmenam,** diuidentem plenitudinem. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Parchi,** inter flumen Indum, quod ab oriente est: & inter flumen Tygrim, quod est ab occasu, siti sunt. Id. de locis Actorum apostolorum.

**Parthi,** diuidentes perfectè. Id. in interpr. nom. eiusdem libri.

**Parthia,** regio Asiæ maioris, ab occasu habens Mediam, à Borea Hircaniam, ab ortu Ariam, à meridie Carmaniam & Persiam.

**Participes Christi.** Participes eius qui nam quæsi sunt, nisi ij qui dicere possunt: Participes enim facti sumus Christi. De quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Eusebius lib. 5. cap. 2. De demonstratione euangelica.

**Parturire.** Scimus enim quoniam omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc. Parturire, dolere est. Ambrosius in 8. ad Romanos.

**Parturigines.** Quem Deus suscitauit, parturiginibus mortis solutis, &c. Parturigines, id est, diuinas, hoc est, dolores partus uetus Scriptura pericula appellat & calamitates, ut in eo: Parturiginès inferni circumdederunt me.

**Paruulus.** Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Paruulum ætate, & quidem mea sententia, ualde paruulum, qui ab omnibus esset passionibus liber, in medio statuit. Chrysostomus hom. 39. in Matth.

**Paruulos hic simplices homines atq; humiles,** quos multi spernunt, appellauit. Id. ibid.

**Paruulum accipiamus,** qui se exaltare non nouerit, & phaleratis sermionibus artem suæ iactare pru-

dentia: quod Philosophi pleriq; faciunt. Paruulus erat qui dixit: Domine non exaltaui cor meum, neq; exalti sunt oculi mei, neq; ingressus sum in magnis, neq; in mirabilibus super me. Et ut scires paruulum hunc non ætate, non sensu fuisse, sed humilitate sui, & quadam declinatione iactantiæ, addidit: Sed exaltaui animam meam. Ambrosius in 10. Lucæ.

**Paruuli.** Et reuelasti ea paruulis. Qui sunt paruuli? Humiles. Augustinus Serm. 8. De uerbis Domini.

**Qui sunt paruuli?** Christiani, qui nihil possunt amplius existimare de Christo, nisi quod uident in eo, & nihil amplius credere possunt, nisi quod audiunt in libris de ipso. Autor operis imperfecti homil. 28. in Matth.

**Videte ne contemnatis unum de paruulis istis.** Paruulos hic non ætate, sed multorum æstimatione appellauit: pauperes dico, ignotos, ceterosq; huiusmodi, quos multi contemnere solent, qui nec reuera paruuli sunt, cum creatori omnium amici sint, sed multorum æstimatione tales esse putantur. Chrysostomus hom. 60. in Matth.

**Pascha.** Pascha significat transcensionem, eo quod illa die Deus transcendere eos pestem uoluit, quæ scilicet Aegyptios uisitauit. Mors enim primogenitorum in Aegyptijs facta est, ut plurimi procerum congregati circa regalia, Pharaoni persuaderent, quatenus Hebræos sub uelocitate dimitteret. Iosephus lib. 2. cap. 13. Antiquitatum Iudaicarum.

**Pascha** quod Hebraicè dicitur Pasch, non à passione, ut pleriq; arbitrantur, sed à transitu nominatur: eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, nec percussit eos. Vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauerit. Hieronymus in 26. Matth.

**Pascha,** transcensus, siue transgressio. Id. in interpr. nom. de Actis apostolorum.

**Pascha** ille solus dies appellatur, in quo agnus occiditur. Reliqui uerò azimorum dies appellantur. Origenes hom. 9. in Leuiticum.

**Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.** Pascha immolatio est, non transitus, sicut quibusdam uidetur. Prius enim pascha, & sic transitus: quia ante exemplum est Saluatoris, & sic signū salutis. Nec enim ante signum quàm crux. nam occiso uespere agno in Aegypto filij Israel pascha egerunt, ex cuius sanguine postes signarunt, ut noctu Angelus transiens, ea loca non contingeret quæ sanguine agni fuerant oblita. Ambrosius in quintum prioris ad Corinthios.

**Pascha Iudæorum** agnus erat, & azyma, hoc est, panes non fermentati. Epiphanius lib. 1. tom. 2. Contra hereses.

**Pascha** non sicut quidam existimant, Græcum nomen est, sed Hebræum, opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quedam congruentia utrarumq; linguarum. Quia enim pati Græcè πάσχω dicitur, & deo pascha passio putata est, uelut hoc nomen à passione sit appellatum: in sua uerò lingua, hoc est, in Hebræa, pascha transitus dicitur: propterea quia tunc primum pascha celebrauit populus Dei, quando ex

Aegyptio fugientes, rubrum mare transierunt. Angustinus tract. 55 in Ioan.

Pascha transitus interpretatur. Id. Serm. 26. de uerbis Domini.

Pascua bona. Et pasqua inueniet. Bona pasqua, uita aeterna dicitur: ibi nulla herba arefcit, totum uiret, totum uiget. Solet quaedam herba dici semper uiua: ibi solum uiuere inuenitur. Id. tract. 48. in Ioanuem.

Pasfio. Pasfio est, motio ex uno in aliud. Actio autem est, motio efficax. Damascenus lib. 2. cap. 22. De orthodoxa fide.

Pasfio est, motus sensibilis praeter naturam. Id. ibidem.

Pasfio duplex. Pasfio homonymè dicitur. Nam pasfio dicitur corporis, ut agritudines & ulcera. Dicitur rursus pasfio & animæ, ut concupiscentia & ira.

¶ Quid inter pastorem & mercenarium interfit.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, &c. Hæc inter pastorem est & mercenarium differentia. Alter propriæ, contemptis ouibus: alter sua contempta, ouium semper saluti inuigilat. Chrysostomus hom. 59. in Ioannem.

Pastores. Quosdam uerò pastores, &c. Pastores possunt esse lectores, qui lectione saginent populum audientem: quia non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Ambrosius in 4. ad Ephesios.

Pastores & doctores. Alios autem pastores & doctores, &c. Pastores & doctores eos dicit, qui in ciuitate & in pago erant deputati & segregati. Theodorctus in 4. ad Ephesios.

Patara, ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia. Hieronymus de locis Aetorum apostolorum.

Patara, separans. Id. in interpret. nomin. eiusdem libri.

Pater. Patris uocabulum, causam ex ipso procreati significat. Gregorius Nyssenus lib. de Oratore.

Pater & filius. Patris & filij nomen, cognationem ad aliquid & relationem significat. Quare etiam si Patrem solum nominemus, habemus in nomine subintellectam notionem filij. Pater enim filij Pater dicitur. Et si filium solum nominauerimus, habemus notionem Patris, quia filius Patris filius dicitur. Hæret enim alterum ex altero, & non dirimitur cognationis habitus, sed & alterutrum solum dictum, conducit alterius intelligentiam, & non nomen solum, sed cum nomine etiam nature consortium: Patrem enim intelligentes Deum, Dei patrem intelligimus: & filium intelligentes Dei, Deum intelligimus relatum filium Dei, & similem illi secundum naturam, cuius intelligitur filius. Epiphanius lib. 3. tom. 1. contra hæreses.

Pater est, qui essendi principium alteri secundum similem sibi naturam præbuit, filius uerò, qui ab altero essendi principium per generationem habuit. Cum igitur hominem patrem esse audimus, tum passionis quoque sensum accipimus: at cum Deum Patrem ad impassibilem causam cogitatione accurrimus. Basilius

libro secundo aduersus Eunomium.

Magister. Vos nolite uocari rabbi. Et patrem nolite uocare uobis super terram. Nec magister, nec pater uocandus est alius: nisi Deus Pater, & Dominus noster Iesus Christus. Pater, quia ex ipso sunt omnia. Magister, quia per ipsum omnia: uel quoniam per dispensationem carnis eius omnes reconciliati sumus Deo. Queritur, quare aduersum hoc præceptum, doctorem Gentium Apostolus se esse dixerit: aut quomodo uulgato sermone: maxime in Palestina & Aegypti monasterijs se inuicem patres uocent. Quod sic soluitur: Aliud est natura patrem uel magistrum, aliud indulgentia. Nos si hominem patrem uocamus, honorem ætati deserimus: non autorem nostræ ostendimus uitæ. Magister quoque dicitur ex consortio ueræ magistri. Et ne infinita replicem: quomodo unus per naturam Deum & unus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dei uocentur & filij: ita & unus Pater & magister non præiudicat alijs, ut abusiue appellantur patres & magistri. Hieronymus in 23. Matt.

Paterfamilias. Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, &c. Paterfamilias hoc loco Deus Pater intelligitur. Id. ibid. 21. cap.

Paterfamilias est, cui cælum & terra quasi una sunt domus, qui angelorum & hominum natura Dominus est, beneuolentia pater. Qui ideo se Patrem omnium uoluit dici, ut omnes considerantes bonitatem eius, non sub specie simulata ei seruiant, quasi ualidæ serui domino: sed in ueritate, quasi boni filij genitori. Autor operis imperfecti hom. 40. in Matth.

Pater misericordiarum. Pater misericordiarum idem est qui misericors, & miserator, & misericordie plurimus est dictus. Habes apud Ionam cum ipso misericordie exemplo, quam Niniuitis exorantibus præstitit: facilis & Ezechie fletibus flecti: & Achab marito Iezabel deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ: & Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, malens scilicet poenitentiam peccatoris quam mortem, utiq; ex misericordie affectu. Tertullianus lib. 5. Aduersus Marcionem.

Vultus Dei Patris. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Quem nam uultum Dei Patris intelligit, cuius lumen super nos signatum est? At patet omnibus, quia unigenitus Dei filius, uultus Patris appellatur, incommutabilis illa imago, qui de se dicit: Qui uidet me, uidet Patrem: is in nobis signatus est. Cyrillus libro primo, capite octauo in Ioannem.

Illuminatio uultus Dei Patris. Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Illuminationem certè uultus Dei Patris, hic rursus nominat reuelationem filij per Spiritum, & ductionem quasi manu ad singulas res factam. Sic enim ab auaritia Aegyptiorum Iudæos liberauit. Idem ibidem.

Pater Christum excitauit. Qui excitauit eum à mortuis. Quam ob causam Pater illum excitasse dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Siquidem hoc partim honoris gratia, qui Patri debetur, dictum est, partim

partim ob auditorum imbecillitatem. Chrysostomus in 1. ad Galatas.

Ire ad Patrem. Quia uado ad Patrem. Hoc erat ire ad eum, & recedere à nobis, mutare atq; immortalitate facere quod mortale suscepit ex nobis, & leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Augustinus tract. 78. in Ioan. Item Serm. 38. De uerbis Domini.

Scire Patrem. Nemo nouit Patrem, nisi filius, &c. Quid est aliud scire Patrem, nisi scire & consilium eius, & sensum: Origenes hom. 18. in Numeros.

Patres. Patres eos dicimus, qui nos catechese instituerunt, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Patiens. Patiens ille est, qui humilis & mitis est. Cyprianus Serm. De bono patientie.

Patientia. Patientia est, malorum quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimittate perlatio. Lactantius lib. 5. cap. 23. Institutionum diuinarum.

Patmus, insula in mari Aegæo, in quam relegatus sub Domitiano Imp. Ioannes apostolus Apocalypsim scripsit. Apoc. 1.

Patria. Propheta in sua patria honorem non habet. Puto hoc in loco patriam Capernaum significare. Nam quod in Capernaum nullum honorem affecutus sit, audi ipsum dicentem: Et tu Capernaum nunquid usq; in cœlum exaltaberis? usq; in infernum descendes. Patriam autem appellat, in qua carnem accepit, & in qua diuinitus uersatus est. Chrysostomus hom. 34. in Ioannem.

Et cum uenisset in patriam suam, &c. Quam nam patriam eius modo appellat: meo quidem iudicio, Nazareth: non enim fecit ibi, ait, uirtutes multas: in Capernaum autem fecit: unde dictum est: Et tu Capernaum quæ usq; ad cœlos exaltata es, usq; ad inferos descendes: quoniam si in Sodomis factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in te, mansissent utiq; usq; hodie. Id. hom. 49. in Matth.

Patriarchæ. Et patriarchæ qui æmulabantur, &c. Patriarchas uocat progenitores, quoniam & de illis gloriabantur. Id. hom. 16. in Acta apostolorum.

Patrobas, unus ex primis Christianis Romæ, quem Paulus salutatur. Rom. 16.

Patrobas, dissoluentem eum. Hieronymus in interpretatione nom. de epist. ad Romanos.

Paulus, apostolus, iudeus, ex tribu Benjamin. Philip. 3. natus in Tarso, urbe Cilicie, & educatus Ierosolymis. sub præceptore Gamaliele. Act. 21. professione Phariseus & magno zelo persequens ecclesiam Christi. Philip. 3.

Paulus, mirabilis, siue electus. Hieronymus in interpretatione nom. de secunda Petri, & epist. ad Romanos.

Paulus Sergius, Proconsul Cypri, conuertitur ad agnitionem Christi à Paulo. Act. 13.

Paulo, ori eorum, siue ori tubæ. Id. ibid. de Apoc.

Pauper. Oculi eius in pauperem respiciunt. Pauperem cum audis, noli pecunijs pauperem intelligere: nam reges plurimi placuerunt Deo, & multi pauperes perierunt. Sed inopem dicit spiritu pauperem, secundum quod scriptum est: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ephrem lib. de Armatura spirituali.

Pauper spiritu. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Pauper spiritu est, humilis corde, id est, pauperem spiritum habens, qui nõ magna sapit de se. Autor operis imperfecti homil. 9. in Matth.

Vis intelligere, quis pauper spiritu sit? qui corporalem opulentiam animæ diuinijs permutat: qui propter spiritum egenus est: qui terrenas diuitias ueluti quoddam onus excussit, et abiicit, ut sublimis per aërem sursum rapiatur, ut inquit Apostolus, in nube uenã cum Deo per cœlestia tendens. Gregorius Nyssenus de Beatitudinibus.

Pauperes. Euangelizare pauperibus misit me. Pauperes, nationes significant. Isti enim erant pauperes, nihil omnino possidentes, non Deum, non legem, non Prophetas, non iusticiam, reliquasq; uirtutes. Origenes hom. 32. in Lucam.

Tantum ut pauperum memores essemus, &c. Qui sunt isti pauperes? Pleriq; Iudei qui crederant in Palestina, facultatibus omnibus erant exuti, ac per omnes regiones disiecti exulabant. Quod quidem & in epist. ad Hebræos scripsit, dicens: Nam bonorum uestrorum rapinam cum gaudio suscepistis. Declarat idem & Thessalonicensibus scribens, ac fortitudinem illorum prædicans: Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa: quoniam & uos eadem passi estis à proprijs contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis. Chrysostomus in 2. ad Galat.

Sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus etc. Pauperes possunt dici, qui publicam egeni sunt. Sancti enim discernuntur ab his, quia hi serui Dei sunt, insistentes orationibus & ieiunijs, puram uitam agentes, sicut & Anna prophetissa, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & orationibus seruiens die ac nocte, omnem mundi curam postponens. Ambrosius in 9. secundæ ad Corinth.

Pauperes spiritu. Beati pauperes spiritu, &c. Recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflantem spiritum. Augustinus lib. 1. super Serm. Domini in monte.

Qui sunt pauperes spiritu? Humiles mente atq; contriti. Spiritum hic enim posuit pro anima & uoluntate. Chrysostomus hom. in 1. in Matth.

Paupertas spiritus. Videtur mihi Sermo paupertatem & inopiam spiritus nominare uoluntarianam animi humilitatem atq; demissionem. Gregorius Nyssenus de Beatitudinibus.

Pax. Iustificati ligatur ex fide pacem habemus ad Deum etc. Pax dicitur ubi nemo disidet, nemo discordat, ubi nihil hostile, nihil barbarum geritur. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Pacem meam do uobis, &c. Pax serenitas est mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris uinculum, consortium charitatis. Hæc est quæ similitates tollit, bella compefcit, comprimit iras, superbos calcatur, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non querit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quæ odisse nouit. Nescit extolli, nescit inflari. Augustinus Serm. 67. De uerbis Domini.

**Pax duplex.** Nolite arbitrari, quod uenerim pacem mittere in terram. Est pax bona, et est pax mala. Pax bona est inter bonos, fideles et iustos, ut in quibus est unius fidei munus, una sit uite concordia. Pax autem mala est inter infideles et iniquos, ut quibus est una malicia, sit unus ad malefaciendum consensus. Auctor operis imperfecti hom. 16. in Matth.

**Pax Dei.** Pax Dei Christus est, qui fecit utraq; unum. Egesippus lib. 5. cap. 2. De excidio Hierosolymorum urbis.

## P E

**Peccare.** Anima que peccauerit, ipsa etiam morietur. Peccat, non qui malis afficitur, sed qui malis alios afficit. Chrysost. hom. 10. in priorem ad Thessal.

**Peccare in S. sanctum.** Hoc est fortasse peccare in S. sanctum, id est, per maliciam et inuidiam fraternam oppugnare charitatem post acceptam gratiam S. sancti: quod peccatum Dominus neq; hic neq; in futuro seculo dimitti dicit. Augustinus lib. 1. super Sermon. Domini in monte.

**Peccator.** Iustus. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Peccatores quomodo multi et non omnes uideantur, cum idem Apostolus dicat, quod omnes peccauerunt? Debetur ostendere, aliud esse peccasse, aliud peccatorem esse. Peccator dicitur is, qui multa delinquendo in consuetudinem, et (ut ita dicam) studium peccandi iam uenit: sicut e contrario iustus non dicitur is, qui semel aut bis aliquid iusticie fecerit: sed ille qui semper iuste agendo in usu et consuetudine iusticiam habet. Nam si quis in ceteris fere omnibus iniustus sit, semel autem aut bis aliquid iusti operis egerit, iste quidem in eo opere in quo iusticiam tenuit, iuste egisse dicitur: non tamen ex hoc iustus appellabitur. Ita et iustus peccasse quidem dicitur, si aliquid commiserit aliquid quando quod non licet: non tamen ex hoc peccator appellabitur, qui peccandi usum et consuetudinem non tenet. Sicut et medicus ille non dicitur, qui aut leuiter rupte capitis cuti scit imponere araneam, aut qui tumorem uulneris aqua calida fouerit, quamuis etiam hoc medicina esse uideatur: sed ille dicitur medicus, qui usum et studium ac disciplinam habet medendi. Ex quibus omnibus puto sufficienter ostendi, quod aliud est peccare, aliud peccatorem esse. Omnes enim potest fieri ut peccauerint, etiamsi sancti fuerint: quia nemo mundus a sorde, ne si unius diei fuerit uita eius. Quis enim est, qui non aut in facto, aut in uerbo, aut qui cautissimus certe est, uel in cogitatione peccauerit? Et ideo, ut dixi, peccasse quidem omnes merito dicentur: peccatores autem facti non omnes, sed multi. Simili quoque forma et iusti multi habebuntur, non omnes, etiamsi omnes iusti aliquid operis agunt. Origenes lib. 5. ad Rom.

**Peccatum.** Peccatum est, transgressio legis. 1. Ioan. 3.

Peccatum est, mors aeterna. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Quicquid est praeter rectam rationem, id est peccatum. Id. lib. 1. pedagogi cap. 13.

Peccatum est, uoluntaria iniusticia. Id. lib. 2. Stromat. Moys animae dicitur peccatum. Id. ibid. lib. 3.

Peccatum cum sit corruptio, non potest habere societatem cum incorruptione, quae est iusticia. Id. ibid.

Peccatum est, primogenita proles demonis principis uitiorum. Basiliius hom. 6. Hexameri.

Peccatum non est substantia, sed praeruaricatio boni. Ambrosius in 7. ad Romanos.

Peccatum cum audis, non intelligas substantiuam quandam potentiam, sed malum actum, et nascentem subinde, atque iterum morientem, qui neq; antequam fiat quicquam sit, neq; post factum maneat, sed uerum intereat. Chrysostomus Serm. 12. ad Rom.

Peccatum non est natura, sed male electionis, maligni instituti. Theodoretus dialogo Immutabilis.

Peccatum pro consuetudine peccandi. Sed quod habitat in me peccatum. Consuetudinem peccandi peccatum nominauit. Origenes lib. 6. ad Rom.

Peccatum pro sacrificio pro peccato. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, etc. Quoniam oblatu est pro peccatis, non immerito peccatum factus dicitur: quia et hostia in lege quae pro peccatis offerebatur, peccatum nuncupabatur. Ambrosius in 5. secunde ad Corinth.

Sed forte de sensu meo dixi, quia peccatum sacrificium est pro peccato. Qui legerunt agnoscant, qui non legerunt, non sint pigri: non sint, inquam, pigri ad legendum, ut ueraces sint ad iudicandum. Cum de sacrificijs enim praeciperet Deus offerendis pro peccato, in quibus sacrificijs non erat expiatio peccatorum, sed umbra futurorum, eadem ipsa sacrificia, eadem ipsas hostias, eadem ipsas uictimas, eadem ipsa animalia quae adnouebantur mactanda pro peccatis, in quorum sanguine sanguis ille figurabatur, peccata lex appellatusque adeo ut in quibusdam locis scriptum sit ita, ut sacerdotes immolaturi ponerent manus suas super caput peccati, id est, super caput uictime in molande pro peccato. Tale ergo peccatum, id est, sacrificium pro peccato, factus est Dominus noster Iesus Christus, qui non nouerat peccatum. Augustin. tract. 41. in Ioan.

Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. Misit enim Deus filium suum in similitudinem carnis peccati in carnem, non tamen in carnem peccati. Propter quid? Ut de peccato, certe nullum peccatum, ut de peccato damnaret peccatum in carne, ut iusticia Dei impleveretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo ut de peccato damnaret peccatum in carne? Solet et similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo. Homo dicitur uerus, sed etiamsi pictum in pariete ostendas, et queras quid sit, respondetur homo. Peccatum ergo appellata est caro, habens similitudinem carnis peccati, ut esset sacrificium pro peccato, dicit idem Apostolus alio loco: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Eum qui non nouerat peccatum. Quem qui non nouerat peccatum, nisi eum, qui dixit: Ecce uenit princeps mundi, et in me nihil inueniet? Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit. Eum ipsum Christum nescientem peccatum,

catum, fecit Deus pro nobis peccatum. Quid est hoc fratres? Si diceretur, fecit in illum peccatum, aut fecit illum habere peccatum, intolerabile uideretur. Quomodo toleramus quod dictum est, fecit eum peccatum, ut ipse Christus sit peccatum? Qui nouerunt Scripturas ueteris testamenti, recognoscunt quod dico. Non enim semel dictum est, sed aliquoties creberimè. Peccata dicta sunt sacrificia pro peccatis. Offerrebat, uerbi gratia, pro peccatis hircus, aries, quodlibet, ipsa uictima quæ offerrebat pro peccato, peccatum nominabatur. Peccatum ergo dicebatur sacrificium pro peccato, ita ut alicubi dicat lex, sacerdotes ponere debere manus suas super peccatum. Ergo eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum, id est, sacrificium pro peccato. Factus est Christus peccatū, oblatus est, et deletum est peccatū. Fusus est sanguis redēptoris, et deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effusus est in remissionē peccatorū. Id. Serm. 48. de Verb. Domini.

¶ Quid inter peccatum, infortunium & scelus interlis.

Hæc quodammodo inter se propè sita sunt, peccatum, infortunium, scelus seu iniuste factum. Et est peccatum quidem, uerbi gratia, luxuriose et intemperanter uiuere. Infortunium autem, amicum tanquam inimicum insciēter occidere. Scelus autem est, sepulchrorum effossio, aut sacrilegium. Peccare autem constat, ex eo quod nesciat iudicare quid nam facere oporteat, sicut certè in fossam quoque incidit aliquis, uel quod ignorauerit, uel quod transilire non potuerit propter imbecillitatem corporis. Clemens Alexandrius lib. 2. Stromatum.

Peccata originalia. Peccata ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parētibus trahunt: sed non sine causa dicuntur et nostra, quia in illo uno omnes, sicut dicit Apostolus, peccauerunt. Augustinus de Correctione et Gratia cap. 6.

Peccatum ad mortem. Peccatum non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Peccatum fratris ad mortē puto esse, cum post agnitionē Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, et aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitur. Peccatum autem nō ad mortē est, si quisquā non amorē à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquā infirmitatē animi non exhibuerit. Idem libro primo super sermone Domini in monte.

Corpus peccati. Ut destruat corpus peccati. Corpus peccati est, cuncta crimina. Omnia enim peccata simul corpus appellat, quod destrui dicit per bonam uitā, et fidem catholicā. Ambrosius in 6. ad Rom.

Corpus peccati non hoc corpus ita uocans, sed uersam illam malitiam nostram, quemadmodum et omnem malitiam ueterem hominem uocat. Chrysostomus serm. 11. ad Romanos.

Diligentiùs repetendum est, quomodo dixerit corpus peccati. In quo duplex dari uidetur intellectus, uel quia nostrum corpus peccati ipsius dicat esse, uel propriū aliquod corpus, quod destruendum sit ijs, qui

non debent ultra seruire peccato. Orig. lib. 5. ad Rom.

Corpus peccati est, corpus nostrū: quia nec Adam scribitur cognouisse Euam uxorem suam, et genuisse Cain, nisi post peccatum. Id. ibid.

Peccatis communicare. Neque communicaueris peccatis alienis. Communicare eum dicit peccatis, qui non probatus fuerit ordinatus. Hieronymus in 5. prioris ad Timoth.

Peccato mori. Viuere Deo. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Peccato mortuus dicitur, non suo: neque enim peccatum fecit: sed ipsi peccato mortuus, id est, uelut morte sua peccato ipsi intulit mortem. Viuere autem dicitur Deo, ut et nos noui nobis, neque nostræ uoluntati, sed Deo uiuamus, ut ita demū in uita ipsius salui esse possimus, secundum eum qui dixit: uiuio autem non iam ego, uiuit uerò in me Christus. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Hoc est mori peccato, liberari à peccato, fieri autem serui Dei. Ambrosius in 6. ad Romanos.

Quid est peccato mori in nullo scilicet illi in posterum obedire. Chrysostomus serm. 10. ad Rom.

Quid est peccato hoc est, nō quod illi esset obnoxius, sed propter nostrū peccatū mortuus est. Ut enim illud tolleret, nec uosque, illius atque omnem simul potentiam abscinderet, mortuus est. Id. ibid.

In peccato mori. Sed ne hoc quidem dictum, in peccato uestro moriemini, absque inlagine pretereundum est. Nam si cōmuniter accipitur, perspicuum est peccatores in peccato suo morituros, iustos uerò in sua iusticia: sin uerò moriemini, accipitur de morte, quæ est inimica Christi, ut is pereat, qui ad moriē peccauit, perspicuum est nondum perisse eos quibus dicebantur. Origenes tom. 2. in Ioannem.

Peccatum nosse. Iusticiam nosse. Qui cum peccatum non cognouisset, pro nobis peccatum fecit. Peccatum nosse, peccare est: ut iusticiam nosse, iuste est agere. Ex quo manifestum est, eum qui iusticiam predicat, et non agit iuste, nescire iusticiam. Id. homil. 8. in Hieremian.

Permanere in peccato. Permanere in peccato, ut gratia abundet. Permanere est, accepto non desistere. Id. ibid. 5. ad Romanos.

Absque peccato esse. Absque peccato esse in Scripturis dupliciter intelligitur: ut sit alterum non quam omnino peccasse: alterum, peccare desisse. Id. homilia 2. in Lucam.

Venditum esse sub peccato. Venditum sub peccato. Hoc est uenditum esse sub peccato, ex Adam qui prior peccauit originem trahere, et proprio delicto subiectū fieri peccato, sicut dicit Esaias propheta: Venditi, inquit, estis peccatis uestris. Adam enim uendit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum est peccato. Quomobrem infirmum esse hominem ad præcepta legis seruanda, nisi diuinis auxilijs munatur. Ambrosius in 7. ad Romanos.

Viuere peccato. Viuere Deo. Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? Qui peccat, uiuit peccato, sicut qui nō peccat, uiuit Deo. Id. ibid. cap. 6.

Sicut Deo uiuere dicitur is, qui secundum uoluntatem Dei uiuit: ita peccato uiuere dicitur is, qui secundum uoluntatem peccati uiuit, ut idem designat Apostolus cum dicit: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. In quo ostendit, quod obedire desiderijs peccati, hoc est uiuere peccato. Quod si facere desideria peccati, peccato uiuere est: non facere desideria peccati, nec obedire uoluntati eius, hoc est mori peccato. Origenes lib. 5. ad Romanos.

**Peculatus.** Peculatus dicitur, furtum de re publica. Augustinus tract. 50. in Ioannem.

**Pecunia.** Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, &c. Pecunia & argentum, predicatio Euangelij est, & sermo diuinus qui debet nummularijs & trapezitis: id est, uel ceteris doctoribus, quod fecerunt & Apostoli, per singulas prouincias, presbyteros, & episcopos ordinantes: uel cunctis credentibus, qui possunt pecuniam duplicare, & cum usuris reddere: ut quicquid sermone didicerant, opere explerent. Hieronymus in 2. 5. Matth.

**Pecuniæ.** Pecuniæ certe *περὶ πέντα* Græca lingua dicuntur, quia non suffodere, sed uti probe eis debemus: cū *πέντα* Græcè, Latine uitor dicamus. Chrysostomus homil. 50. in Matth.

**Pelles ouiu.** Instruit Dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium rapaces lupos. Quæ nam istæ sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? Tertullianus de Prescriptionibus aduersus hæreticos.

**Pelusium,** urbs Aegypti ultima uersus Arabiam seu Asiam, sita in littore maris, ad ostium Nili, quod Pelusiacum uocatur. Fit eius mentio Ezechielis 30.

**Pennæ.** Si sumpsero pennas meas diluculo, &c. Pennas hoc loco pro cogitationibus posuit, quæ repente uolatu ubiq; sunt, in caelo, in terra, in abyso, & ubicunq; finiunt maria.

**Pentecoste.** Et dum completerentur dies Pentecostes, &c. Quæ est hæc Pentecoste? quum falx mittenda esset in messem, quum fructus essent colligendi. Chrysostomus homil. 4. in Acta apostolorum.

Dum completerentur dies Pentecostes, id est, quinquagesimæ: hoc est, dies qui est ad Pentecostem, atq; ipsam efficit, & terminat. Oecumenius in 2. Actorum apostolorum.

**Per Deum.** Neq; solum quum de Deo fit sermo, harum uocum usus uariatur: uerum etiam ea quæ ab his significantur saepenumero inuertuntur, quoties altera alterius recipit significationem. Veluti: Possedi hominem per Deum, inquit Adam, idem dicens, quasi dixisset ex Deo. Et alibi: Quæ præcepit Moses Israeli per mandatum Domini. Et rursus: Nonne per Deum horum manifestatio est? Ita Ioseph loquens de insomnijs quæ uiderat in carcere. Palam est, & hunc pro eo quod erat, ex Deo, dixisse, per Deum. Et contra, hæc particula, ex quo, usurpatur pro per quem. Velut quum ait Paulus: factus ex muliere, pro eo quod erat, per mulierem. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, quum ait: foemina conuenire, è uiro natam esse, uiro autem per sceminam, in his quæ sic scribit: Quemadmodum mu-

lier ex uiro, ita uir per mulierem. Basiliius lib. de S. sancto ad Amphilochoium.

**Per quem.** Va homini illi per quem scandala ueniunt. Noli admirari si, Per quem, scriptum est. Consecuit quippe Scriptura, Per quem, nonnunquam pro, a quo, dicere: sicut quando dicitur: Possedi hominem per Deum: non enim secundam quandam causam, sed primam omnino posuit. Et rursus: Nonne per Deum manifestatio eorum est? Et, fidelis est Deus, per quem uocati estis in communicationem filij sui. Chrysostomus homil. 60. in Matth.

**Percutere.** Et incipiat percutere cõseruos suos, &c. Percutere est, iniuste percutere: qui autem propter iustam causam percutit, etsi percutiat, percutere non uidetur. Percutit enim, non ut suum dolorem uin dicet, sed ut illius animam saluet. Autor operis imperfecti homil. 51. in Matth.

**Perditio.** Qui nimis peccant, in Scripturis perditio appellatur, sicut in Ezechiele propheta legitur dictum: Perditio, inquit, factus es, et non subsistes in æternum tempus. Origenes homil. 4. in Leuiticum.

Non perdi ex eis quenquam. Perditionem dicit non mortis, sed illam æternam. Chrysostomus homil. 22. in Ioannem.

**Peribit cælum uelut fumus,** & terra uelut uestimentum inueterasceat. Hic mos est Scripturis, ut hanc mundi transmutationem in meliorem ac magis gloriosam restitutionem, interitum ac perditionem dicat, tanquam uidelicet prior figura pereat per uniuersorum ad illustriorem statum immutationem. Nam nulla contrarietas aut absurditas est in diuinis Scripturis. Præterit enim figura mundi huius, et non mundus dictum est. Sic sanè morem habent Scripturæ, ut perditionem uocent, mutationem in meliorem, aut pulchriorem prioris formæ. Velut si quis perditionem dicat figuræ puerilis, mutationem in utrum perfectum, dum puerilis ætas in magnitudinem ac pulchritudinem mutatur. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hæreses.

**Perdix.** Dicitur hoc esse animal (perdix) malignum, fraudulentum, callidum, multumq; decipiens uenatores. Sepe quippe ante pedes aucupis uoluitur, et in medio eius conatu quasi iam apprehendendus elabatur. Prædam sui ex uicinitate promittit, & hoc agit ne ad nidum foetuum eius citus uenator occurrat. Cum que iam senserit fugisse pullos suos, tunc & ipse illusio hoste discedit. Sed nequitiam eius uincit impunitas. Ambigendum non est de eo quod dicturi sumus, quod ex ijs qui mansueti in casis nutriuntur ueritas approbat: masculus in masculum cõsurgit, obliuiscitur sexum libido præceps, pugnatur ad coitum, et una palma uictoris est polluisse quem uicerit. Origenes hom. 4. in Hier.

**Perfectio.** Quicunq; ergo perfecti, hoc sentimus, perfectionem scilicet dicens renunciaisse peccatis, & in fidem eius qui est perfectus esse regeneratos, posteriorum peccatorum oblitos. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagogi cap. 6.

**Perfectio duplex.** Duplex est perfectio: una quæ est in expletionem uirtutum, secundum quam dicit, quod non sit perfectus: & alia cum ita quis proficit, ut decidere non possit, neque retrorsum aspiceret: secundum

cundum quam dicebat: Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Origenes in præfatione in epist. ad Romanos.

Perfectus sensu. Ut sensibus perfecti sitis. Hic est sensu perfectus qui id agit, ut pro sit alicui maxime fratri. Ambrosius in 1.4. prioris ad Corinth.

Perfecti. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Hi sapientes & perfecti sunt, qui fidem non magis uerbis habent, quam rebus. Id. ibid. cap. 2.

Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Ad comparationem cæterorum qui res diuinas negligentius curant, perfecti dicendi sunt, qui adhibita solertia perfectionis iter ambulant. Idem in tertium ad Philippenses.

Perfectum. Ut instructi sitis ac perfecti ad omne opus bonum. Perfectum est, in quo parum adhuc deest: nam perficitur. Chrysostomus homil. 4. in priorem ad Thessalonicenses.

Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia quæ ante passionem meam fuerat propheta. Augustinus tract. 37. in Ioannem.

Pergamus, urbs Mysiæ, in Asia minore, ad ripam Caiici fluminis sita, ubi inuenta est charta, quam uulgo Pergamenam uocant. Fit eius mentio Apocalypsis 1. & 2.

Pergamo, diuidenti cornua eorum, uel diffecanti uallem. Hieronymus in interpret. nominum de Apocalypsi.

Perge, ciuitas Pamphylie prouinciæ. Id. de locis Actorum apostolorum.

Perge uoraginem. Idem in interpret. nominum eiusdem libri.

¶ Quid inter permittere & præcipere interfit.

Moses propter duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. Bene dixit, quia Moses hoc permisit, nõ præcepit. Aliud est præcipere, aliud est permittere. Quod enim præcipimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes præcipimus: quia malam uoluntatem ad plenum prohibere non possumus. Autor operis imperfecti homilia trigesima secunda in Mattheum.

Perse, tentantes. Philo in interpret. nominum de Daniele.

Persequi. Beati eritis cum uobis maledicent et persequentur uos. Persequi est, uim inferre uel insidijs appetere, quod fecit qui eum tradidit, et qui eum crucifixerunt. Augustinus lib. 1. super sermone Domini in monte.

Persepolis, metropolis Persie. 2. Mac. 9.

Perseus, filius Philippi posterioris, rex Macedonie. fit eius mentio 1. Macc. 8.

Persia, regio Asiæ maioris, cuius fines sunt, ab occasu, Tigris fluminis: à septentrione, Assyria et Media: ab ortu, Carmania: à meridie, mare Persicum. In Biblijs uocatur regio Elam, ab Elam filio Sem: de quo uide supra.

Persis, fidelis mulier, quæ multum laborauit in Domino. Paulus hanc salutauit. Rom. 16.

Perlidam, tentantem, siue disfluentem latera sua.

Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Romanos.

Certa persuasio. Et in omnem opulentiam certe persuasionis intelligentiæ, &c. Certam persuasionem eam dixit, quæ per fidem est. Est enim & persuasio quedam, quæ per rationum collectionem est. Chrysostomus homil. 5. ad Colossenses.

Pes. Vitæ nostræ cursus in Scripturis pes appellatur, & mortificationis species in calceamentis ponitur, quia de animalium mortuorum pellibus conficitur. Id. homil. de patre & duobus filijs.

Pedes. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, &c. Quod pedes hic speciosos non corporales, sed spirituales dicat, puto quod quauis amicus sit quis literæ, negare nõ possit. Neque enim in id ridiculi deducet Apostolicum sensum, ut Euangelistarum pedes quod corporeis oculis uideri possint, putè ab eo decoros dici & speciosos. Sed illi sunt decori & speciosi pedes, qui ambulant per uiam uitæ, secundum illum qui dixit: Ego sum uia. Intellige decoros & speciosos euangelizantium pedes, qui per talem uiam merentur incedere. Origenes lib. 8. ad Romanos.

Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Pedes hoc in loco illos intellige, de quibus dicit Propheta: Mibi autem pens moti sunt pedes. Hoc est consilium quo agimus iter uitæ. Id. ibid. lib. 3.

Qui lotus est, non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Qui fratres mei, quid putatis, nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluatur, non præter pedes, sed totus omnino? Veruntamen cum in rebus humanis postea uiuitur, ubiq; terra calcatur, ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non uiuitur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur: & sic afficimur, ut si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, nos ipsos decipiamus, & ueritas in nobis non sit. Augustinus tract. 56. in Ioannem.

Petra ciuitas Arabiæ in terra Edom, quæ cognominata est Iedaël, & à Syris Recem dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Fundata enim erat supra petram. Petram hit doctrine sue firmitatem & certitudinem uocauit. Siquidem omni petra illius sunt fortiora præcepta, & obedientem Deo cunctis præstant tribulationum fluctibus celsiorem. Chrysostomus homilia 25. in Mattheum.

Petra illa quæ est, nisi res spirituales, omni mutatione superiores? Id. serm. 1. ad Ephesios.

Petrus, Apostolus, proprio nomine Simon dicitur est, sed Petri seu Cephæ agnomen à Christo accepit, Ioannis 1. Marci 3. Matthæi 16. Natus est in oppido Bethsaida, sito ad littus maris Galilee. Ioannis 1. Patris nomen fuit Ioannes. Ideo Ioannis 21. uocatur Simon Ioannis, & Matthæi 16. Simon Bar (id est, filius) Iona. & Ioan. 1. Tu es Simon filius Iona. fratrem habuit Andream Apostolum. Ioan. 1. Matthæi 4. 10. Vocatur à Christo. cum esset piscator, ad munus Apostoli. Matth. 4. Mar. 1. Luc. 5. Maritum fuisse constat ex capite 8. Matthæi, & Lucæ 4. in quo Christus socrum ipsius in oppido Capernaum, febri liberat, & 1. Corinthiorum 9.



Petrus, agnoscens siue dissoluens. Hieronymus in interpr. nomin. de Luca & Actis apostolorum.

Fundata enim erat supra petram, &c. Super hanc petram Dominus fundauit ecclesiam: ab hac petra Apostolus Petrus sortitus est nomen. Idem in 7. Matthæi.

Quia tu es Petrus, &c. Sicut ipse lumen Apostolis donauit, ut lucē mundi appellarentur: ceteraq; ex Domino sortiti sunt uocabula: ita & Simoni qui credebatur in petram Christum, Petri largitus est nomen. Id. ibid. 16.

Petrus cognomen sortitus est, ob immutabilem & immobilem fidem. Chrysostomus in 2. ad Galatas. Tu es Simon filius Ioannis: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Magnum, quia mutauit ei nomen, & fecit de Simone Petrum. Petrus autem à petra, petra uero Ecclesia. Ergo in Petri nomine figurata est Ecclesia. August. tract. 7. in Ioannem.

Hoc nomen ei ut Petrus appellaretur à Domino impositum est, & hoc ut ea figura significaret ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est. Ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus uocatur. Id. Serm. 13. De uerbis Domini.

## P H

Phacee, dux Phaccia regis Israel, quo interfecto regnum Israel uiginti annis tenuit, tempore Ionathan & Achaz Regum Iudæ. 2. Reg. 15. 16. Esa. 7.

Phaceia, filius Manahen, rex Israel, interfectus à Phacee. 2. Reg. 15.

Phaleg, filius Heber. Gen. 10. 21. Luc. 3.

Phaleg dictus est, quoniam secundum diuisionem habitationum natus est. Phaleg autem diuisionem Hebræi uocant. Iosephus lib. 1. cap. 14. Antiquitatum Iudaicarum.

Phallu, filius Rubē patriarchæ. Gen. 46. Nu. 26.

Phalti, filius Raphu, de tribu Benjamin. Num. 13.

Phalti, gener Saulis regis. 1. Sam. 25. 2. Sam. 3.

Phaltiel, filius Ozam. Num. 34.

Phanuel, locus in ripa Iordanis, ad ostium Iaboch, ubi Iacob uidet Dominum facie ad faciem. Gen. 32.

Phanuel, pater Anne prophetissæ ex tribu Aser. Luc. 2.

Phara, minister Gedeonis.

Phara, urbs munita à Bacchide præfecto Demetrii. 2. Macch. 9.

Pharan, rex Ierimoth, à Iosua strangulatus. Iosue 10.

Pharan desertum in Arabia petrea prope Cades, cuius mentio fit. Num. 13. Deut. 1. Gen. 14. Abac. 3.

Pharan interpretatur os uisibile. Origenes hom. 7. 27. in Numeros.

Pharaneades est fructificatio sancta. Id. ibid. hom. 27.

Pharao, nomen regum erat apud Aegyptios, sicut et apud Romanos reges Augusti appellantur. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Pharao nomen secundum Aegyptios significat re-

gem. Iosephus lib. 8. cap. 6. Antiquitatum Iudaicarum.

Pharao in lingua nostra interpretatur exterminator. Origenes hom. 6. in Genesim.

Phares, filius Iudæ, nepos Iacob. Genes. 28. Numeri 26.

Phares fragmentum significat lingua Romana. Iosephus lib. 10. cap. 13. Antiquitatum Iudaicarum.

Phares diuisio est. Unde & Pharisei nuncupati, eo quod à multorum se coniunctione separarent. Ambrosius lib. 3. in Lucam.

Phares est præcisio. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matthæi.

Pharisæus, diuisus. Hieronymus in interpr. nomin. de epist. ad Philippenses.

Dicebantur Pharisei, eo quod separati essent ab alijs, propter spontaneam superfluum religionem, apud ipsos receptam. Phares enim Hebraica lingua separationem significat. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra hæreses. Interpretantur Pharisei secundum nomen Phares, diuisi, qui seipos à ceteris diuiserunt. Phares autem dicitur Hebraica lingua diuisio. Origenes in 24. Matthæi.

Pharisei idem quod diuisi & secreti ualent. Damascenus lib. De hæresibus.

Pharisei isti Iudæi erant, quasi egregij Iudæorum. Nobiliores enim atq; doctiores tunc Pharisei uocabantur, August. sermo. 30. de uerbis Domini.

Phaletis, portus Lyciæ, in finibus Pamphiliæ. 1. Macch. 15.

Phalga, mons in regione Moab. Num. 21. Deut. 3.

Phaspha, è tribu Aser, filius Iether. 1. Par. 7.

Phassur, filius Emmer, summus Pontifex, coniecit Hieremiam in carcerem. Hierem. 20.

Phassur, filius Melchie. Ibid. 21. 38.

Phatuel pater Ioelis Prophete. Ioel 1.

Phatures, Hierem. 44. Ezech. 30. et Phetros Esa. 11. Lutherus putat hac uoce Cyrenæos significari.

Phau, urbs Idumæe. Gen. 36.

Phe, os dici potest. Euseb. lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica.

Phedael, filius Ammiud, diuisor terræ. Num. 34.

Phegiel, filius Ocran, princeps tribus Aser. Numeri 1. 2.

Pheldas, filius Nachor. Gen. 22.

Phelleg, Bene interpretatus est Hebræus pellitem, dum dixit: Pheleg est ha. Pheleg enim significat uxorem, est ha dimidiam, quasi dicat dimidium uxoris. Epiphanius lib. 3. tom. 2. Contra hæreses.

Pheltias, filius Banaie. Ezech. 11.

Phenenna, uxor Elcana. 1. Sam. 1.

Pherezei, populi terra Chanaan, prope Sichem habitauerunt. Gen. 13. 15. 31. Exod. 3. 33.

Inuenimus Pherezeos interpretari fructificationem. Origenes hom. 22. in Iesum Naue.

Phetrusim, filius Mizraim. Gen. 10.

Phicol, princeps exercitus Abimelech, regis Gerara. Gen. 21.

Phihahiroth, fauces montium contiguorum sinui Arabico, seu mari Rubro, in quas consulto Deus populum Israel duxit. Exod. 14.

**Phylacteria.** Habebant (Sadducei) fimbrias quasdam significatiuus politia ipsorum, ad ostentationem elationis & laudem spectantium. & phylacteria apud seipos pallijs addebant, hoc est latic notas purpure. Possit autem aliquis putare, quando quidem etiam in Euangelio hæc uox habetur, de amuletis sermonem fieri, nam & amuleta aliqui phylacteria nominare solent. Verum sermo in totum nihil de his habet, sed quoniam stolas, siue pallia, tales induebant, & dalmaticas siue amicula, ex latic notis siue signis purpure paratas ac prætextas. Notas autem purpure, phylacteria transnominare solent hi qui exacte loqui uolunt. Quæ de causa etiam Dominus phylacteria secundum illos dixit. Indicat autem & consequentia appellationis phrasin, & fimbrias palliorum: ut fimbrias dicat oras ac margines: phylacteria uero signa ac notas ipsius purpure. Dicit enim: Dilatatis phylacteria, & fimbrias palliorum uestrorum magnificatis. Nam fimbrias ac prætextas quosdam in quatuor alis amiculi unusquisq; habebat, ex ipso stamine illigatos, quo tempore continenter agebant, aut uirginitatem exercebant. Epiphanius lib. 1. tom. 1. Contra hæreses.

Sciendum est in istis, quia quod scriptum est in lege de Verbis diuinis dicens: Alligatis eam super manum uestram, & erunt mobilia coram oculis uestris. Qui ergo omnia faciunt, ut ab hominibus uideantur Scribæ & Pharisei, scribentes legis dicta in duobus præcisuris membranis alligant: & alteram quidem in domibus portant, quasi coronam ponentes in capitibus suis, quod scriptum est secundum frontem: alteram autem super brachium manus suæ, & uocant eas phylacteria. Similiter & de fimbria aliquid inuenientes in Deuteronomio, existimantur seruare legem fimbriam aliquam facientes in aliqua parte uestimentorum suorum quæ portant. Origenes in 23. Matthæi.

Dominus cum dedisset mandata legis per Mosem, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante oculos tuos, ut die & nocte mediteris in eis. Hoc Pharisei male interpretantes scribebant in membranis decalogum Mosi, id est, decem uerba legis, complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes: ut semper ante oculos mouerentur. Quod usq; hodie Indi, & Persæ, & Babylonij faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis iudicatur. Iusserat quoq; aliud Moses: Vt in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, ad Israelis populum dinoscendum: ut quomodo in corporibus circumcisis signum Iudicæ gentis daret: ita & uestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi magistri captantes auram popularem, atq; ex mulierculis sectantes luera, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uidelicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur: & quasi hac admonitione rehererentur ad officia Domini & ministeria seruitutis eius. Quia ergo dixerat Dominus: Omnia opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus: quod ge-

neraliter accusarat, nunc per partes diuidit. Pistariola illa decalogi, phylacteria uocabant: quod quicumque habuisset ea, quasi ob custodiam & momentum sui haberet: non intelligentibus Phariseis quod hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & noticiam Dei non habent. Hieronymus in 23. Matth.

Quæ nã sunt hæc phylacteria & fimbriæ? Quoniam facile beneficiorum Dei obliuiscuntur, idcirco Deus signa sua in libellis breuissimè conscribit, & manibus eorum appendi iussit: unde dictum est: Nec remouebuntur ab oculis tuis. Hæc phylacteria, quasi quædam custodientia Latine uocabant, sicuti multe mulierum modo faciunt, Euangelia ex collo dependentes: & ut aliunde in memoriam reducantur, quod obliuiosi crebro facere solent, filo digitum strictius ligantes, id Deus seu infantulis cito iussit facere. Hyacinthinum enim filum in extremitate uestis, quæ ad talos est assui præcepit, ut attentiore cura mandatorum recordarentur, hanc fimbriam appellant. In his igitur rebus diligentiores, ligacula quibus libelli dependebant, latiora, & fimbrias maiores faciebant, quod ex inani gloria proficisci uidebatur. Chrysostomus hom. 73. in Matth.

Philadelphia, ciuitas illustris Arabiæ. Eusebius de locis Hebraicis.

Philautia. Philautia est, nimis amor sui. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Philautia est affectus, quo aliquis erga proprium corpus afficitur. Maximus centuria. 2. de charitate.

Philemon, ciuis Colossensis, cui seruum fugitiuum, Onesimum, artificiosissima petitione Paulus reconciliat, in Epistola illi inscripta.

Philetus, hæreticus, tempore Pauli docuit resurrectionem iam factam esse. 2. Tim. 2.

Philippenses, incolæ fuerunt urbis Macedoniae, quæ Philippi uocabatur.

Philippenses, os lampadarum. Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Philippenses.

Philippi, ciuitas in prima parte Macedoniae. Id. de locis Actorum apostolorum.

Philippus, apostolus ex oppido Bethsaida oriundus fuit. Ioan. 1. 6. 12. Vocatur à Christo ad munus Apostoli. Ibid. 1.

Philippus, Euangelista, unus ex septem Diaconis. Act. 6. primus prædicauit Christum in Samaria, & Æthiopem eunuchum conuertit. Ibid. 8. postea Cesareæ cum quatuor filiabus prophetis habitauit, ubi apud eum Paulus diuertit. Ibid. 21.

Philippus est os lampadis. Hieronymus in Mar. 3.

Philippus, os manuum siue lampadarum. Id. in interpret. nom. de epist. ad Philip.

Philippus, os uiduarum, uel os lampadis. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Philippus, tetrarcha Trachonitidis regionis. Luc. 3. frater Herodis Antipæ, qui fratris Philippi uxorem Herodiadem rapuit. Matth. 14. Mar. 6. Luc. 3.

Philippus, pater Alexandri Magni, regnauit in Macedonia uiginti quatuor annos. Historiam rerum ab ipso singulis annis gestarum describit Diodorus Siculus.

lus lib. 16. fit eius mentio 1. Macc. 16.

Philippus, filius Demetrii, pater Persæ, fuit rex Macedonia quadraginta duobus annis. Huius fit mentio 1. Macc. 8.

Philippus, tutor Antiochi Eupatoris, filij Epiphanis. 1. Macc. 6. Antea nomine Antiochi præfectus erat Hierosolymæ & Antiochiæ. 2. Macc. 5. 6. 8. 13.

Philistijm, filius Mizraim, nepos Cham Genes. 10. cuius posteri quinq; urbes in finibus terræ Chanaan, uidelicet Azotum, Acaronem, Ascalonem, Geth, Gazam, & uicina loca tenuerunt. Ios. 13.

Solius Philistijm cognomen prouincia custodit, cuius partem Græci Palestinam appellant. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Philologus, unus ex primis Christianis Romæ conuersis, antequam Paulus eò ueniret. Hunc salutat Paulus, Rom. 16.

Philosophi. Philosophi apud nos quidem dicuntur, qui amant sapientiam, quæ est omnium opifex & magistra, hoc est, filij Dei cognitionem. Apud Græcos autem dicuntur Philosophi, qui disputationes de uirtute suscipiunt. Clemens Alexand. lib. 6. Stromatum.

Veros Philosophos quosnam dicis? Eos, dixi ego, qui sunt studiosi contemplandæ ueritatis. Id. ibid. lib. quinto.

Philosophia. Reuera philosophia est, possessio præcipua, & Deo charissima, cui nos adductos sola commendat. Iustinus martyr in colloquio cum Tryphone Iudeo.

¶ Quid est philosophia? quam felicitatem affert? Est, inquam, Entis scientia, & ueritatis noticia, cuius sapientiæ præmium est felicitas. Id. ibid.

Philosophia, ut dicunt ueteres, est diuturnum Sapientiæ consilium, quod æternum ambit amorem. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Philosophiam definiunt, studium rectæ rationis.

Id. lib. 1. pedagogi cap. 13.

Philosophia est, studium sapientiæ. Lactantius lib. 3. cap. 2. Institutionum diuinarum.

Philosophia est, scientia diuinarum pariter & humanarum rerum. Chrysostomus hom. 9. ad Coloss.

Philosophia est, cognitio entium secundum quod entia sunt, id est, naturæ ipsorum. Damascenus lib. De hæresibus.

Philosophia est, cognitio diuinarum & humanarum rerum. Id. ibid.

Philosophia est, meditatio mortis & electiæ & naturalis. Id. ibid.

Philosophia est, assimilatio Dei, secundum quod possibile homini. Id. ibid.

Philosophia est, ars artium, & scientia scientiarum. Philosophia enim mater est omnis artis. Per ipsam enim omnis ars inuenitur. Id. ibid.

Philosophia est, amor sapientiæ. Sapientia autem uera Deus est. Dilectio igitur erga Deum, ipsa est uera philosophia. Id. ibid.

Phinees, filius Eleazari, nepos Aaronis, ardens zelo castitatis & gloriæ Dei propagandæ, interficit Israelitam scortantem cum Madianitide. Num. 25.

Phinees, filius Heli sacerdotis. 1. Sam. 1.

Phinson, dux Idumææ. Gen. 36.

Phison, unus è quatuor fluminibus Paradisi. Ibid. secundo.

Phison inundationem significat. Iosephus lib. 1. capite 2. Antiquitatum Iudaicarum.

Phiton, munitio ab Israelitis edificata in Agypto. Exod. 1.

Phlegon, unum ex primis ecclesiæ membris, quæ Romæ ad fidem Christi conuersa sunt. Huic salutem dicit Paulus. Rom. 16.

Phœbe, ministra ecclesiæ Cenchrensis, per quam S. Paulus epistolam inscriptam Romanis misit. Rom. 16.

Phœnice, regio Asiæ, pars Syriæ, & continua Palestina uersus septentrionem. Huius mentio fit Act. 11. 15. 21.

Phœnicia, prouincia Syriæ, cuius partes sunt, Samaria & Galilæa, & aliæ plurimæ regiones. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Phœnicis portua, in littore Cretæ, spectante meridiem & occasum. fit eius mentio Act. 27.

Phogor, id est Moab. Num. 23.

Phrenetici, Phretenici sunt, qui non dormiendæ insanunt. Augustinus Serm. 59. de Verbis Domini.

Phrygia, regio Asiæ minoris, inclusa ab ortu parte Galatiæ & Fisiæ: à septentrione Bithynia & Galatia: ab occasu Sydia & Mysia. fit eius mentio Act. 2. 16. 18. 2. Macc. 5.

Phua, obstetrix Aegyptia. Exod. 1.

Phua, filius Issachar patriarchæ. Gen. 46. Num. 26.

Phua apud nos uel rubens, uel uerecunda dici potest. Origenes hom. 2. in Exodum.

Phul Belochus, pulso Sardana palo regnum Assyriorum & Babiloniorum occupauit, tempore Azariæ regis Iudæ. Huius mentio fit 2. Reg. 15.

Phur, filius Cham, nepos Noe. Gen. 10.

Instituit & Phur Lybiam, Phutos à se uocatas prouinciales. Est autem & fluuius in Mauritania prouincia, qui isto nomine nuncupatur. Unde & plurimos Græcorum historiographorum inuenimus huius fluminis memoriam facientes: & ex adiacenti prouincia, quæ Phuti uocatur, ei nomen impositum. Iosephus libro primo capite 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Phygelus, amicus perfidus deserit Paulum Romæ captiuum. 2. Tim. 1.

Phyton, est diabolus respondens interrogantibus. Mulier habens Pytonem Sauli sciscitanti excitat e morte Samuelem. 1. Sam. 28.

Phytonea, os abyssi. Hieronymus in interpr. nom. num. de Actis apostolorum.

## P I

Pirrhus, dissoluens. Id. ibid.

Pietas. Pietas nihil aliud est, quam Dei notio, sicut Trismegistus uerissimè definiuit. Lactantius lib. 5. cap. 15. Institutionum diuinarum.

Pietas nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio. Id. ibid. lib. 3. cap. 9.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Sicut pietas est, cultura Dei: ita impietas est, contem-

plus.

plus. Hieronymus in 6. prioris ad Timoth.

Pietatis exercitatio. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Pietatis exercitationem uitam uocauit laudabilem. Theodoretus in 4. prioris ad Timoth.

Pilatus, praeses Iudaeae constitutus fuit anno Christi uigesimo octauo, anno Tiberij undecimo. Hic Christum à Sacerdotibus accusatum seditionis et blasphemie, contra conscientiam condemnat. Matt. 27. Mar. 15. Ioan. 18. 19. Luc. 3. 13. 23. Act. 3. 5. 13. 1. Timoth. 6.

Pilatus, os malleatoris, uel ore malleator, siue ore contundens. Hieronymus in interpr. nom. de Luca, Actis apostolorum, et 1. ad Timoth.

Pisidia, prouincia Asiae. Id. de locis Actorum apostolorum.

Pisticum, Maria uero accepit libram unguenti nardi pistici preciosi, etc. Quod ait, pistici, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum preciosum: nec tamen hoc uacat, et sacramento optimè consonat. Pistis Graecè, fides dicitur. Augustinus tract. 50. in Ioannem.

## P L

Sicut ego omnibus per omnia placeo, etc. Omnibus per omnia placere est, sine scandalo cuiusquam agere ad profectum utilitatis illorum, ut et illis et huic sit utile. Ambrosius in 10. prioris ad Corinth.

Plantare. Rigare. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Plantare est, euangelizare, et ad fidem attrahere: rigare uero, baptizare solennibus uerbis. Id. ibid. cap. 3.

Plasmatio, factura. Ipsius enim factura sumus, etc. Diligenter obserua, quia non dixerit, ipsius figuratio sumus atque plasmatio: sed, ipsius factura sumus. Plasmatio quippe originem de terrae limo trahit, factura uero iuxta similitudinem et imaginem Dei sumpsit exordium. Quod in 118. quoque Psalmo simul possum diuersa significat: Manus tuae fecerunt me et plasmauerunt me. factura primum locum tenet, deinde plasmatio. Hieronymus in 2. ad Ephesios.

Pleiades, septem stellae sunt quasi in unum fasciculum coniunctae: à Latinis nominantur Vergiliae, quia in Vere oriuntur Cofnice. In Autumno Achronice oriuntur. Ideoque ferè per totam hyemem nocte cerni possunt. fit autem earum mentio Job 38.

Plenitudo. Ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus. Et qualem dicit plenitudinem, praeter quam legem per Moysen datam? Gratia et ueritas per Iesum facta est. Illic quidem data est, hic facta est. Si ex plenitudine lex, gratia et ueritas Iesu, uetus et nouum Testamentum in lege, et gratia, et ueritate sunt. Epiphanius lib. 2. tom. 2. Contra haereses.

Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare. Plenitudinem appellauit ecclesiam in epist. ad Ephesios, utpote diuinis donis impletis. Visum est, inquit, Deo, eam in Christo inhabitare, hoc est, ei coniunctam esse, esse sub eius tegmine, eius leges sequi. Theodoretus in 1. ad Colossens.

Quod plenitudinem dicit, quidam de plenitudine diuinitatis intelligunt. Quemadmodum Ioannes dixit:

De plenitudine eius nos omnes accepimus. Hoc est, si quid erat filius, uerbum illic habitauit, non energia quadam, sed essentia. Chrysostomus hom. 3. ad Colossenses.

Plenitudo diuinitatis. In quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Plenitudinem diuinitatis mysticos legalium umbrarum intellectus appellat, quos Christus in carnem ueniens in seipso corporaliter, hoc est, ueraciter, habitasse et docuit, et manifestauit: quoniam ipse est fons et plenitudo gratiarum, ueritas symbolorum legalium, finis et prophetiarum uisionum. Origenes in 1. Ioannis.

Quod totum est, plenitudo dicitur. Chrysostomus hom. 6. ad Coloss.

Plenitudo temporum. In dispensatione plenitudinis temporum. Plenitudinem temporum uocat tempus à Deo definitum. Ita etiam in epist. ad Galatas: Quando autem uenit plenitudo temporis. Theodoretus in 1. ad Ephes.

*in uarietate, et in uarietate*, hoc est, plura habendi auiditatem, posuit pro immoderatione. Id. ibid. 4. cap.

Plus. Plus est enim, inquit, templo hic. Plus et minus non in his dicitur, quae inter se communionem non habent, et sunt contrariae naturae, et pugnant aduersus sese: sed in his quae eiusdem sunt substantiae, et communicant secum, solum autem altitudine et magnitudine differunt: quemadmodum aqua ab aqua, et lumen à lumine, et gratia à gratia. Irenaeus lib. 4. cap. 2. Aduersus haereses.

Pluuia, flumina, et uenti. Descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti, etc. Hic et pluuiam, et flumina, et uentos translatione uerborum, afflictiones, et ingruentia hominibus pericula nuncupauit, calumnias uidelicet, insidias, lucus, interitus, alienorum iniurias, familiarum perditiones, ceteraque omnia uitae praesentis incommoda. Chrysostomus hom. 1. 5. in Matth.

## P O

Poenitentia est, tarda cognitio. Cognitio autem est, prima à peccato cessatio. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Poenitentia est, magna intelligentia. Qui enim eorum quae fecit ducitur poenitentia, non amplius facit uel dicit. Id. ibid.

Poenitentia sui correctio est. Lactantius epitome libri anacephali cap. 9.

Haec uera poenitentia est, iam cessare à peccato. Ambrosius in 2. secundae ad Corinth.

Poenitentia duplex. Duplex est poenitentia. Una quidem communis est, propterea quod peccauerit. Altera uero, cum peccati naturam didicerit, persuadet ab ipso desistere peccato per principalem rationem. Cui est consequens ut non peccet. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Poenitentiae fructus. Facite fructus dignos poenitentiae. Vultis scire qui sunt fructus poenitentiae? Charitas fructus est spiritus, gaudium fructus est spiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, et reliqua huiusmodi. Si haec omnia habuerimus, fecimus fructus dignos poenitentiae. Origenes

nes homilia uigesimasecunda in Lucam.

Poenitentiam agere. Poenitentiam ille agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus Dei obtemperans, obsequijs suis & operibus iustis Dominum promeretur. Cyprianus lib. 3. epistolarum epist. 18.

Poenitentiam agere nihil aliud est, quam profiteri, & affirmare se ulterius non peccaturum. Lactantius libro sexto, capite decimotertio. Institutionum diuinarum.

*peruersitas*. Definiunt quidam *peruersitas*, id est, nequitiam spontaneam uel uoluntariam esse malitiam. Aliud est enim per ignorantiam mala agere, & unci à malo: aliud est uoluntate & studio mala facere, & hoc est nequitia. Vnde & merito diabolus hoc nomine *peruersus*, id est, malignus, uel nequam appellatur. Origenes hom. 2. in Ps. 36.

Pontius. Vide Pilatus.

Pontius, declinans consilium. Hieronymus in interpret. nom. de Luca, Actis apostolorum, secunda Petri, & priore ad Timoth.

Pontus, regio mularum gentium iuxta mare Ponticum, quod Asiam Europamq; determinat. Et propter plurimam ostiorum Danubij infusionem, dulcius ceteris esse dinoscitur. Id. de locis Actorum apostolorum.

Pontus, inclinans. Id. in interpret. nom. eiusdem libri.

Populus. Gana. Quia expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Vide num populi nomen referre possis ad eos, qui sunt ex circumcisione: gentis uero ad ceteros. Mortuus etenim est hic homo non tantum pro populo, sed etiam ne tota gens pereat: tanquam si dixisset, ne qui uocantur gens inter Iudeos, & omnes gentiles pereant. Origenes tom. 30. in Ioannem.

Porci. Nolite mittere margaritas uestras ante porcos: ibi appellans eos qui peccatorum foetoribus delectantur sicut porci, qui foetorem omnem tanquam odorem suauissimum expetunt. Id. homilia 1. in Psalmum 37.

Porta coeli. Porta coeli ipse est Christus, per quem introitur in regna caelorum, dicente Propheta: Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Autor operis imperfecti hom. 2. in Matth.

Portæ inferi. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ego portas inferi reor uita atq; peccata: uel certè hereticorum doctrinas, per quas illecli homines ducuntur ad tartarum. Nemo itaq; puteus de morte dici, quod Apostoli conditioni mortis subiecti non fuerint: quorum martyria uideat coruscare. Hieronymus in 16. Matth.

Portæ mortis & Sion. Qui exaltauit me de portis mortis, ut annunciem omnes laudes tuas in portis filie Sion. Portas mortis quæ ad perditionem deducunt, delicta esse Christiana doctrina affirmat, que madmodum e contra portas Sion uirtutis asserit portas. Origenes lib. 6. Contra Celsum.

Portare. Hic inbecillitates nostras aufert, & languores portat. Portare Græci etiam pro eo solent ponere, quod est tollere. Tertullianus lib. 4. aduersus

Marcionem.

Portius festus, procurator Iudææ, successor felicis. Act. 24. 25.

Portium, diuidentem diuitiam eorum. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

¶ Quid inter possessionem & creationem interfit.

Inter possessionem & creationem multa distantia est: quoniam qui possidetur, is utiq; qui est atq; subsistit, & est proprius, possidetur. Creatur uero ille, quæ non erat antequam fieret: aut certè de eo quod erat, transfertur in aliud: sicut & nos nunc creati dicimur in Christo Iesu. Creati utique, non quia ante non fuimus, sed creati in operibus bonis. Idem in 2. ad Ephesios.

Non posse. Propterea non potuerunt credere, quia iterum dixit Esaias. Non potuerunt, hoc est non uiderunt. Neq; te admiratio capiat. Alibi enim inquit: Qui potest capere, capiat ita non nunquam potestate pro uoluntate utitur. Et iterum: Non potest mundus uos odio habere, me autem odio habet. Hoc & communi sermone usurpatum uidemus, cum quis dicit: Non possum asserere hominem diligere: uehementiam uoluntatis potestatem appellans. Et iterum: Non potest ille fieri bonus. Et Propheta: Si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus uarietatem suam, & populus hic poterit bene facere, qui didicit mala. Non dicit, quod impossibile sit ei bene operari: sed quia noluit, ideo non possunt. Chrysostomus homil. 67. in Ioannem.

Postulatio. Obsecro igitur primum omnium fratri deprecationes, postulationes, etc. Postulatio est, supplicatio, & à malis aliquibus & molestijs liberemur. Theodoretus in 2. prioris ad Tim.

Potestas pro uelamine. Propterea debet mulier potestatem habere supra caput, propter angelos. Potestatem uelamen significauit. Ambrosius in 1. prioris ad Corinth.

¶ Quid inter potestatem & donum sanandi interfit.

Deinde potestatem & dona sanationum. Pulchrè sanationum dona à potestate discernit. Potestas enim sanatione maior est. Qui potestatem habet, & castigat, & sanat: qui donum sanandi, sanat modo. Chrysostomus hom. 32. in priorem ad Corinth.

Potestati subiectus. Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote. Hic subiectus est potestati, qui se terrore Dei ab his abstinet, quæ prohibet. Ambrosius in 13. ad Romanos.

Præcepta & doctrinæ hominum. Secundum præcepta & traditiones hominū. Præcepta & doctrinas hominum uocat, non legem, sed eorum doctrinam intempestiuam. Theodoretus in 2. ad Colof.

Prædestinatio. Prædestinationis nomine non aliqua uoluntatis humane coacticia necessitas exprimitur, sed misericors et iusta futuri operis diuini semper piterna dispositio prædicatur. Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

Neque alia est Dei prædestinatio, nisi futurorum operum

operum eius aeterna preparatio. Idem ibidem.

Prædestinatio Dei, preparatio est operum eius. Id. ibid.

Ipsa est prædestinatio Dei, sempiterna scilicet dispositio futuri operis Dei. Id. ibid.

¶ Quid inter prædestinationem & gratiam interfit.

Inter gratiam & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratiæ preparatio: gratia uero iam ipsa donatio. Augustinus de Prædestinatione sanctorum cap. 10.

¶ Quid inter prædestinationem & propositum interfit.

Inter prædestinationem & propositum hi qui solent inter uerba discutere, hoc asserunt interesse, quod prædestinatio alicuius rei multo ante in mente eius qui destinet quid futurum sit, præfigeret: Propositum autem, cum iam uicina sit machinatio, & penè cogitatione sequatur effectus. Hieron. in 1. ad Ephes.

Prænoscere. Nam quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Prænoscere est, in affectum recipere sibiq; sociare. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Præparare. Quæ præparauit ad gloriam. Præparare est, unumquemq; præscire quid futurum est. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Præputium pro Gentibus. Et præputium per fidem. In præputio gentes significat per fidem Christi iustificatos apud Deum. Id. ibid. cap. 3.

Si igitur præputium iusticias legis custodiat. Videtur in presenti loco præputium dicere gentes, quæ in præputio carnis ad fidem Christi uenerunt. Origenes lib. 2. ad Romanos.

Præputium carnis. Et uos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis uestre, &c. Præputium carnis appellauit uitium, docens corporis quidem præputium nihil damni afferre ipsi qui id habent: sed animæ præputium afferre exitium, & animæ & corpori. Theodoretus in 2. ad Colloss.

Præscire Deum. Non repulit Deus plebē suam quam præscijt. Præscire Deum non tantum prænoscere futura, quod nec dubitari potest, sed probare, & scientia sua digna ducere, in Scripturis ponitur. Origenes lib. 8. ad Romanos.

Prætorium. Ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo, in omni prætorio, &c. Regiam appellauit prætorium. Verisimile est autem illam eo tempore sic fuisse appellatam, erat enim imperium penes Romanos. Theodoretus in 1. ad Philippenses.

Prandium meum parauit, &c. Prandium est, doctrina iusticiæ, & uerba cælestium mysteriorū de filio Dei uenturo. Quæ omnia mandens homo, id est, audiens, acquiri sibi uitam aeternā. Auctor operis imperfecti homil. 4. in Matth.

Presbyter. Videtur nomen hoc (presbyter) sanctis non longeuitatis ratione, sed maturitatis ascribi. Origenes homil. 4. in Gen.

Hic est reuera Presbyter ecclesiæ, & uerus Diaconus, id est, minister, Dei uoluntatis, si faciat & doceat quæ sunt Domini, non ut qui ordinetur ab ho-

minibus, neque quod iustus censeatur presbyter, sed quod iustus referatur in presbyteratum. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.

Presbyteri, hoc est, seniores uocantur. Origenes in 16. Matth.

Etiā ante nos quidam obseruantes notarunt in Scripturis, quia presbyteri, uel seniores non ex eo appellantur, quod longæuam duxerint uitam, sed pro maturitate sensus, & grauitate uitæ ueneranda hac appellatione decorentur, maxime cum additur ad presbyterum sermo iste qui sequitur, plenus dierum. Id. homil. 16. in Iesum Naue.

Presbyterium. Quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Presbyterium hic uocat eos, qui Apostolicam gratiam acceperunt. Ita etiam eos qui erant honorati in Israel, diuina Scriptura senes uocauit. Theodoretus in 4. prioris ad Timoth.

Pretium. Pretio empti estis, non fitis serui hominum. Pretium hic crucem appellauit, quæ non simpliciter digito in corpore, sed magna profectō fide in mente formare oportet. Chrysostomus homil. 55. in Matth.

Primitiæ, Radix, Rami. Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & conuersio. Et si radix sancta, sancti sunt & rami. Primitiæ hic atq; radicem uocat eos, qui cum Abrahamo, Isaac, Iacobo fuerunt, Prophetas ac Patriarchas, eosq; omnes qui in ueteri Testamento celebres habiti sunt: Ramos uero qui ex illis sunt credentes. Id. Serm. 19. ad Rom.

Primitiæ, Prima genitura. Sciamus necesse est, non idem esse, ἀρχαῖον, quod est si interpretetur, primitiæ, & πρῶτον γεννητῶν, quod sonat primam genituram. Siquid post omnes fructus dedicatur ἀρχαῖον, hoc est, primitiæ: ante omnes uero fructus πρῶτον γεννητῶν, hoc est prima genitura. Origenes in præfatione Commentariorum in euangelium iohannis.

Obsecro uos fratres, familiam Stephane nostris esse primitiæ Achaïæ, &c. Primitiæ uocat, quod cū fide, uitam optimam uelut fructibus quibusdam delectarent, egregie qualibet in re sese darent. Primitiæ enim cæteris rebus, quarum primitiæ sunt, selectiores esse oportet, quale testimonium hoc in loco illis Paulus dedit. Chrysostomus hom. 44. in priorē ad Cor.

Primitiæ Spiritus sancti. Non solum autem, sed & nos ipsi primitiæ Spiritus habentes, &c. Hoc quod in eos præ cæteris sublimius & præclaris collatum est S. Spiritus donum, merito primitiæ S. Spiritus appellauit. Origenes lib. 7. ad Rom.

Primogenitus. Donec peperit filium suum primogenitum. Hic mos est Scripturarum, ut primogenitum non eum uocent quem fratres sequantur, sed eum qui primus natus sit. Hieronymus in 1. Matth.

Primogenitus est, qui primus genitus est, siue unigenitus, siue ante alios fratres. Si igitur diceretur filius Dei primogenitus, & non etiam diceretur unigenitus, suspicari possemus creaturarum ipsum esse primogenitum, tanquam ipse esset creatura. Quia uero & primogenitus, & unigenitus dicitur, oportet ambo in ipso saluare. Primogenitum dicimus ipsum

omnis creaturæ, quia ipse ex Deo, & creaturæ ex Deo: sed ipse ex substantia Dei & Patris, solus intemporaliter genitus: & ideo non ab re unigenitus. Damascenus lib. 4. cap. 8. de Orthodoxa fide.

Sciendum est, quod primogenitus est, qui primus genitus est, etsi etiam unigenitus fuerit. Hoc enim primogenitum, primum natum esse ostendit: non omnino autem commanifestat & aliorum generationem. Id. ibid. cap. 5.

Princeps mundi. Venit princeps mundi huius, &c. Principem mundi diabolum, & malos homines appellat. Non enim celo & terræ imperat, cum omnia strauisset: imperat autem his, qui se ei in seruitutē tradunt: ideo & principem tenebrarum seculi, & tenebras opera appellat. Chrysostomus homilia 74. in Ioannem.

Non ideo principem mundi appellat, quia eius uerè Dominus sit: sed quia tyrannicè decepit, & rapuit eas qui sui non erant. Subiecit enim sibi delictis hominem, & ab ouili diuino distractum uidebat. Quare non iniuria à tyrannide sua deiectus est. Regnat enim iam in nobis Christus. Nunc enim, ait, princeps mundi huius foras eicietur. & rursus: Si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipsum. Cyrillus libro 10. capite 11. in Ioannem.

Principem huius seculi, non quia uerè ita sit, aut quia natura dominandi dignitatem habeat: sed quia per deceptionem atque rapinam hanc habuit gloriā. Et nunc in errantibus propter turpem eorum uitam dominatur. Nam errore uincti effugere à captiuitate nequeunt: licet in potestate sua sitū sit, per fidē Christi ad uerum Deum uenire, ac diaboli uincula rumpere. Adulterinum igitur principatus nomē diabolo est, non natura, sed errantium prauitate perdurans. Idem ibidem cap. 40.

Princeps uitæ. Principem uerò uitæ occidistis. Ipse qui malitiam peperit, princeps est malitiæ: et princeps homicidij, qui homicidium primus induxit: sic & princeps uitæ, qui à seipso uitam habet. Chrysostomus homil. 9. in Acta apostolorum.

Principes. Nam qui principantur non sunt timori bonis operibus, sed malis. Principes hos reges dicit, qui propter corrigendam uitam & prohibenda aduersa creantur, Dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri. Ambrosius in decimum tertium ad Romanos.

Principes huius seculi. Quam nemo principum huius seculi cognouit. Principes huius seculi non solum homines accipiendos Iudæorum ac Romanorum, sed & hos principes ac potestates quos supra dixit, ad quos uerè pertinet dictum hoc, aduersus quos nobis colluctatio est, spiritualis nequitie in celestibus, quia cōsilio ac uoluntate illorum crucifixus est Christus. Deniq; post tribulationes diabolus recessit, ait, usq; ad tempus. Et ipse Dominus: Princeps, inquit, huius mundi uenit, & in me inuenit nihil. Principes ergo huius seculi per ignorantiam Dominum maiestatis crucifixerunt. Idem in secundum prioris ad Corinthios.

Sapientiam uerò non huius seculi, neque principū

huius seculi qui destruantur, &c. Principes huius seculi hoc in loco non demones quosdam dicit, ut nonnulli suspicantur: sed qui in dignitatibus sunt atque potentijs, qui humana summa contentione expetenda arbitrantur, Philosophos scilicet Rhetores, & Oratores. Etenim ij interdum alij præfuerunt, & ciuitatum principes euaserunt. Seculi autem principes appellauit, quoniam ultra præsens seculum eorum non extenditur principatus. Chrysostomus homilia 7. in priorē ad Corinthios.

Præclara principum. Dominus Deus suus cum ipso, præclara principū cum ipso sunt. Præclara principum, potestas est, principatus & regnum. Origenes homil. 16. in Numeros.

Principes sacerdotum. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, &c. Principes sacerdotum hic eos dicit, qui de principibus sacerdotū fuerunt. Chrysostomus homil. 80. in Matth.

Principales. Et ingressi essent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, &c. Hos uocat principales & ἄρχοντας, id est, eos qui in excellentia. Idem homilia quinquagesima seculum da in Acta apostolorum.

Principatus. Virtutes. Certus sum enim quis neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, &c. In promptu est angelos illos intelligere, quibus ignis æternus à Salvatore cum diabolo dicitur preparatus: principatus autem et uirtutes, illas sine dubio aduersum quas nobis certamen est: uel illos principatus & potestates de quibus dicit: Cum autem destruxerit omnem principatum & uirtutem. Ex quibus & princeps huius mundi appellatur. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Expoliatosq; principatus ac potestates ostentauit palam, &c. Diabolicas uirtutes dicit. Chrysostomus homil. 6. ad Colossenses.

Principium. In principio erat uerbum. Hanc uocem principij, multa significare, non tantum gentiles fatentur. Sed etiam si quis obseruare, atque intelligere uoluerit, undique colligens hoc nomen, & accuratè exquirens, qua dere in singulis Scripturarum locis positum sit, inueniet multiplicem uocis huius significationem in diuinis sermonibus esse. Est namque principium aliud transitus, quod ad uitam pertinet, & longitudinem, ut hæc uerba declarant: *Vitæ bonæ principium est facere iusta.* Rursum est etiam principium aliud generationis: quod uideri potest in hoc dicto: *In principio fecit Deus cælum & terram.* Sed apertius in Iob significationem hoc enunciari arbitror his uerbis: *Hoc est principium figmenti Domini factum, ut illudatur ab angelis suis.* Tertiò illud ex quo, unde tanquam ex præexistenti materia orientur alia, principium existant illi, qui materiam ingenitam astruunt. Secus uerò apud nos est, qui credimus ex non entibus, Deum entia fecisse. Ut mater illa septem martyrum in Maccabeorū gestis, & pœnitentiæ angelus, in Pastore docuit. Ad hæc principium etiam est ueluti secundum formam, hoc pacto. Si primogenitus omnis creaturæ est imago Dei inuisibilis, principium ipsius est Pater. Simili-

Similiter etiam Christus est principium eorum, qui facti sunt secundum imaginem Dei. Nam si homines sunt secundum imaginem, imago uero secundum Patrem, iuxta hoc quidem, Pater principium est filij, iuxta illud uero, hominum principium est Christus, qui nascuntur non secundum illud, cuius est imago, sed secundum imaginem ipsius. congruet autem ad idem exemplum contextus hic: In principio erat uerbum. Est etiam principium disciplinae, iuxta quam intelligentiam, dicimus elementa principium esse Grammaticas. Ob hoc dicit Apostolus: Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursum opus habetis, ut doceamini quae sint elementa principij sermonum Dei. Praeterea dicitur etiam principium de actione, in qua actione inest finis quidam post principium. Et obserua, an sapientia principium actionum Dei existens hoc modo intelligi possit esse principium. Origenes tomo 1. in Ioannem.

Principium pro Patre. In principio erat uerbum. Principium est, quo nihil antiquius est. Videtur principij hic nomine, Beatus Euangelista Patrem significare. Cyrillus libro primo, capite primo in Ioannem.

Id principij significatum absolutum, ac sine relatione supremam naturam significat. Basiliius libro 2. aduersus Eunomium.

Principium pro initio. In principio creauit Deus caelum et terram. Ipsum principium, in quo Deus fecit caelum et terram, aliquid uolunt fuisse, quasi substantiuum et corpulentum, quod in materiam interpretari possit. Nos autem unicuique uocabulo proprietatem suam uindicamus, principium initium esse, et competisse ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim quod fieri habet, sine initio esse, quin initium sit illi, ipsum dum incipit fieri. Ita principium siue initium inceptions esse uerbum, non alicuius substantiae nomen. Iam nunc si principalia Dei opera caeli et terra sunt, quae ante omnia Deus fecit, suorum esse proprie principium, quae priora sunt facta, merito sic praefatur Scriptura: In principio fecit Deus caelum et terram: quemadmodum dixisset: In finem Deus fecit caelum et terram, si post uniuersa fecisset. Possunt et aliter principium interpretari, non ab re tamen: nam et in Graeco principij uocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinatiuum sed et potestatiuum capit principatum. Vnde et ἀρχόντες dicunt principes et magistratus. Ergo secundum hanc quoque significationem principium pro principatu et potestate sumetur. In principatu enim et potestate Deus fecit caelum et terram. Tertullianus libro aduersus Hermogenem.

In principio fecit Deus caelum et terram. Dicitur aliquando principium ipsa motio prima: quo pacto uita probae principium esse dicitur agere iusta. Nam a iustis actionibus primum ad beatam mouemur, atque proficiscimur uitam. Dicitur item principium et id unde fit quippiam, quod uti causa quaedam inest in ipso, ut est in aedibus fundamentum, et in nauigio carina. Quo pacto dictum est: Principium sapientiae timor Domini. Est enim ipse motus

ueluti basis quaedam ac fundamentum ad perfectionem ipsam sumendam. Est praeterea principium et artificiosorum operum ars, ut Beseleelis sapientiam ornatus tabernaculi principium esse constat. Principium insuper actuum saepenumero dicitur commodus finis eorum quae fiunt atque aguntur. Ut beneficentiae, misericordiaeque principium est, spes recipiendi a Deo, omnisque actionis eius omnino quae prouenit a uirtute, principium est finis ille qui in promissione reconditus est. Basiliius homilia prima Hexameri.

Prisca, cognoscens. Hieronymus in interpret. nomin. de priore ad Corinth.

Priscam, agnoscentem. Idem ibidem de 2. ad Timotheum.

Priscilla, uxor Aquilae Iudaei, Pontici. Act. 18. Rom. 16.

Priscilla, agnoscentem. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apost.

Priscus, agnoscentem. Idem ibidem, de epistola ad Romanos.

Procedere. Quid est procedere, nisi ab occulto uelut ex eundo manifestari? Augustinus tractatu 49. in Ioannem.

Prochorus, Diaconus ecclesiae Apostolorum. Act. 6.

Prochorum, fructus congregantem. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Prodigia. Nisi signa et prodigia uideritis, non creditis. Non sine causa dicta sunt prodigia, nisi quia aliud portendunt: prodigium enim appellatum est quasi porrodictum, quod porro dicat, porro significet, et aliquid futurum esse portendat. Augustinus tract. 16. in Ioannem.

¶ Quid inter prodigia & signa inter sit.

Quaerendum est habeant necne differentiam aliquam inter se prodigia et signa: et arbitror ea facta quae superant opinionem, quaeque prodigiosa sunt, eo quod ipsam opinionem et consuetudinem transcendunt, sintque admiranda, et supra hominem, prodigia nominari: quae uero aliquid innuant praeter ea quae fiunt, signa dici. Quam etiam ob causam nomen signi inuenitur in his, quae non sunt praeter opinionem (Vcluti signum nominatur a Deo in his: Circumcidetur uobis omne masculinum, et circumcidetis carnem praepitij uestri, et erit in signum testamenti inter me et uos.) Nullibi autem sola prodigia nominata sunt: quoniam non est aliquid paradoxon in Scriptura, quod non sit signum et nota alterius rei, praeter id quod sensibiliter fit: quoniam si fuisset prodigiosi aliquid factum alterius rei non index, scriptum fuisset, hoc prodigium fecisse Iesum, uel Moysen (ut ita dicam) uel aliquem sanctorum. Origenes tomo 18. in Ioannem.

Proijci. Abijci. Et neque proijciamini in iniquitatem eius. Item alibi: Elegi abiectus esse in domo Domini. Aliud est proijci, aliud abijci. Quod enim in depectione est et neglectu, hoc non proijcitur, sed abijcitur.



citur. Quod uero foris est à salute, & à beatitudine alienum, hoc proicitur. Quod & in alio loco declarat Scriptura diuina dicens: Duces populi mei proicientur ex domicilio rerum suarum propter pessimas uoluntates suas. Idem homilia secunda in Hieroniam.

**Promurale.** Promurale dicitur, cum extra muros qui ambiunt ciuitatem, alius ducitur murus, et est murus ante murum. Id. homil. 4. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

¶ Quid inter *προφῆτας* & *ἰσχυροὺς* interfit.

Differentiam Græci sermonis *προφῆτας* & *ἰσχυροὺς* Latinus sermo non explicat. Superior quippe sermo ad eos refertur, qui antea non fuerunt, & priusquam fierent de his cogitatum est, & postea substituerunt. Inferior uero de eo quem nulla cogitatio, uoluntas nulla præcessit, sed semper fuit & nunquam ut esset accepit exordium. Vnde recte nunc de his qui tum ante non essent, postea substituerunt dicitur *προφῆταις*. De filio uero, hoc est, Domino nostro Iesu Christo, in alio loco scriptum est *ἰσχυροὺς*, quia semper cum Patre fuit, & nunquam eum ut esset uoluntas paterna præcessit. Ex quo colligitur semper Patrem, semper fuisse filium, et in quibus æternitas cœqualis est, eandem esse naturam. Hieronym. in 1. ad Ephes.

**Prophetare.** Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Prophetare dicit, aduentum fore Domini uoce symboli post orationem effari. Ambrosius in 11. prioris ad Corinth.

**Stultus propheta.** Scitote Israel stultum prophetam, insanum uirum spiritualement, &c. Osee 9. Mentem captum hic prophetam, falsum prophetam appellauit: quales arioli, & gentium uates fuerunt. Chrysost. homil. 44. in Matth.

¶ **Prophetae pro prophetis ueteris testamenti.**

Prophetas uocamus, quod diuinus in eis spiritus ante ostendere, & lumine suo anticipare, non presentium modo, uerum etiam futurorum, ueram certamque cognitionem consueuerit. Eusebius libro 5. De demonstratione Euangelica.

Superædificati super fundamentum apostolorum & Prophetarum. Prophetas hic dicit, non Prophetas noui Testamenti, sed ueteris. Theodoretus in secundum ad Ephesios.

¶ **Prophetae pro explanatoribus Scripturarum.**

Quosdam autem Prophetas, &c. Prophetæ explatores sunt Scripturarum, quamuis inter ipsa primordia fuerint prophetæ, sicut Agabus, & quatuor uirgines prophetantes, sicut continetur in Actis Apostolorum, sed propter rudimenta fidei commendanda nunc interpretes Prophetæ dicuntur. Ambrosius in 4. ad Ephesios.

Non illos qui futura natiuicentur, quales in ueteri legimus testamento, sed qui infideles & imperitos arguant atque dijudicent. Tales quippe Prophetas noui testamenti in alia epistola esse desinit. Hieronymus ibidem.

**Secundo Prophetas.** Non eos dicit qui erant ante gratiam, sed qui in gratia, ex quibus erat Agabus, & qui Antiochiæ prophetarunt, & ipse diuinus Apostolus. Theodoretus in 12. prioris ad Corinthios.

Et multi pseudoprophetae exurgent, & seducent multos. Prophetæ dicuntur, non solum qui de Christo annunciauerunt, nec qui omnino futura loquuntur, sed doctores dicuntur, prophetæ. Ergo pseudoprophetae, pseudoctores appellat hæresum diuersarum, aut illos quos modo uidemus diuersis argumentis religionis speciem prætendentes. Autor operis imperfecti hom. 48. in Matth.

¶ **Prophetarum genera duo.**

**Secundo prophetas.** Prophetas duplici genere intelligamus, & futura dicentes, & Scripturas reuelantes: quamuis sint & Apostoli Prophetæ, quia primus gradus omnia subiecta habet. Denique pessimus Caiphas propter quod princeps sacerdotum erat, prophetauit, ordinis utique causa non proprii meriti. Tamen specialiter erant Prophetæ & Scripturarum interpretes, & futura dicentes: sicut erat Agabus, qui exitia & uincula huic Apostolo prophetauit Hierosolymis, & famem cecinit, quæ facta est sub Claudio. Ambrosius in 12. prioris ad Corinth.

**Prophetae & iusti.** Qui recipit prophetam, & cetera. Et qui recipit iustum, & cetera. Prophetæ doctores intelliguntur, sicut supra docuimus. Iusti autem, omnes Christiani. Prophetæ ergo nomine, uoluit ostendere omnes prædicatores Christi. Iusti autem nomine, omnem hominem Christianum: quia non solum doctorum est, persecutionum causa uagari de ciuitate in ciuitatem, sed omnium Christianorum perfectorum in Christo credentium. Autor operis imperfecti hom. 26. in Matth.

**Prophetae & sapientes.** Ecce mitto ad uos Prophetas, & sapientes, & scribas, &c. Non abiectos quosdam, sed Prophetas & sapientes, ne ab eis increparentur interfecerunt: significat autem Apostolos, & eos qui cum Apostolis, & post Apostolos fuerunt, ex quibus multi etiam prophetabant. Chrysostomus homil. 75. in Matth.

Simul obserua iuxta Apostolum scribentem ad Corinthios, uaria esse dona discipulorum Christi: Alios Prophetas, qui uentura prædicent. Alios Sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonem. Alios Scribas, in lege doctissimos. Hieronymus in 23. Matthæi.

Prophetas, & sapientes, & scribas Apostolos dicit. Prophetæ enim erant, qui prophetico spiritu erant repleti. Sapientes autem erant corde, sicut Propheta dicit de eis: Et eruditus corde in sapientia. Scribæ autem erant corde, quia de thesauris suis noua & uetera proferebant. Sapientes non literati, quorum sapientia non est in sensibus carnalibus posita, & in lingua acquisita per exercitacionem carnalem, sed sapientes circa Dei timorem, sapientes circa Dei notitiam, sapientes animo, non corpore: corde, non ore: fide, non uerbis: de quibus dicit Propheta: Dexteram tuam sic notam fac mihi, & eruditus corde in sapientia. Autor operis imperfecti hom. 46. in Matth.

Prophe-

**Prophetarum monumenta ædificare.** *Ædificantur Prophetarum monumenta, & ornantur, cum relicto quis spiritu uiuificante latente in sensibus literarum ipsarum, fouet, & ornat literam occidentem, pulchritudinem prophetiæ ratus positam esse in nuda literarum intelligentia: quod quidem facere solent tum Pharisei, tum Scribæ, quibus, Vch, dicitur à Domino: quorum alteri nempe nude literæ cognitione dicti sunt literarij, siue Scribæ: Pharisei uerò eo quòd diuisi sunt, perdidērunt; diuinam unitatem: nam Pharisei, si interpretentur, idem sunt atq; diuisi.* Origenes tomo 17. in Ioannem.

**Prophetia.** Prophetia est, futurorum prædicatione, id est, eorum quæ post erunt, præsignatio. Irenæus libro quarto capite trigesimo septimo Aduersus hæreses.

Prophetia intelligenda est hæc, quam docet Apostolus, non illam esse per quam dicitur: Hæc dicit Dominus: illa enim usq; ad Ioannem: sed illam de qua idem Apostolus ait: Qui prophetat, omnibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Prophetia autem dicitur apud Paulum, cum quis loquitur hominibus ad ædificationem, & cum loquitur ad exhortationem & consolationem. Et ideo adhibere studium ad huiusmodi prophetiam possibile nobis est, & in nostra potestate, ut nobis in Dei opere sudantibus secundum rationem & mensuram fidei, si hæc facimus, addat & illam quæ ex Deo est prophetiam. Est autem secundum Apostolum etiam alia species prophetiæ quam dicit: Si uerò prophetetis, iniret autem quis infidelis, uel idiota, arguitur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, occulta quoq; cordis eius manifesta sunt, & tunc cadens in faciem pronuntiabit, quia uerè Deus in nobis est. Sicut enim spiritus Dei omnia scrutatur: ita & uerbum Dei omnia quæ in occulto sunt perscrutatur: maxime cum uerbum uiuens sit & efficax, & penetrabilius omnī gladio utriusq; acuto, penetrans usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; & medullarum. Etenim cum oramus in ecclesia, & sermo tractatur, tunc unusquisque intra semetipsum conscientia stimuletur, recognoscens ex his quæ dicuntur propria peccata, recordans si qua forte in occulto commiserit. Interdum autem existimatio ipsa prudentium, uel ex uultu, uel ex moribus, uel ex nutu uniuscuiusq; colligentium prophetiæ speciem tenet. Origenes libro nono ad Romanos.

Prophetia est, præcognitio: cognitio autem est, prophetiæ intelligentia. Veluti cognitio illorum quæ illis prius fuere à Domino, qui omnia prius manifestat. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Ambros. in 4. prioris ad Timoth.

Propinare. Quem proposuit Deus propiciatorium per fidem. Proposuit intelligitur quasi prius posuit, hoc est, priusquam esset. Quod enim est, ponitur, quod nondum est, proponitur. Origenes lib. 3. ad Romanos.

**Profelytus.** Profelytus est, aduena. Id. ibid. lib. 2. Hieronymus in 23. Matth.

**Prouerbiū.** Hæc in prouerbij locutus sum uobis: & c. Prouerbiū modò occultiore & obumbratum sermonem appellauit: qui cum obscuritate tegatur, non facile ab audientibus capitur. Cyrillus lib. 1. cap. 8. in Ioan.

**Prouerbia.** Nomen prouerbia significat, aliud quidem palam dici, aliud uerò intrinsecus indicari. Hoc enim & communis usus prouerbiorum docet, et Ioannes in Euangelio Saluatorem ita scribit dicentem: Hæc in prouerbij locutus sum uobis: ueniet hora cum iam non in prouerbij loquar uobis: sed manifeste de Patre annunciem uobis. Origenes explanatione posteriori in Cantica canticorum.

Prouerbia imagines aliorum sunt, non ipsa quæ dicuntur. Basilius libro quarto Aduersus Eunomium.

**Prouidere.** Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Prouidere est, bona futura ante oculos habere, ut ea gerantur, quæ possunt, postquam facta fuerint, in reprehensionem non uenire: sed magis laudi esse siue apud Deum, siue apud homines. Ambrosius in duodecimum ad Romanos.

Prouidere bona coram Deo & hominibus. Sic prouidentur bona coram Deo & hominibus, si ea quæ licent, sic agantur, ne scandalum faciant. Id. ibid.

Prouidere bona coram hominibus. Qui uitæ suæ ac morum atq; actuum tenet libram, ut non possit ab ullo hominum reprehendi, iste bona coram omnibus hominibus prouidet. Orig. lib. 9. ad Rom.

Prouidentia Dei. Prouidentia Dei est, qua procurat, & dispensat, & prouidet quæ geruntur. Id. homil. 3. in Genesim.

Prouidentia est, quæ ex Deo est, in ea quæ sunt, cura. Damascenus libro secundo, cap. trigesimo nono, de Orthodoxa fide.

Prouidentia est, uoluntas Dei, per quam omnia quæ sunt, conuenientem gubernationem suscipiunt. Id. ibid.

Proximus. Natura omnes nobis inuicem proximi sumus. Operibus uerò charitatis fit proximus ille qui potest benefacere, ei qui non potest. Unde & Saluator noster factus est proximus nobis, nec pertransiuit nos cum semineces ex latronum uulneribus iaceremus. Idem explanatione posteriori in Cantica canticorum.

Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo. Proximum uocat omnem hominem, qui ex eodem nobiscum parente generatus est. Quod quidem & parabola illa significat, de Hierusalem Hiericho hominis descendens, qui incidit in latrones, & sacerdote & leuita prætereuntibus, à Samaritano curatus est, & ad stabularium reuectus. Affirmat autem post hæc Dominus eum esse proximum, qui illi misericordiam fecerit, uolens ostendere omnes homines, omnibus esse proximos. Hieronymus in 4. ad Ephes.

**Diliges proximum tuum sicut teipsum.**

Quis est proximus noster? Christus, qui suscipiens carnem nostram, factus est proximus nobis, sicut in parabola illa Christus ostendit, cum interrogat Pharisaeos: Et quis est meus proximus? Introducit hominem uulneratum à latronibus, & à sacerdotibus despectum, à Samaritano autem receptum, qui est ipse Christus, ut simpliciter intelligamus proximum nostrum omnem hominem esse fidelem. Qui hominem amat fidelem, simile est sicut qui amat Deum, quia imago Dei est homo. Sicut in imagine sua rex honoratur uel contemnitur: sic & Deus in homine uel diligitur uel oditur. Non potest hominem odire, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit, sicut ait Ioannes apostolus: Qui dicit se Deum diligere, fratrem autem non diligit, mentitur. Si enim fratrem quem uides, non diligis, Deum quem non uides, quomodo potes diligere? Quis enim honorat regem, & contemnit imaginem eius? Aut quis honorat imaginem, & autorem contemnit imaginis? Autor operis imperfecti homilia quadragesimatertia in Mattheum.

Non cognatio facit proximum, sed misericordia, quia misericordia secundum naturam. Nihil enim tam secundum naturam, quam iuuare consortem naturæ. Ambrosius in 10. Lucæ.

Prudens in Christo. Vos autem prudentes in Christo. Qui prudens in Christo iudicatur à perfidis, non rectè asserit Christum. Id. in 4. prioris ad Corinthios.

Prudentes. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c. Prudentes hic Scribas & Pharisæos appellat. Chrysostomus homilia 39. in Mattheum.

## P 8

Psalmus est, numerosa & modesta laudatio. Canticum spirituale psalmum dixit Apostolus. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagogici cap. 4.

Psalmus, hymnus, & canticum. Loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus &c. Quid intersit inter psalmum, & hymnum, & canticum, in Psalterio plenissimè discimus. Nunc autem breuiter hymnos esse dicendum, qui fortitudinem & maiestatem prædicant Dei, & eiusdem semper uel beneficia uel facta mirantur. Quod omnes psalmi continent, quibus alleluia uel præpositum uel subiectum est. Psalmi autem proprie ad ethicum locum pertinent: ut per organum corporis, quid faciendum, & quid uitandum sit, nouerimus. Qui uerò de superioribus disputat, & concentum mundi omniumque creaturarum ordinem atque concordiam subtilis disputator edisserit: iste spirituale canticum canit. Vel certè ut propter simpliciores manifestius quod uolumus, eloquamur, psalmus ad corpus: canticum refertur ad mentem. Hieronymus in quintum ad Ephesios.

Psalmi & hymni. Docete & admonete uos inuicem psalmis & hymnis, &c. Psalmi complectuntur omnia: rursum & hymni quoque nihil habent humani. Quod si in psalmis instructus fuerit, tum & hymnos

intelliget de scientiâ, utpote rem diuiniorè. Etenim uirtutes supernæ hymnos concinunt, non psallunt. Chrysostomus hom. 9. ad Coloss.

Pseudapostoli. Qui pseudapostoli sunt, nisi adulteri euangelisatores? Tertullianus de Prescriptionibus aduersus hæreticos.

Pseudoprophetæ. Qui pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? Id. ibid.

Attendite à falsis prophetis. Per pseudoprophetas hic mihi significare uidetur non hæreticos, sed eos qui cum sint uitæ prauitate corrupti, speciem tamen uirtutis induiti sunt, qui uulgo insidiatores uocari solent. Chrysostomus hom. 24. in Matth.

Plonphton fanicon nomen significat inuentorem absconditorum. Iosephus lib. 2. cap. 5. Antiquitatum Iudaicarum.

## P T

Ptolemais, ciuitas in Iudæa maritima prope montem Carmelum, quæ quondam à quodam Ptolemæo dicta est. Est autem altera Ptolemais in Pentapoli prouincia Aphricæ, cuius supra memini. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Ptolemais, deducens ad mensuram. Id. in interp. nomin. eiusdem libri.

Ptolemæus Philometor, Aegypti rex, cuius mentio fit 1. Macc. 1. 2. Macc. 4.

Ptolemæus, gener Simonis Sacerdotis & Principis Iudæorum, præfectus regioni Hierichuntinæ, dolo interficit socerum. 1. Macc. 16.

Ptolemæus, aulicus Antiochi Epiphanis, suo patrocinio Menelaum à Iudæis accusatum tuetur, & in sacerdotium restituit. 2. Macc. 4.

## P V

Publius, primas insule Melites, apud quem Paulus triduo hospitabatur, cuius patrem decumbentem sanauit. Act. 28.

Publius, tabernaculum eius. Hieronymus in interp. nom. de Actis apostolorum.

Pudès, amicus Pauli captiui. Salutatur Timotheum. 2. Tim. 4.

Pudens, indutus consilio. Hieronymus in interp. nomin. de 2. ad Timoth.

Pudicitia. Pudicitia est, honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, uinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordie caput. Cyprianus libello de Disciplina & Bono pudicitie.

Quid est aliud pudicitia, quam mens honesta ad custodiam corporis data, ut sexibus redditus pudor seu ueritate signatus, fidem honoris de incorrupta sobole seruet? Id. ibid.

Pueri. Puelli, nunquid obsonium habetis? Eos pueros appellabat, quos usu & diuturna consuetudine habebat familiares. Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogici cap. 5.

Puritas. In laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in puritate. Puritatem hoc loco, uel continentiam iterum, uel in omnibus puritatem, uel donorum reiectionem, uel etiam gratis Euangelium prædicare. Chrysostomus hom. 12. in secundam ad Corinth.

Puritatem uocat pecunie contemptum. Theodor-

renus in sextum secunde ad Corinthios.

Purpura. Conchylija in magno precio habentur, propterea quod eorum sanguis producat purpuram. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagogi cap. 10.

Pusillanimes. Consolamini pusillanimes. Pusillanimes, id est, timidos. Ambrosius in 5. prioris ad Thesalonicensis.

Appellauit pusillanimes eos, qui pro mortuis capiunt immoderatum dolorem, similiter eos etiam qui non fortiter ferunt insultus aduersariorum. Theodoretus ibid.

Puteolis, ciuitas Colonia Campaniæ, eadem dicitur Ceadicta. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Puteoli, declinantes. Id. in interpr. nom. eiusdem libri.

Puteus iudicij, usq; in presentem diem in regione Geraritica. Vocatur autem uilla Berdan nomine, quod Latine dicitur puteus iudicij. Eusebius de locis Hebraicis.

Puteus iuramenti, quem sedit Abraham, id est, Bersabee in regione Geraritica. Id. ibid.

Puteus iuramenti, ubi iurauerunt Isaac & Abimelech, uocaturq; oppidum Isaac. Sunt autem et alij plures putei in sanctis Scripturis, qui hodieq; in Geraritica regione, & iuxta Ascalonem demonstrantur. Id. ibid.

Puteus uisionis, in deserto, apud quem habitauit Isaac. Id. ibid.

Putiphar, pæfectus aule Pharaonis in Aegypto, cui uenditur Ioseph. Gen. 37. 39.

Putiphar, sacerdos Heliopoleos, socer Ioseph. Ibidem 4 r.

## P Y

Pyri, triticum significat. Epiphanius lib. 2. tom. 1. Contra hæreses.

## Q V A



Literam, quam neque Græci resonant, nec Hebræi, & exceptis Latinis nulla alia lingua habet, à nobis hic penitus prætermissa est. Philo in interpr. nom. de Iesu Nare.

Quadrans. Amen dico tibi, non exies inde donec redas nouissimum quadrantem. Quadrans genus est nummi qui habet duo minuta. Vnde & in alio Euāgelio, mulier illa pauper & uidua dicitur misisse quadrantem in corbonam, & in alio, duo minuta. Non quod dissonent Euāgelia, sed quod unus quadrans duos minutos nummos habeat. Hieronymus in 5. Mat.

Qualis. Videtis qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quod dixit, qualibus, mihi uidetur non magnitudinem, sed deformitatem literarum significans hoc dicere. Nam propemodum illud dicit, quod quum non nosset optime scribere, tamen compulsus sit sua manu scribere, ut calumniatoribus os obturaret. Chrysostomus in 6. ad Galatas.

Quartus, cuius Corinthi ad fidem Christi conuersus à Paulo. Salutem dicit Christianis Romæ uiuentibus. Rom. 16.

Quartus, plangens siue superfluc. Hieronymus in

interpretation. nominum de epist. ad Romanos.

Quali. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre. Ad uerbum, Quasi, hoc in loco non si multitudinis est, neq; parabola, sed confirmationis & definitionis certissimæ: quasi dicat: Vidimus gloriam qualem deceat, & credibile sit habere unigenitum, & dilectissimum omnium regis Dei filium. Chrysostomus hom. 11. in Ioannem.

## Q V E

Quæ est ergo beatitudo uestra? Quæ posuit pro, ubi. Theodoretus in 4. ad Galatas.

Quercus fletus, locus Deborah nutricis Rebecæ sepulchro nobilis Gen. 35.

Querela est, uituperatio, utpote eorum qui contemnunt uel negligunt. Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogi cap. 9.

Quæstiones stultæ. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita. Stultæ omnes & sine disciplina legis sunt quæstiones. Hieronymus in 2. secunde ad Timoth.

## Q V I

Quidam. Si uerò quidam ex ramis defracti sunt, dictione quidam, utiq; non multitudo, sed paucitas significatur. Chrysostomus serm. 19. ad Rom.

Quiescere. Nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti, quiesce: quoniam non sacrificio placatur Deus. Quiescere quid est aliud, quam destinare à proposito impetus? Irenæus lib. 4. cap. 34. Aduersus hæreses.

Quintus Memius, legatus Romanorum. 2. Mac. 11.

Quis. Domine, quis credidit auditui nostro? Quis, pro raro dictum est: & obseruare debemus, quod sermo hic in Scripturis interdum pro raro, interdum omnino pro nullo ponitur. Verbi gratia, ut cum dicit: Quis sapiens & intelliget hæc? Quis ascendet in montem Domini? Et, Quis est homo qui uult uitam: in his omnibus rarum quemq; significat. Vbi uerò dicit: Quis ascendit in cælum, hoc est Christum deducere: uel quis descendit in abyssum, hoc est à mortuis reducere. hic quis, nullus intelligitur. Nullus est enim qui ascendit in cælum Christum inde deducere. Nunc ergo, Domine, quis credidit auditui nostro, quod dicit Esaias, rarum quemq; significat. Origenes lib. 9. ad Rom.

Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & totam terram pugno? Quis statuit montes libra, & rupes statera? Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit? Nam hæc dictio Quis, hic non proptus id quod absurdum est, significat, sed quod rarum. Velut in hoc, Quis insurget mihi aduersus peruersæ agentes? Et, Quis est homo qui uult uitam. Et, Quis ascendet in montem Domini? Basilius lib. de Spiritu sancto ad Amphiloctum.

## Q V O

Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Ea particula quomodo, non multum credentium, sed adhuc terrena sapientium est. Nam & Sara propterea risit, quia quomodo parere posset, cogitauit, & alij multi hoc uerbo fide exciderunt. Chrysostomus hom. 23. in Ioannem.



**R**aab, meretrix Hierichuntina, per si-  
dem non perijt unâ cum his, qui non  
obedierant, cum excepisset hospitio  
exploratores pacificè. Hebræorum un-  
de cimo, 10 sue secundo & sexto. Postea fuit uxor Sal-  
mon, & genuit Booz, maritum Ruth, proauum re-  
gis Dauid. Matth. 1.

Raab, si per aîm mediam literam scribatur, sâ-  
mem significat: si per he, impetum, si per beth, latitu-  
dinem. Hieronymus in interpretationibus nomi-  
um de epistola ad Hebræos. Philo ibidem de Iesu  
Naue.

Raab, lata, siue dilatata. Id. ibid. de Matthæo & e-  
pist. Iacobi.

Raab latitudo interpretatur. Origenes hom. 3. in  
Iesum Naue.

Raab interpretatur latitudo, uel dilatata. Autor o-  
peris imperfecti hom. 1. in Matth.

Raahat, maxilla, siue buccæ. Philo in interpr. no-  
min. de Iesu Naue.

Raam, uisio, uel multum. Id. ibid. de Iob.

Raama, tonitrus. Id. ibid. de Ezechiele.

Raason, cursus, uel complacitio, siue complacen-  
tia, quam significatiuus Græci *σύνδοξιν* uocant. Id. ibi-  
dem de libris Regum.

Rabaam, impetus populi, uel latitudo populi. Id.  
ibid. de tertio Regum.

Rabba, multa, uel multitudo. Idem ibidem de  
Esaiâ.

Rabbath, ciuitas regni Ammon, nunc Philadel-  
phia, cuius meminit Hieremias. Eusebius de locis He-  
braicis.

Rabbath, multitudo, uel grandis. Philo in interpr.  
nom. de Deuteronomio & Ezechiele.

Rabbi, magister meus, Syrum est. Hieronymus i-  
bid. de Matthæo.

Rabbi Latino sermone magister dicitur. Idem in  
2. 3. Matth.

Rabbi magister dicitur. Augustinus tract. 1. 1. 44.  
in Ioannem.

Rabboth, in tribu Issachar: est usque hodie alia  
uilla Rebbo in finibus Eleutheropoleos ad solis or-  
tum. Eusebius de locis Hebraicis.

Rabboth, multi. Philo in interpret. nominum de  
Iesu Naue.

Rablai, multum hæc, siue multa. Id. ibid. de libris  
Regum.

Rablata, multa hæc, siue multum iste. Id. ibid. de  
Hieremia.

Rabmag, princeps cibi. Id. ibid.

Rabfaces, Sennacheribi regis Assyriorum Capi-  
taneus blasphemus. Esaiâ trigesimo sexto, & secundo  
Regum 18.

Rabfaces, dux in exercitu regis Nabuchodonosor.  
Hieremia 39.

Rabface, princeps deosculatus, siue multus oscu-  
lo. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

Rabfarris, Capitaneus regis Sennacherib. 2. Re-  
gum 18.

Rabfarris, princeps eunuchus, siue magister aut ma-  
ior eunuchus. Philo in interpr. nom. de libris Regum  
& Hieremia.

Racab, ascensio, siue conscendens. Id. ibid. de li-  
bro Iudicum.

Radix. Et si radix sancta, & rami. Radicem hæc  
alij Abraham nominant, alij Seth, alij aliquem unum  
ex Patribus bonæ mentis ponunt. Ego autem radicem  
aliam quæ sancta sit, & sanctas primitias nescio, nisi  
Dominum nostrum Iesum Christum. Ipse est enim pri-  
mitiæ omnium, uel delibatio, ut in presenti loco habe-  
mus Apostoli, secundum id quod alibi dicitur de eo:  
Qui est primogenitus omnis creaturæ. Huic namq; ra-  
dici omnis qui saluatur, inferitur, et ex hac delibatio-  
ne sancta omnis massa humani generis sanctificatur.  
Et uere sicut radix sancta, manentibus in se ramis san-  
ctitatis pingue dînem præbet, dum per Spiritum suum  
sanctum adherentes sibi uiuificat, uerbo excolit, sa-  
pientia floridos reddit, & in omnium uirtutum pleni-  
tudine afferre fructus uberes facit: ita ut & ipsa dicat  
de eis: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.  
Origenes lib. 8. ad Romanos.

Racha. Racha, uanus. Hieronymus in interpr. no-  
min. de Matthæo.

Hoc uerbum propriè Hebræorum est, *רפך* enim  
dicitur *luis*, id est, inanis aut uacuus: quem nos possu-  
mus uulgata iniuria absq; cerebro nuncupare. Id. in 5.  
Matth.

Racha non grandis alicuius est sermo conuitiij, sed  
magis e contemptu natum & neglectu dicentis, ut ip-  
si nonnunquam uel seruulis uel inferioribus quibusq;  
aliquid imperantes dicimus: Vade tu, dic illi. Sic etiam  
qui lingua utuntur Syrorum, racha pro eo quod est,  
tu, dicere solent. Chrysostomus homilia decima sexta  
in Matth.

Vetat dici fratri racha, id est, uacue & inanis: nos  
enim debet dici uacuus & inanis, qui fide & Spiritu  
sancto plenus est. Chromatius in quintum Matthæi.

Vnum hic uerbum obscurum positum est, quia nec  
Græcum, nec Latinum est, racha: cætera uero in ser-  
mone nostro usitata sunt. Nonnulli autem de Græco  
trahere uoluerunt interpretationem huius uocis, pu-  
tantes pannosum dici racha, quoniam Græcè dicitur  
pannus *πανος*. A quibus tamen cum queritur, quid di-  
catur Græcè pannosus, non respondent, racha: sed de-  
inde non posset Latinus interpres ubi posuit racha,  
pannosum ponere, nec ut uerbo quod & in Latina  
lingua nullum sit, & in Græca inusitarum. Pro-  
batur est ergo, quod audiui à quodam Hebræo, cum  
interrogassem: Dixit enim esse uocem non significan-  
tem aliquid, sed indignantis animi motum exprimen-  
tem. Has interiectiones Grammatici uocant, particu-  
las orationis significantes commoti animi affectum:  
uelut cum dicitur à dolente, heu: uelut ab irascente,  
hem. Quæ uoces quarumq; linguarum sunt proprie,  
nec in aliam linguam facile transferuntur. Quæ causa  
utiq; coegit tam Græcum interpres quam Latinum  
uocem ipsam ponere, cum quomodo eam interpreta-  
retur, non inueniret. Augustinus lib. 1. de Sermone Do-  
mini in Monte.

Racha dicitur Hebraicè uacuus, quamuis quantum ad sensum uerbi, unum est dicere fatue, et racha. Nam qui uacuus est, ille fatuus est: et qui fatuus est, sine dubio uacuus est, et utriusque uerbi una uidetur esse iniuria. Racha uulgare uerbum erat apud Iudeos, quod non ex ira, neque ex odio, sed ex aliquo motu uano dicebant magis fiducia causa, quam iracundia.

Nam unaqueque prouincia habet in consuetudine aliquod exprobratorium uerbum, quod non rixae causa, sed familiaritatis gratia dicere solent ad eos, quorum fiduciam habent: ut puta patronus suscepto liberto suo, aut diues pauperi, aut urbanus rustico, contemnens personam eius, magis quam inimicans. Auctor operis imperfecti homilia undecima in Mattheum.

Rachab, quadriga. Philo in interpr. nom. de secundo Reg.

Rachab, ascensio, siue excelsa. Idem ibidem de libris Regum.

Rachab, ascendens, uel concita, siue uidens. Hieronymus ibid. de Matth.

Rachab interpretatur ascensio. Auctor operis imperfecti hom. 1. in Matth.

Rachal, negociatio. Philo in interpr. nom. de primo Regum.

Rachel, uxor Iacob, mater Ioseph et Benjamin. Gen. 29. 30. sepulta fuit prope Bethlehem. Ibid. trige simo quinto.

Rachel, ouis, uel uidens principium, aut uisio scele-  
ris, siue uidens Deum. Hoc autem secundum accentuum et literarum euenit diuersitatem, ut tam in contrarias significationes nomina commutentur. Philo in interpretationibus nominum de Genesi et primo Regum.

Rachel, ouis, uel uidens Deum. Hieronymus ibid. de Matth.

Rachel uisum principium sonat. Cyprianus professione libri de Cardinalibus operibus Christi.

Rachel, et ad hanc David spoliatorum partem misit. Eusebius de locis Hebraicis.

Ragal, res, uel deorsum ferens. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Ragal, tristes, uel deorsum. Idem ibidem de secundo Regum.

Rafaim, medici, uel gigantes. Id. ibid. de Deuteronomio.

Rafaim, facluræ uestræ, uel laxitati eorum. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Rafes, uolucres, uel cursus oris. Philo ibid. de libris Regum.

Ragalim, pedes. Philo ibidem de 2. Regum.

Ragau, abauus Abrahamæ. Lucæ 3. Genesis 01.

Ragau, egrotans, uel pascens. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Rages, urbs Mediae, uicina portis Cassijs. In hac urbe habitauit Gabelus, tribulis et debitor Tobie. Tob. 1. 9.

Raguel, sacerdos gentis Madian, socer Mosis. Exod. 2.

Raguel, Iudeus, ex tribu Nephtalim, à Salamanaf-

saro rege translatus in Egbathana Medorum, pater Saræ, quam ope Angeli Raphael, coniugem accepit Tobias iunior. Tob. 6. 7. 8.

Raguel, pastor Dei, uel pabulum eius Deus. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Raguel, pastor Dei, siue amicus eius Deus. Id. ibid. de Exodo.

Rahob, platea, siue latitudo. Idem ibidem de Numeris.

Rahuel, filius Esau. Gen. 36.

Ram, excelsus. Philo in interpr. nom. de Iob.

Ram, sublimis. Hieronymus ibid. de Luca.

Rama, in tribu Benjamin ciuitas Saulis, in sexto milliario ab Aelia ad septentrionalem plagam contra Bethel. Meminit huius et Hieremias. Eusebius de locis Hebraicis.

Rama, in tribu Neptalim. Idcirco eadem nomina uiculorum tribubus uarijs assignantur, quia cum apud nos unum nomen sonare uideantur, apud Hebræos diuersis literis scribuntur. Id. ibid.

Rama, in tribu Aser usque ad ciuitatem munitam Assyriorum. Id. ibid.

Rama, excelsa. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue. Origenes hom. 5. in librum Iudicum.

Rama, excelsa, siue exaltata. Hieronymus ibid. de Matthæo.

Rama Ramæos instituit. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Ramale, pro quo Aquila interpretatur, exaltabitur: scriptum est in Zacharia. Est autem et alius locus in tribu Benjamin iuxta Bethleem, de quo dicitur: Vox in Rama audita est. Eusebius de locis Hebraicis.

Ramalia, excelsus Domini. Philo in interpr. nom. de libris Regum.

Ramath, excelsa hæc. Id. ibid. de Iesu Naue.

Ramatha, patria Samuelis Prophete. primo Samuelis secundo.

Ramatham, excelsa eorum, uel sublime eis. Hieronymus in interpr. nom. de Matth.

Ramathaim, excelsa eorum. Philo ibid. de primo Regum.

Ramelle, urbs quam edificauerunt filij Israel in Aegypto: olim autem et uniuersa prouincia sic uocabatur, in qua habitauit Iacob una cum liberis suis. Eusebius de locis Hebraicis.

Rameffe, pabulum, uel tinea, siue malicia de tinea. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Rameffes, intonuit letus, siue malicia de tinea. Id. ibid. de Exodo.

Rameffes in nostra lingua dicitur commotio turbida, uel commotio tinea. Origenes homilia prima in Exodum.

Rameth, ciuitas in tribu Issachar, sita ad Torrentem Cison. Ios. 19.

Ramoth, in tribu Gad ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum in terra Galaaditiae. Nunc autem est uicus in quintodecimo milliario Philadelphie contra orientem. Eusebius de locis Hebraicis.

Ramoth Galaad, uilla trans Iordanem iuxta fluvium Iaboch. Id. ibid.

Ranoth, excelsum signum, siue uidit mortem, uel excelsa. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.

Ranoth, uisio mortis. Id. ibid. de Iesu Naue, tertio Regum, & Ezechiele.

Rapere. Et uolenti rapiunt illud. Quis unquam rapuit? Omnes scilicet qui magno studio properantes Christo adhaeserunt. Chrysostomus homilia 38. in Mattheum.

Rapha, sanitas. Philo in interpret. nomin. de secundo Regum.

Raphaca in deserto, ubi filij Israel castrametati sunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Raphaca interpretatur sanitas. Origenes homilia 27. in Numeros.

Raphael, nomen Angeli in historia Tobiae capite 7. 6.

Raphaim, uallis Allophylorum ad septentrionalem plagam Hierusalem. Eusebius de locis Hebraicis.

Raphaim, gigantes, uel medici, seu resolutae matris. Philo in interpret. nominum de Genesi, Iesu Naue, & Iob.

Raphaim inuenimus interpretatum resolutae matris. Origenes homilia 2. 2. in Iesum Naue.

Rafao, sanans, aut medicans. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Rapheth, urbs Assyriorum in regione Theman, de qua in Esaiam scribitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Raphidim, locus in deserto, iuxta montem Choreb, in quo de Petra fluxere aquae, cognominatusque est tentatio: ubi & Iesus aduersus Amalech dimicauit prope Pharan. Id. ibid.

Raphidim, laxae manus, uel sanitas iudicij, aut uisio oris sufficiens eis. Philo in interpret. nominum de Exodo.

Raphidim interpretatur sanitas iudicij. Origenes homilia 11. in Exodum.

Raphidim interpretatur ius iudicij. Id. homilia 27. in Numeros.

Rapina. Hoc rapina est, non impartiri de tuis facultatibus. Dominus Iudeos accusans per Prophetam dicit: Produxit terra prouentum suum, & non intulit decimas, sed rapina pauperis est in domibus uestris. Quoniam, inquit, oblationes salutaris non dedistis, rapuistis ea quae sunt pauperis. Hoc autem dicit, declarans diuitibus quod res pauperum possident, etiam si paterna hereditate obuenerint, etiam si undecumque aliunde collegerint pecunias. Ac rursus alibi dicit: Ne spoliis uitam pauperis: qui uero spoliatur, aliena tollit. Nam spoliatio quaedam dicitur, cum aliena accepta detinemus. Chrysostomus homilia secunda de Lazaro.

Non rapinam arbitratus est esse equalis Deo. Illud est rapina, quod alienum est. Augustinus sermo 38. de uerbis Domini.

Rapinam arbitrari. Ille arbitratur rapinam, qui se parem facit ei a quo inferior est. Ambrosius in 2. ad Philippenses.

Rasathaim, impietas eorum. Philo in interpre-

tationibus nominum de libro Iudicum.

Rasin, rex Syriae, bellum gessit cum Achaz rege Iuda, & a Teglatphalassar rege Assyriorum, cuius opem Achaz implorabat, interfectus est. 2. Reg. 16.

Rathanim, iuniperi. Philo in interp. nom. de Iob.

Rathma, in deserto filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Ratma, uisio consummata, siue iuniperus, uel sonitus. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Ratio. Ratio sapientia est: nam nemo inter bonum malumque discernendi potest habere consilium, nisi sapientia radicatus fulciatur. Iam ipsam sapientiam sequitur semper sociata iusticia, iusticiam uirtus animi non relinquit, uirtutem comitatur castigata sobrietas. Iosephus lib. de Maccabeis.

Razias sibi ipsi mortem consciiuit. 2. Mac. 14.

Razon, rex Syriae, hostis Salomonis. 1. Reg. 11.

## R E

Rebe, princeps Madianitarum. Num. 31.

Rebe, quatuor, sed per aem litteram scribitur. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Rebe, quartus, uel ordinatus. Id. ibid. de Iesu Naue.

Rebecca, filia Bathuel, neptis Nachor fratris Abrahamae. Gen. 22. uxor Isaac Patriarchae. Ibid. 24. 25.

Rebecca, multa patientia, uel multum accepit, siue patientia. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Rebecca, multa patientia, siue quae multum accepit. Hieronymus. Ibid. de epist. ad Rom.

Rebecca interpretatur patientia. Origenes homilia 10. in Genesim.

Rebecca exponitur Dei gloria. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Rebecam transferunt tolerantiam. Id. ibidem, libro primo.

Rebla, in terra Emath: unde uictor Pharaon adducit Iochas transfudit in Aegyptum. Eusebius de locis Hebraicis.

Reblata, regio Babyloniorum, uel urbs quam nunc Antiochiam uocant. Id. ibid.

Rebrag, princeps Chaldaicus. Hier. 39.

Reccath, in tribu Neptalim. Euseb. de locis Hebr.

Recedere. Recedite, exite inde, &c. Certum manifestum est prudentiae uestrae, quomodo accipienda sint omnia talia testimonia Scripturarum. Ut quando Scriptura sonat, recedere nos debere a malis, non aliud intelligere iubeamur, nisi ut corde recedamus, ne maius malum in separatione bonorum committamus, quam in malorum coniunctione fugiamus, sicut ipsi Donatistae fecerunt. Augustinus Serm. 18. de uerbis Domini.

Recem, haec est Petra ciuitas Arabiae, in qua regnauit Rocan, quem interfecerunt filij Israel. Dicitur autem ipse quoque rex Madian. Eusebius de locis Hebraicis.

Recem, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Recem uarietas, siue pictura, uel uacuefactio. Philo in interpret. nomin. de Numeris & Iesu Naue.

Recen, princeps Madianitarum. Num. 31.

Rechab, pater fuit Ionadab, amici Hieu regis Israel. 1. Reg. 10.

Rechab.

Rechab, quadriga, uel ascendens. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Rechab, Capitaneus Isboseth filij Saulis. secundo Samuelis 4.

Rechabitæ, à Rechab orti sunt, qui patris præcepto obediens à uino abstinerunt. Hierem. 35.

Rechab, oppidum in tribu Nephtalim. Iosue 19.

Rechema, tonans, uel excelsa. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Redarguere. Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est, magis autem & redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Augustinus sermone 18. de uerbis Domini.

Redargutio est, peccati prolatio, id in medium afferens. Clemens Alexandrinus libro 1. Stromatum, capite 9.

Redemptio. Per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Redemptio dicitur, quod datur hostibus pro his quos in captiuitate detinet, ut eos restituat pristinae libertati. Detinebatur ergo apud hostes humani generis captiuitas peccato tanquam bello superata: uenit filius Dei qui factus est nobis non solum sapientia à Deo, & iusticia, & sanctificatio, sed & redemptio: & semetipsum dedit redemptionem, id est, semetipsum hostibus tradidit, ac sitientibus eis suum sanguinem sudit: et hæc est credentibus facta redemptio: sicut & Petrus in epistola sua scribit, dicens: Quia non corruptibili argento, uel auro redempti estis, sed precioso sanguine unigeniti filij Dei. Origenes libro 3. ad Romanos.

Redimi. In quo habemus redemptionem per sanguinem, & c. Ille redimitur, qui captiuus est, & in hostium ueniens potestatem, liber esse desinit: ita et nos quidam dicunt in hoc mundo esse captiuos, & sub principibus et potestatibus iugo feruitutis teneri, nec ante unctæ catenis explicare manus, & oculos sursum attollere, nisi redemptor aduenierit. Hieronymus in 1. ad Ephesos.

Redimicula. Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ tanquam turturis, ceruix tua sicut redimicula. Redimicula hic dicit constrictiones uel connexiones molivum quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus deducitur, & descendit per omne collum reliquus ornatus. Origenes homilia 2. explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Reesa, frenum. Philo in interpret. nominum de Numeris.

Regenerare. Apud barbaros philosophos per auditum instituire & illuminare, dicitur regenerare.

Et ego genui uos in Christo Iesu, dicit alicubi præclarus Apostolus. Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum.

Regeneratio. Regeneratio, quod ipsum etiam nomen declarat, alterius uitæ initium est. Basilus de 6. sancto ad Amphilochoium.

Regio mortis. Et qui sedebant in regine & umbra mortis, lux orta est eis. Regio mortis, mundus est iste. Sicut enim illa terra, terra uiuorum est, de qua dicitur: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium: sic terra hæc regio mortis est. Autor operis imperfe-

Et homilia sexta in Matthæum.

Regium, ciuitas Siciliæ maritima, uiginti millia passuum à promontorio Peloro secreta: cuius nomen Græcum interpretatur discretiore quod hæc Siciliæ pars quondam Brutio agro Italiæ cohærens, mox interfuso mari sit auulsa, quindecim passuum longitudine freto, in latitudine autem modo iuxta columnant regiã in quo freto est scopulus Scilla. Item Carybdidis mare uericosum, ambo clara scuitia. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Regma, filius Chus, nepos Cham. Gen. 10.

Regma, malicia quæpiam. Philo in interpret. nominum de Ezechiele.

Regnare. Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius. Regnare, pro regnum parare posuit. Certum est enim quia pugandum est, & alligandus est fortis, & sic uasa eius diripenda sunt. Et ideo etiam ipse Saluator dicit: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Origenes libro quinto ad Romanos.

Et utinam regnetis, ut & uos uobiscum regnemus. Regnare est, de spe & promissis Christi securum esse, & gaudere in ijs quæ aduersa propter nomen Christi accidunt. Lucrum enim afferunt, non detrimentum. Vnde alio loco dicit: Cum infirmor, tunc potens sum. Ambrosius in 4. prioris ad Corinthios.

Regnum Christi. Regnum meum non est de hoc mundo. Quod est eius regnum, nisi credentes in eum, quibus dicit: De mundo non estis, sicut & ego non sum de mundo. Augustinus tractatu 115. in Ioannem.

Regnum cœleste. Et accumbent cum Abrahamâ & Isaac & Iacob in regno cœlorum, & c. Cœleste regnum sinum Abrahamæ appellauit. Chrysostom. homil. 27. in Matthæum.

Regnum cœlorum. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. Quid est quod dicit, regno cœlorum? In spiritualibus scilicet omnibusq; cœlestibus. Id. ibid. hom. 38.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis, & c. Regnum cœlorum prædicatio Euangelij est: & noticia Scripturarum quæ ducit ad uitam, & de qua dicitur ad Iudeos: Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hieronymus in 13. Matth.

Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Regnum cœlorum dicuntur Scripturæ, quia in illis insertum est regnum cœlorum. Ianua eorum, intellectus earum. Vel regnū est beatitudo cœlestis, ianua autem eius est Scriptura, per quam introitur ad eam. Clauicularij autem sunt sacerdotes, quibus creditum est uerbum docendi, & interpretandi Scripturas. Clauis autem est uerbum scientiæ Scripturarum, per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Adapertio autem est interpretatio uera. Autor operis imperfecti homilia. 44. in Matthæum.

Regnum cœlorum & Dei. Annunciatur nobis à S. Scriptura non solum regnum cœlorum, sed regnum



gnum Dei. ut et memini me iam saepe dixisse, Regnum caelorum est, eorum qui adhuc in perfectionibus sunt: regnum uero Dei eorum, qui iam ad perfectum uenerunt finem. Origenes homil. 5. in Psal. 36.

Regnum Dei. Regnum Dei est, doctrina quae providentiam habens Dei Scripturis inserta est sanctis. Quod enim dicit: Tolle tur a uobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum eius, manifeste, sicut arbitror, demonstrat mysteria regni Dei uineam esse, id est, legem, et Prophetas, et omnes diuinas Scripturas, quas tradidit Dominus uineae, primam quidem colonis populo illi priori, quoniam et primis credita sunt eloquia Dei: secundis autem Gentibus facientibus fructum. Id. in 21. Matth.

Regnum Dei solent Literae nominare non resurrectionem simpliciter, sed insurrectionem quae sequitur resurrectionem, in qua fiet puniendorum et glorificandorum distinctio, cum Deum omnes sine dubio confitebuntur, qui et gloria gloriosos, et poena puniendos afficiet. Iustinus martyr in responsionibus ad Orthodoxos.

Igitur peruenit in uos regnum Dei. Vel seipsum significat, de quo in alio loco scriptum est: Regnum Dei intra uos. Et, Medius stat inter uos quem nescitis. Vel certe illud regnum quod et Ioannes, et ipse Dominus praedicauerant: Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum. Est et tertium regnum Scripturae sanctae, quod auferetur a Iudaeis, et tradetur genti facienti fructus eius. Hieronymus in 12. Matthaei.

Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram. Regnum Dei, ecclesia est, quae regitur a Deo, et ipsa regit homines: et contrarias uirtutes et uicia calcet: ut est Centurio habens sub se milites. Id. in 4. Marci.

Igitur peruenit in uos regnum Dei. Quid est regnum Dei? aduentus scilicet Christi. Chrysostomus homilia 4. in Mattheum.

Adueniat regnum tuum. Regnum Dei dicitur retributio uel tribulatio, quam accipiunt aut iusti pro mercede iustitiae, aut peccatores pro culpa peccati. Regnum Dei dicuntur et sancti, sicut scriptum est: Et colligent zizania de regno eius, hoc est, de populo Christiano. Regnum Dei dicitur et iusticia, sicut dicitur: Auferetur a uobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Autor operis imperfecti homilia 24. in Mattheum.

Appropinquabit in uos regnum Dei. Regnum Dei, seipsum dicit. Id. ibid. homil. 29.

Regnum et iusticia Dei. Querite primum regnum Dei, et iusticiam eius. Regnum Dei est, retributio bonorum operum et malorum: iusticia autem est, uia pietatis, per quam itur ad regnum. Id. ibid. homilia 16.

Regna Dei duo. Regna Dei Scriptura duo nouit: alterum adoptionis et familiaritatis, alterum creationis. Omnium igitur Iudaeorum, ethnicorum, demonum, et aduersariorum, opificij et creationis lege rex est: fidelium uero et ultro se ei committentium subiectorumque, familiaritate et cura. Hoc regnum e-

tiam principium habere dicitur: de hoc enim Psal. 2. Postula, inquit, a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam. Et discipulis ipse: Data, inquit, mihi potestas a Patre est: accepta genitori omnia serens: non quod non sufficeret ipse, sed quod filius, et non ingenuus esset, ostendens. Hoc igitur tradet, id est, restituet. Chrysostomus homil. 39. in priorem ad Corinth.

Regnum diaboli et Dei. Regnum diaboli est, omne malum: regnum autem Dei, omne bonum. Autor operis imperfecti homil. 29. in Mattheum.

Regnum Patris. Cum illud bibam uobiscum nouam in regno Patris mei. Regnum Patris, fidem esse puto credentium: Apostolo quoque id ipsum confirmante: Regnum Dei intra uos est. Hieronymus in 26. Matthaei.

Regnum Patris resurrectionem appellat. Chrysostomus homil. 83. in Mattheum.

Regnum restituere. Vbi tradiderit regnum Deo et Patri, cum aboleuerit omnem principatum, et c. Restituere regnum et mortem dissoluere est, filio principatum, potestatem abolitionem, regni restitutionem, hoc est, credentium salutem, mundi pacem, malorum profligationem, omnia denique accepta ferre. Id. homil. 39. in priorem ad Corinth.

Regnum tradere. Traditio haec est regni, ut omnia filio fuerint subiecta, et adorauerint illum ut Deum, destructa morte: tunc filius ostendet illis, non se esse ex quo omnia, sed per quem sunt omnia: et hoc erit tradere regnum Deo et Patri, ostendere ipsam esse ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur, et tunc erit finis. Ambrosius in 15. prioris ad Corinthios.

Regula. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, et c. Regulam uocauit propositam doctrinam, ut quae rectitudine exornetur, et nihil habeat quod uel sit mancum, uel superfluum. Theodoretus in sextum ad Galatas.

In eadem permaneamus regula. Regulam appellauit praedicationem Euangelicam. Idem in tertium ad Philippenses.

Regulus. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum. Siue quod regio esset genere, siue quod alia principatus dignitateungeretur, regulus appellabatur. Chrysost. homil. 34. in Ioannem.

Rei, pastor meus. Philo in interpret. uominum de tertio Regum.

Religio. Religio est, actio quae Deum sequitur. Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum.

Religio est, animi ad unum solum et uerum Deum firma stabilisque conuersio, et uita quae mandatis eius peragitur. Eusebius libro 1. capite 1. de preparatione Euangelica.

Religio unde dicta. Ad unum Deum tendentes, et ei uni religantes animas nostras, unde religio dicta creditur, omni superstitione careamus. In his uerbis meis ratio quae reddita est, unde sit dicta religio, plus mihi placuit. Nam non me fugit, aliam nominis huius originem exposuisse Latini sermonis auctores, quod inde sit appellata religio, quod religitur: quod uerbum compositum est a legendo, id est, eligendo.

do, ut ita Latinum uideatur religio, sicut eligo. Augustinus lib. 1. Retractionum.

Religiosi. Disputabat igitur in synagoga cum iudeis & religiosis, &c. Religiosos, profelytos dicit. Chrysostomus hom. 38. in Acta apostolorum.

Relinqui à Patre. Deus meus Deus meus ut quid me dereliquisti? Relinqui à Patre, mori fuit filio. Tertullianus aduersus Praxeam.

Reliquiæ. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Requiro quæ sunt reliquiæ istæ quæ homini pacifico reseruantur. Reliquias dicere solemus, cum spiritus separatur à corpore, uelut maiore parte hominum in spiritu deputata, quæ superest pars corporis reliquiæ nominantur. Origenes hom. 3. in Ps. 36.

Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Reliquias dicentes eos qui ex circuncisione crediderunt, tan Apóstolos cum quibus se quoque annumerat, quam ceteros qui cum ipsis secuti sunt fidem Iesu Christi. Id. lib. 8. ad Romanos.

Re. edentibus iudeis à merito & promissione patrum, dum illa non recipiunt, hi reliquiæ sunt, qui credendo in fide promissionis patribus factæ, sunt fideles effecti. Ambrosius in 9. ad Romanos.

Rema, Arabiæ felicis regio. Ezech. 27.

Remma, mons in Esaiâ, pro quo Aquila interpretatur mons Emona, Symmachus in Armenia. Est autem & uilla Remmus in Daroma. Porro in Regnorum libris, Rema domus dicitur idoli Damasceni. Eusebius de locis Hebraicis.

Remma, uel Runa, uidens aliquid, uel excelsa. Philo in interpr. nom. de Gen.

Remmam, ciuitas regum Syriæ iuxta Damascum. Eusebius de locis Hebraicis.

Remmath, ad quam Dauid prædæ partem misit. Id. ibid.

Remmon, in tribu Symeonis uel iudæ: hodieque est uicus Remmon iuxta Aeliam contra Aquilonem in quintodecimo eius milliario. Id. ibid.

Remmon, petra. Id. ibid.

Remmon, in tribu Symeonis uel Zabulon. Id. ibid.

Remmon, huius meminit Esaias in uisione contra Moab. Id. ibid.

Remmon sublimitas. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Remmon phares, ubi filij Israel castra metati sunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Remmon farex, mali granati diuisio, siue sublimium diuisio. Philo in interpr. nom. de Numeris.

Remon phares in nostra lingua excelsa intercisio dicitur. Origenes hom. 27. in Numeros.

Rephan, factura uestra, uel requies uestra. Philo in interpr. nom. de Amos.

Reprehensio. Reprehensio & increpatio, sicut uel ipsum Græcum nomen, nempe *ἐπιτιμία* significat, sunt ipsi ictus animæ, qui peccata castigant, & mortem prohibent: ad moderationem autem & temperantiam deducunt eos, qui feruntur ad intemperantiam.

Clemens Alexandrinus libro primo pædagogici capite nono.

Reprehensio est, ueluti quædam chirurgia affectionum animæ. Id. ibid. cap. 8.

Deum reprobare intellectum prudentium. Perdam sapientiam sapientium & intellectum prudentium reprobabo. Reprobat intellectum prudentium, cum Deum quem incuriosum dicunt, aggressum probat ea quæ stulta putant, ut Dei filius in carnatus de uirgine crucifigeretur pro humana salute, quod factum uerè testatur uirtute non uerbis. Ambrosius in 1. prioris ad Corinth.

Reprobum esse. Aut non cognoscitis uos, quod Christus Iesus in uobis est, nisi reprobis estis? Hoc est reprobum esse, nescire religionis & professionis suæ fidem. Qui enim fidei suæ sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse. Id. in 13. secunde ad Corinth.

Repropitiare pro delicto. Sacerdotis qui offert illud, & repropitiabit pro delicto, ipsius crit. Quid est repropitiare pro delicto? Si assumpseris peccatorem, & monendo, hortando, docendo, instruendo, adduxeris eum ad poenitentiam, ab errore correxeris, à uitijs emendaueris, & effeceris eum talem, ut ei conuerso propitius fiat Deus, pro delicto repropitiare diceris. Origenes homilia quinta in Leuiticum.

Reptilia. Educant aquæ reptilia. Omne animans nandi facultatem habens, etsi in summa fluitat aqua, etsi innatat aquas secando, reptilium tamen naturam obtinet: quippe quum super aquæ corpus trahatur, etsi qua aquatilia pedibus prædita sunt atque ingrediuntur, potissimum quidem complura talia uitam ancipitem degunt. Basilius hom. 7. Hexæmeri.

Reptilia terræ. Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, &c. Nomine reptilium terræ, & serpentes continentur. Iunilius in 1. Genesis.

Requiescere Deum. Quod Scriptura dicit, requiescere Deum in septima die: id non quia nihil Deus postea faciat, dictum est, ut nonnulli putant: sed quoniam ordo rerum fixum habuit statum, qui nunquam mutatur, cessasse Deus dicitur. Eusebius libro decimo tertio, capite septimo, De præparatione Euangelicâ.

Res caput significat. Id. ibid. lib. 10. cap. 2. Philo in interpr. nom. de Psalterio.

Resef, *ῥεσέφ*. Philo in interpr. nom. de Esaiâ.

Resen, pars amplissimæ urbis Niniuæ. Gen. 10.

Reseph, ciuitas Syriæ. Id. de locis Hebraicis.

Resia, filius Zorobabel, cuius in genealogia Christi fit mentio. Luc. 3.

Respha, concubina Saulis regis. 2. Sam. 3. 21.

Respha, *ῥεσφα*, siue cursus. Philo in interpr. nom. de secundo Reg.

Responsum mortis. Quin & ipsi in nobis responsum mortis accepimus. Responsum mortis, mortis sententiam uocauit. Theodoretus in 1. secunde ad Corinthios.

Responsum mortis accipere. Quid est accipimus responsum mortis? decretum, iudicium, & expectationem. Chrysost. hom. 2. in secundam ad Corinth.

**Reffa, castra filiorum israel.** Eusebius de locis Hebraicis.

**Reffa** apud nos dici potest, uisibilis siue laudabilis tentatio. Origenes hom. 27. in Numeros.

**Restaurare.** Ut summam restauraret omnia per Christum. Restaurare omnino et res et nomen significat restituere rursus, quae ad diuersum atque dissimilem exitum tendebant, ad eam conditionem ac statum, ad quem à principio facta fuerunt. Cyrillus lib. 9. cap. ultimo in Ioannem.

**Resurgere in uirtute atque in gloria.** Quod seminatum in infirmitate est, resurget in uirtute, ut ait Paulus: et quod in inhonoratione seminatum est, resurget in gloria. Quid est in uirtute atque in gloria resurgere aliud, quam quod omni infirmitate, omni corruptionis dedecore procul depulso, ad synceram incorruptibilitatem genus humanum rediturum sit? Id. ibid. lib. 12. cap. 58.

**Resurrectio duplex.** Si complantati sumus similitudini mortis eius, etiam resurrectionis erimus. Hoc est quod alibi iam factum dicit, hic nunc futurum et sperandum dicit: illa est causa, quod duplex intelligitur resurrectio. Vna, qua mente et proposito ac fide cum Christo à terrenis resurgimus, ut caelestia cogitemus, et futura requiramus. Alia, quae generalis omnium erit in carne resurrectio. Ergo quae secundum mentem est ex fide resurrectio, in his qui ea quae sursum sunt, sapiunt, ubi Christus est in dextera Dei, uideatur impleta. Generalis autem illa carnis resurrectio, quae ad omnes pertinet, adhuc futura est: quia haec in primo, illa in secundo Domini complebitur aduentu. Origenes lib. 5. ad Romanos.

**Resurrectio** duas habet formas, ut primo animo de terris resurgat ad caelos, deinde recepto corpore resurgat raptus obuiam Christo. Ambrosius in 3. ad Colossenses.

**Reth,** hanc percussit Afa rex. Eusebius de locis Hebraicis.

**Rethem,** pro qua Aquila interpretatur ἀκουσθῶν, id est, iuniperum, Symmachus umbraculum. Idem ibidem.

**Rethma,** 15 mansio Israelitarum. Num. 33.

**Rethom,** in tribu Issachar. Eusebius de locis Hebraicis.

**Reu,** filius Phaleg, abauus Abrahae. Gen. 11.

**Reu,** resurgens, aut passus est. Hieronymus in interp. nom. de Luca.

**Reuelari.** Ei autem qui potest nos firmare secundum Euangelium meum iuxta reuelationem mysterij, quod temporibus sempiternis est tacitum, etc. Vocabulum reuelatum duobus modis dicitur. Vno quidem modo, quando id quod reuelatur, intelligitur: altero uero, quando fuerit aliquid prophetarum, quod futurum sit et complendum. Tum enim reuelatur, quando res impleta perficitur. Origenes tomo sexto in Ioannem.

**Reuelatur enim ira Dei de caelo, etc.** Quae reuelantur, de obscuris et reconditis ad noticiam profertur. Id. lib. 1. ad Romanos.

**Reuelatio.** Et tunc reuelabitur ille impius. Reue-

lationem, eius aduentum uocauit Apostolus. Theodoretus in 2. secunda ad Thessalonicenses.

**Reum esse corporis & sanguinis Domini.** Reus erit corporis et sanguinis Domini. Quid est reos esse, nisi poenas dare mortis Domini? Occisus est enim pro ijs, qui beneficium eius irritum ducunt. Ambrosius in 1. prioris ad Corinth.

**Illud,** Erit reus corporis et sanguinis, hoc significat, quod quemadmodum tradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultarunt, et cum probris et conuiitijs affecerunt Iudaei: ita eum ignominia et dedecore afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, et in pollutum et incestum os immittunt. Theodoretus ibid.

**Rex.** Rex is est, qui imperat ex legibus, qui est praeditus scientia imperandi uolentibus, cuiusmodi est Dominus, qui eos qui in ipsum et per ipsum credunt, admittit. Omnia enim tradidit Deus, et omnia Christo subiecit, regi nostro, ut in nomine Iesu omne genus flectatur caelestium, terrestrium, et inferorum, et omnis lingua confiteatur quod Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

**Simile factum est regnum caelorum homini regi,** qui fecit nuptias filio suo. Rex iste qui fecit nuptias filio suo, Deus omnipotens est. facit autem nuptias Domino nostro Iesu Christo et ecclesiae: quae tam ex Iudeis quam ex Gentibus congregata est. Hieronymus in 22. Matth.

**Rex gloriae.** Quis est iste rex gloriae? Christus filius Dei ipse est rex gloriae. Arnobius in Ps. 23.

**Si interrogas, quis est iste rex gloriae?** respondebit Apostolus: Rex omnium ad salutem Christus filius Dei qui regnat in secula seculorum. Idem ibidem.

**Rex Israel.** Benedictus qui uenit in nomine Domini, rex Israel. Non rex Israel Christus ad exigendum tributum, uel exercitum ferro armandum, hostesque uisibiliter debellandos: sed rex Israel quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in regnum caelorum credentes, sperantes, amantesque traducat. Dei ergo filius aequalis Patri, uerbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse uoluit Israel, dignatio est, non promotio: miserationis inditium est, non potestatis argumentum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudeorum, in caelis est Dominus Angelorum. Augustinus tract. 5. in Ioannem.

**Reges unde dicti.** Si reges à regendo dicuntur, omnes utique qui ecclesias Dei regunt, reges merito appellabuntur: multo autem rectius illi, qui et illos ipsos dictis atque scriptis suis regunt, à quibus reguntur ecclesiae. Et propter hoc, merito Dominus rex regum dicitur. Nisi enim isti, et ceteri qui eos imitantur, reges fuerint, ille non uidebitur rex regum. Origenes hom. 12. in Numeros.

**Hi uere reges sunt,** qui participes regni Dei esse creduntur. Arnobius in Ps. 143.

**Reges cur dicti Christi.** Reges Christi appellabuntur, quod scilicet etiam in ipsis caelestis regis imago ac species seruaretur. Eusebius libro pri-

mo capite primo Ecclesiasticæ historiæ.

Quid inter regem & tyrannum interfit. Rex aduersatur tyranno, quod ille ius & æquum: hic iniquitatem introducat in rempublicam. Philo lib. 2. allegoriarum legis.

## R H

Vox in Rhama audita est. Rhama ciuitas erat Saul. Saul autem erat de tribu Benjamin. Rhama Hebraicè interpretatur excelsum. Autor operis imperfecti hom. 2. in Matth.

Rhamnus. Priusquam intelligerent spinæ uestre rhamnum, &c. Rhamnus arbor est spinea nullum omnino afferens pomum. Arnobius in Psalmum quinquagesimumseptimum.

Rhathanim uisio consummata interpretatur. Origenes hom. 27. in Numeros.

Rhinocorura, ciuitas Ægypti, cuius meminit Esaias. Sciendum autem, quod hoc uocabulum in libris Hebraicis non habetur: sed à Septuaginta interpretibus propter noticiam loci additum est. Eusebius de locis Hebraicis.

Rhode, puella fidelis in domo Mariæ matris Ioannis cognomento Marci, quæ Petrum pulsantem non intronisit, præcurrens gaudio nuntiatum familie. Act. 12.

Rhode, uidens, uel fortis. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Rhodem, uisionem, aut disensionem. Id. ibid.

Rhodus, Cycladum insularum nobilissima, & ab oriente prima quondam Ophiussa uocata, in qua eiusdem nominis urbs fuit æreo colosso famosa, septuaginta cubitorum altitudinis: distat à portu Asiæ uiginii millibus passuum. Id. de locis eiusdem libri.

## R I

Ribai, de Gabaath filiorum Benjamin, genitor i-thai robusti Davidis. 2. Sam. 23. 1. Par. 11.

Ribai, iudicantes. Philo in interpret. nomin. de secundo Reg.

Riphar, filius Gomer, nepos Iaphet. Genesis decimo.

Riphat, uidens buccellam, siue uidens bona. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Riphat Riphæos instituit, qui dicuntur Paphlagonæ. Iosephus lib. 1. cap. 11. Antiquitatum Iudaicarum.

## R O

Roblath, multam istam, siue multitudo. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Roboam, filius Salomonis, rex Iudæ. 1. Regum 11. 2. Par. 9. 10. Matth. 1.

Roboam latitudo populi. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

Roboam, impetus populi. Hieronymus ibidem de Matthæo.

Roboam interpretatur in multitudine populi. Autor operis imperfecti hom. 1. in Matth.

Robochoth, ciuitas Assyriorum, quam ædificauit Assur, egrediens de terra Sennaar. Eusebius de locis Hebraicis.

Robochoth, urbs alia iuxta fluiuium, ubi erat rex Edom: & usq; hodie est præsidium in regione Gabale-

na, & uicus grandis qui hoc uocabulo nuncupatur. Id. ibid.

Roboth, fluiuius Idumææ. Gen. 36.

Roboth nomen significat spaciosum. Iosephus lib. 1. cap. 26. Antiquitatum Iudaicarum.

Rocon est in nostra lingua inanitas. Origenes hom. 25. in Numeros.

Rodij, quod Hebraicè dicitur, Rodim, interpretantur descendentes, aut patruus iudicans, uel uisio iudicij. Philo in interpretat. nomin. de Genesi & Ezechiele.

Rodocus, proditor in exercitu Iudæ Maccabæi. 2. Macc. 13.

Rogare. Et in illo die me non rogabitis quicquid. Hoc uerbum quod est rogare, non solum petere, uerum etiam interrogare significat. Augustinus tract. 101. in Ioan.

Rogamus autem uos fratres. Illud Rogamus, semper ponit pro eo quod est, hortamur. Theodoretus in 2. secundæ ad Thessalonicenses.

Rogel, nomen fontis in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

Rogomelech, dux Persarum, pius et cultor religionis Iudaicæ. Zach. 7.

Rohoboth, inclinatio, uel platea. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Roma, urbs quondam totius orbis domina, à conditoris sui Romuli nomine sic uocata. Quam propter eximiam uirtutem, pleriq; Scriptorum quasi sola esset, urbem appellare malebant. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Roma, excelsa, siue tonitruum. Id. in interpr. nomin. de secunda ad Timoth.

Roma, oppidum Iudææ. Ios. 15.

Roma, concubina Nachor, fratris Abrahamæ. Genesis. 22.

Romam, sublimem, siue tonitruum. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Romani, sublimes, uel tonantes. Id. ibid.

Romelia, pater Phacee regis Israel. Esaiæ septimo.

Roob, quam transierunt exploratores qui à Iesu filio Naue missi sunt: & usque hodie uide Rooba in quarto lapide Scythopoleos sic uocatur, qui & Leuitis separatus fuit. Eusebius de locis Hebraicis.

Roob, in tribu Aser ciuitas separata Leuitis. Id. ibidem.

Roob, late. Philo in interpretat. nominum de Iesu Naue.

Roos, quam pertransiuit Dauid, pro quo Aquila & Symmachus interpretantur arcem Rogellim, unde fuit Berzelai Galaadites amicus Dauid. Eusebius de locis Hebraicis.

Ros, caput. Philo in interpr. nomin. de Gen. Hieronymus ibid. de Luca.

Principatus & caput uoce Ros apud Hebræos intelligitur. Eusebius lib. 9. demonstratione tertia, de Demonstratione Euangelica.

## R V

Ruben, primogenitus Iacob ex Lia. Gen. 29. post

luit se incesto concubitu cum nouerca. Ibidem trigesimo quinto.

Ruben, uidens filium, seu uidentem filium uel uidens in medio. Philo in interpretat. nomin. de Genesi & Exodo.

Ruben, uidete filium, siue uidete in medio. Hieronymus ibid. de Apocalypsi.

Ruben interpretatus est à maioribus, filius qui uidetur, hoc est, uisibilis & carnalis. Origenes hom. 17. in Genesim.

Ruben nominatus est, eo quod Dei misericordia ei fuisset concessus: hoc enim significat istud nomen. Iosephus libro primo capite uigesimo septimo Antiquitatum Iudaicarum.

Rubeni, uiso filij mei, uel uidete inter me. Philo in interpretation. nomin. de Deuteronomio.

Ruel, genitor Eliasaph principis militie tribus Gad. Num. 1. 7.

Rufus, pius & Christianus uir, quem Paulus & matrem eius Romæ degentem salutat. Rom. decimo sexto.

Rufus, filius Simonis Cyrenensis, frater Alexandri. Mar. 15.

Rufum, sanantem nos, uel reficientem nos. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

Ruma, quæ & Aarima, ubi sedit Abimelech sicut in libro Iudicum scriptum est, quæ nunc appellatur Remphitis. Est autem in finibus Diopsileos, & à plebisque Arimathea nunc dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Ruma, excelsa. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

Ruth, Moabitidis, uxor Booz, proauia Davidis regis. Ruth 4. Matth. 1.

Ruth, uidens, uel festinans, siue deficiens. Philo in interpret. nomin. de Ruth.

Ruth, festinans Hieronymus ibid. de Matth. eo.

Ruth inspiratio appellata est. Autor operis imperfecti hom. 1 in Matth.

## S A



Aal, in tribu Iuda uel Symeon. Eusebius de locis Hebraicis.

Saalabim, aggrauans intellectum. Philo in interpret. nomin. de tertio Reg.

Saalim, uilla quam pertransijt Saul in finibus Eleutheropoleos contra occidentem, septem ab ea milibus distans.

Saaph, filius Iahaddai. 1. Par. 2.

Saara, uicus in finibus Eleutheropoleos contra septentrionem pergentibus Nicopolim, quasi in decimo milliario in tribu Dan siue Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Saarim, urbs filiorum Semel. 1. Par. 4.

Saarim, portæ. Philo in interpretat. nomin. de Iesu Naue.

Saasim, incubuit egrediens. Id. ibid.

Saba, filius Chus, nepos Cham. Gen. 10.

Saba, filius Regma. Ibid.

Saba, filius Iectan, nepos Heber. Ibid.

Saba, ciuitas regalis Aethiopiæ, quam Iosephus à

Cambyse rege Meroen cognominatam ex sororis uocabulo refert. Eusebius de locis Hebraicis.

Saba, captus, siue captiuitas, uel certè conuertens. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Saba, conuersio, siue rete. Id. ibid.

Saba, captiua, siue captiuitas, uel conuersio. Id. ibidem de tertio regum, Esaiæ, & Iob.

Saba, captiuitas. Hieronymus ibid. de Luca.

Ex Saba Sabæi. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Sabacha, reticulum. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Sabaïm, captiui. Id. ibid. de Esaiæ.

Sabam, urbs in tribu Ruben. Ios. 13. Num. 32.

Sabarna, ciuitas Moab in terra Galaad, quæ cecidit in sortem tribus Ruben. Meminit & huius Esaias in uisione contra Moab. Eusebius de locis Hebraicis.

Sabama, conuersio quæpiam, siue leua in eis, uel tolle altitudinem. Philo in interpr. nomin. de Numeris.

Sabama, leua excelsam, siue conuersio quadam. Id. ibid. de Iesu Naue.

Sabama, tollens altitudinem, siue attollens excelsum. Id. ibid. de Esaiæ & Hierem.

Sabaoth, exercituum, siue uirtutum, uel militiarum. Id. ibid. de primo Regum & Esaiæ. Hieronymus ibid. de epist. ad Romanos.

Interpretatur Sabaoth (ut Aquila tradidit) Dominus militiarum. Origenes homil. 4. in Esaiam.

Vbi dicti Scriptura, Hæc dixit Dominus Sabaoth non nomen alicuius dixit: sed nomen glorificationis deitatis. Sabaoth enim interpretari poteris ex Hebraica lingua, Dominum uirtutum. Vbi enim in ueteri Testamento nomen Sabaoth scriptum est, uirtutem significat. Vnde Aquila ubiq; Adonai Sabaoth interpretatur, dicens, Dominus exercituum. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hæreses.

Sabarim, inter Damascum & Emath, sicut scribit Ezechiel. Eusebius de locis Hebraicis.

Sabarim, circumire montes. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

Sabath, requies, uel intermissio. Id. ibid. de libris Regum.

Sabath, sceptrum, uel uirga. Id. ibid. de Aggeo.

Sabatha, filius Chus, nepos Cham. Gen. 10.

Sabatha, gyrans, siue circuiens. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Ex Sabatha Sabatheni, qui nominantur à Grecis Astabari. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Sabathacha, filius Chus, nepos Cham. Gen. 10. Sabathacha, circuiens te, siue circumfessio tua, uel sedes tua. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Condidit etiam Sabathacha, Sabathachenos. Iosephus lib. 1. cap. 12. Antiquitatum Iudaicarum.

Sabbatum, requies. Hieronymus in interpr. nomin. de prima ad Corinth. in 1. Marci.

Sabbatum secundum Iudeos quies est ab omni opere. Iosephus lib. 2. contra Apionem.

Sabbatum Latine quies interpretari potest. Eusebius lib. 13. cap. 7. De præparatione Euangelica.

Sabbatum

**Sabbatum** interpretatur quies. Philo lib. 2. allego-  
riarum legis.

**Sabbata**, requies. Id. in interpr. nomin. de Exod.

**Sabbati prophanatio**. Sacerdotes in templo  
prophanant sabbatū. Hæc sabbati prophanatio quid  
aliud est, quam quod nullus operabatur aliquid ope-  
ris in sabbato? Epiphanius libro primo, tomo 1. con-  
tra hæreses.

**Sabbatum secundo primum**. Factum est au-  
tem in sabbato secundo primo cum transfret per sata,  
et c. Quid est, in sabbato secundo primo? Quando  
festum duplex erat, tam sabbati Domini, quam solen-  
nitatis alterius succedentis. Sabbatum enim quietem  
atque otium appellabant. Chrysostomus homil. 40.  
in Mattheum.

**Per unam sabbati**. Vna sabbati Dominica dies  
est, sicut in Euangelio dicit, Dominū una sabbati sur-  
rexisse. Ambrosius in 16. prioris ad Corinth.

**Vna autem sabbati** Maria Magdalene uenit ma-  
ne, et c. Vna sabbati est, quem iam Diem Dominicum  
propter Domini resurrectionem mos Christianus ap-  
pellat, quem Mattheus solus in Euangelistis primam  
sabbati appellauit. Augustinus tractatu 120. in Ioan.

**Sabbata**, requies. Philo in interpret. nominum  
de Exod. Hieronymus ibidem de epist. ad Hebræos.

**Sabe**, septem, uel septies. Philo ibid. de Iesu Naue.

**Sabe**, saturitas. Idem ibid. de secundo Regum.

**Sabeæ**, in tribu Symeon. Euseb. de locis Hebraicis.

**Sabia**, caprea, uel dama. Philo in interpret. no-  
min. de libris Regum.

**Sabim**, ubi Saul præliatus est. Eusebius de locis  
Hebraicis.

**Sabitha**, Syriaticum nomen est, quod torcular  
haustorium interpretari possit, apud Ascalonitas est  
sextariorum uigintiduorum. Epiphanius de Mensuris  
et ponderibus.

**Sabua**, lepra. Philo in interpret. nomin. de tertio  
Regum.

**Sacerdotes Dei**. Soli ij qui puram agunt uitam,  
uerè sunt Dei sacerdotes. Clemens Alexandrinus li-  
bro 4. Stromatum.

**Sacerdotium**. Sacerdos. Ut qui sacerdotium  
dixit, sacerorum simul omnium uno uocabulo signa-  
uit ordinem: ita et qui sacerdotem seu pontificem di-  
cit, augustiorem, prorsusque diuinum insinuat uirum,  
totius sanctæ scientiæ peruisissimum, in quo liquidò  
ac perspicuè sacratus omnis ordo suus, et perfectus  
sit, et possit agnosci. Dionysius Areopagita de Eccle-  
siastica hierarchia.

**Saccha**, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

**Sacharona**, in tribu Iuda. Eusebius de locis He-  
braicis.

**Sachoth**, in tribu Gad super Iordanem. Id. ibid.

**Sacraria**. Altare. Nescitis, quoniam qui in sacra-  
rijs operantur, de sacrario uiuunt: et qui altario de-  
seruiunt, altari participantur. In sacrarijs legem Gen-  
tilium significat: in altari uerò Iudæorum. Sic enim de-  
creuit Dominus per Moysen, ut de ijs quæ oblata e-  
rant, partem sumerent Sacerdotes. Ambrosius in 9.  
prioris ad Corinthios.

**Sacrificium Deo acceptum**. Sacrificiū Deo  
acceptum est, corporis et eius affectionum ac uicio-  
rum separatio. Is est uerus reuera Dei cultus. Clemens  
Alexandrinus lib. 5. Stromatum.

**Sacrilegium**. Qui abominaris idola, sacrilegiū  
facis. Sacrilegium est, quod proprie in Deum com-  
mittitur: quasi sacrosancti uiolatio. Hieronymus in 2.  
ad Romanos.

**Sacrilegium committere**. Qui abominaris  
idola, sacrilegium committis. Qui ex lege et Prophe-  
tis sermonem Christum pronunciantem furatur et oc-  
cultat, ne populus audiat et credat, sacrilegium com-  
mittit, et uerè Dei templum uiolat. Origenes libro 2.  
ad Romanos.

**Sacrilegium facere**. Quòd si etiam, ut nonnun-  
quam fieri solet, munera oblata Deo et stipem in u-  
sus pauperum datam ad propria lucra cōuerterit, re-  
ctè ei dicitur: Qui abominaris idola, sacrilegium fa-  
cis. Id. ibid.

**Sadada**, terminus Iudæ. Eusebius de locis He-  
braicis.

**Sadala**, terminus Iudæ, sicut scribit Ezechiel.  
Idem ibidem.

**Sadala**, laus eius: à latere, non à latitudine. Philo  
in interpret. nomin. de tertio Regum.

**Sadefor**, uberum eorum lux, uel uberum lumē,  
Id. ibid. de Numeris.

**Sade**, regio, siue iusticia, uel ueneratio. Id. ibid.  
de Psalterio.

**Sade uox iusticia** interpretari potest. Eusebius li-  
bro 10. cap. 2. de præparatione Euangelica.

**Sademoth**, ubi Ozias rex idolorum signa com-  
bussit, Id. de locis Hebraicis.

**Sademoth**, arua, uel reglones. Philo in interpret.  
nomin. de libris Regum.

**Saderoth**, *ἡσθητοῦ*, moenia, uel porticus publicæ.  
Idem ibidem.

**Sadoch**, filius Achitob, ortus ab Eleazar filio  
Aaronis, summus Sacerdos in ecclesia Iudaica tempo-  
re Dauidis et Salomonis. 2. Sam. 8. 15. unxit Salomo  
nem 1. Regum 1.

**Sadok**, in genealogia Christi Matth. 1.

**Sadducei**. Primum schisma erat eorum qui dice-  
bantur Sadducei, initio Ioannis iam pene temporibus  
sumpto. Hi, ut cæteris iustiores, si gregare se cœpere  
à populi cœtu, et mortuorum resurrectionem nega-  
re, idque argumento infidelitatis adserere, dicentes, non  
esse dignum, ut quasi sub mercede proposita colatur  
Deus. Autor uerò sententiæ huius primus Dositheus,  
secundus Simon fuit. Clemens Romanus libro primo  
Recognitionum.

Cognominant hi se ipsos Sadduceos, nimirum à iu-  
sticia cognomine proficiscente. Sedec enim significat  
iusticiam. Fuit et olim sacerdos quidam, nomine Sad-  
duc. Verum non perseuerarunt hi in præceptoris sui  
doctrina. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra hæreses.

**Sadducei, iustificati**. Hieronymus in interpret. no-  
min. de Luca et Actis apost.

**Saducei** idem quod iustissimi ualent. Damascenus li-  
bro de Hæresibus.

Sæfdoma, pestilens aer, quem Græci ἀρσιόδο-  
φιον uocant. Philo in interpretat. nominum de libris  
Regum.

Safan, labium, uel hericius, aut lepus. Id. ibid. de  
Numeris, Ezechiele, & Hieremia.

Safan, labium, sine barba superioris labij, quæ Græ-  
ci μύσταξ uocant. Id. ibid. de Numeris.

Safane, labium eius. Id. ibid. de Hieremia.

Safania, abscondit Dominus, uel Domini prote-  
ctio. Id. ibid. de libris Regum.

Safatam, iudicans populum. Id. de Numeris.

Safathia, iudicat Dominus. Id. ibid. de Hieremia.

Safau, labium eius. Id. ibid. de libris Regum.

Sahar, filius Ashur ex uxore Halaa. 1. Par. 4.

Saher, filius Simeonis Patriarchæ. Gen. 46.

Sairath, captiua. Philo in interpretat. nomin. de lib.  
Iudicum.

Sais, ciuitas Aegypti, cuius meminit Ezechiel: à  
qua & Saites pagus. Eusebius de locis Hebraicis.

Sais, tentatio. Philo in interpretat. nomin. de Ezech.

Saites. Verus Saites, sextariorum uigintiduorum  
est. Epiphanius lib. de Mensuris & Ponderibus.

Vos estis sal terræ. Sal terræ Dominus discipu-  
los suos appellauit, quia insatiata à diabolo corda hu-  
mani generis, per cœlestem sapientiam condierunt.  
Chromatius in 5. Matthæi.

Sala, tollens. Philo in interpretat. nominum de Iesu  
Nauæ.

Salaba, oppidum in tribu Dan. Iud. 1.

Salabim, aggrauans intellectum. Philo in inter-  
pretat. nomin. de Iesu Nauæ.

Salabbim, salus cordium. Idem ibidem. de libro  
Iudicum.

Salacha, leuans ueni, uel tollens uenit. Philo in in-  
terpretat. nomin. de Deuteronomio.

Salicha, tulit sibi met, uel tentatio itineris. Id. ibid.  
de Iesu Nauæ.

Salai, auus maternus Iosaphat regis Iuda. 1. Re-  
gum 22.

Salama, rex Medianitarum, à Gedeone interfe-  
ctus. Iudicum 8.

Salama, uestimentum, uel pacifica. Philo in inter-  
pretat. nomin. de Genesi.

Salamiel, filius Surisaddai princeps tribus Si-  
meon. Num. 12.

Salamiel, retribuens mihi Deus, uel pax mea Deus.  
Philo in interpretat. nomin. de Numeris.

Salamina, urbs Cypri, quæ postea dicta est Con-  
stantia. Act. 13.

Salaminiam, umbra commotionis aut fluctus,  
uel salutationem iudicij. Hieronymus in interpretat. no-  
min. de Actis apostolorum.

Salamis, ciuitas in Cypro insula, nunc Constan-  
tia dicta, quam Traiani principis tempore, Iudei in-  
terfectis omnibus accolis deleuerunt. Id. de locis eius-  
dem libri.

Salamis metropolis Cypri erat. Chrysostomus ho-  
mil. 28. in Acta apostolorum.

Salamis interpretatur pacifici. Origenes hom. 24.  
in Iesum Nauæ.

Salathiel, filius Iechoniae regis, pater Zoroba-  
bel. Agg. 1. Matth. 1.

Salathiel, petitio mea Deus. Hieronymus ibid. de  
Matthæo & Luca.

Salathiel interpretatur petitio Dei. Autor operis  
imperfecti homil. 1. in Matth.

Salatiel, petens Domini, uel petitio Domini. Phi-  
lo in interpretat. nomin. de Agge.

Sale, pater Heber. Gen. 10. 11. Luc. 3.

Sale, pax, uel reddens. Philo in interpretat. nomin.  
de Genesi.

Salech, egrediens. Id. ibid. de secundo Regum.

Salem, ciuitas Sicimorum, quæ est Sichem: sed  
& alia uilla ostenditur usq; in presentem diem iuxta  
Aeliam contra occidentalem plagam hoc nomine. In  
octauo quoque lapide à Scythopoli in campo uicinus  
Salumias appellatur. Iosephus uerò Salem esse affir-  
mat, in qua regnauit Melchisedek, quæ postea dicta est  
Solyma: & ad extremum Hierosolymæ nomen accepit.  
Eusebius de locis Hebraicis.

Salem, misit. Hieronymus in interp. nom. de Luca.

Salem, pax. Id. ibid. de epist. ad Hebræos.

Salem pax exponitur. Clemens Alexandrinus lib.  
4. Stromatum.

Saleph, filius Iectan, nepos Heber. Gen. 11.

Saleph, missa. Philo in interpretationib. nominum  
de Genesi.

Sali, missa. Id. ibid. de tertio Regum.

Salim, locus erat in tribu Benjamin. 1. Samuel.

5. Apud Ioannem capite 3. mentio fit cuiusdam Sa-  
lim iuxta quem Ioannes Baptista baptizabat.

Salim, redde. Philo in interpretationib. nominum  
de Numeris.

Salim, uulpes: sed melius si legatur Sualim. Id. ibid.  
de primo Regum.

Salim, pugilli siue uolæ, aut ortus aquarum. quod  
breuius Græcè dicitur, Επιорта. Hieronymus ibidem  
de Ioanne.

Salisa, quam Saul transijt. Eusebius de locis He-  
braicis.

Salisa, pro quo Aquila interpretatur triennalem:  
meminit huius Hieremias. Id. ibid.

Salisa, tertia, uel uirtula triennis, uel ui conster-  
nens. Philo in interpretat. nomin. de primo Regum.

Sallem, filius Nephtali. Gen. 46.

Salma, sentiens, uel perfecta, siue pacifica. Id. i-  
bid. de libro Iudicum.

Salman, sensibilis, siue sensus. Hieronymus ibid.  
de Matthæo.

Salmana, umbra prohibendi, uel umbra com-  
motionis. Philo ibid. de libro Iudicum.

Salmanassar, rex Assyriorum, sexto anno Eze-  
chie regis Iuda, Samariam cepit, & decem tribus is-  
rael in captiuitatem abduxit. 2. Reg. 17. 18.

Salmanassar, perfectus uinculo, uel ad uinciendū.  
Philo in interpretat. nomin. de libris Regum.

Salmon, maritus Rachab, pater Booz. Matthæi  
primo, Lucæ tertio.

Salmon, umbra uirtutis. Philo in interpretat. nomin.  
de secundo Regum.

Salmon interpretatur accipere uis. Autor operis im-  
perfecti homil. 1. in Matth.

Salmon, ciuitas maritima Cretæ insula. Hierony-  
mus de locis Actorum apostolorum.

Salmona, 35 mansio Israelitarum. Num. 33.

Salmona, umbra portionis, siue umbra numerauit,  
aut imago eius. Philo in interpretationibus nominum  
de Numeris.

Salmonem, nomen habitaculi. Hieronymus, ibid.  
de Actis apostolorum.

Saloim, emersiones, uel emissiones. Philo ibidem  
de Iesu Naue.

Salome, mater filiorum Zebedei, Ioannis Euan-  
gelista, & Iacobi Maioris. fit eius mentio Matth. 27.  
Marci 15.

Salome, pacifica. Hieronymus in interpret. nom.  
de Marco.

Salomi, pax mea. Philo ibid. de Numeris.

Salomith, filii Semei, filij Gerson. 1. Par. 23.

Salomith, filius Iſaar, filij Amram. ibid.

Salomon, filius Dauid, rex Iudæ, antecellens o-  
mnibus regibus eruditione & sapientia, composuit li-  
bros de natura stirpium, auium, piscium, & terre-  
strium animantium, primi Regum quarto cap. condi-  
dit Templum.

Salomon interpretatur pacificus. Origenes tom 6.  
in Ioan. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

Solomon, pacificus, siue pacatus erit. Hierony-  
mus in interpret. nomin. de Matth. 60.

Salom, retribuens, siue pacificus. Philo in inter-  
pret. nomin. de Hieremia.

Salphaad, filius Hepher, ex tribu Manasse, pater  
quinque filiarum, quæ patri in hereditate terre ipsi  
attributæ succedunt. Num. 27. 36. Ios. 17.

Salphaad, umbra formidinis, siue umbra in idi-  
psum, id est, pariter. Philo in interpret. nominum de  
Numeris.

Salphaad interpretatur umbra in ore eius. Ori-  
genes homil. 22. in Numeros.

Salu, è tribu Simeon pater Zambri fornicatoris.  
Num. 25.

Salu, tentatio respiciens: sed melius uidebitur, quem  
fortunatum uel uegetum possumus appellare. Philo in  
interpret. nomin. de Exodo & Numeris.

Salumith, retributio, uel pacifica. Idem ibid. de  
Leuitico.

Salutatio. Salutatio mea manu Pauli. Salutationē  
uocat precationem. Chrysostronus homil. 5. in secun-  
dam ad Thessalonicenses.

Salutationem appellauit benedictionem quæ  
in fine sita est. Theodoret. in 3. eiusdem epistole.

Sama, urbs tribus Iudæ. Ios. 15.

Sama, ubi, uel audiens. Philo in interpret. nomin.  
de primo Regum.

Samma, filius Isai. 1. Samuel. 16.

Samma, perditio. Id. ibid. de Genesi.

Samagar, nomen aduenæ. Id. ibid. de Hieremia.

Samai, ubi mihi, siue audiens. Id. ibid. de secundo  
Regum.

Samaia, audiens Dominum. Id. ibid. de Hieremia.

Samaraim, oppidum in tribu Benjamin. Ios. 18.  
Samaræus, filius Chanaan, filij Cham. Genesi  
decimo.

Samareum, lanam meam, siue cōiunctum meū,  
sed melius custos. Philo in interpret. nom. de Genesi.

Samari, lana mea. Id. ibid. de Iesu Naue.

Samaria, ciuitas regalis in Israel, quæ nunc Seba-  
ste dicitur. Sed & omnis regio quæ fuit circa eam, à  
ciuitate quondam nomen acceperat. Eusebius de locis  
Hebraicis.

Samaria, ciuitas Regalis in Israel in uertice montis  
Somer posita. Sed et omnis regio quæ circa eam fuit,  
à ciuitate quondam nomen acceperat: media inter Iu-  
dæam & Galilæam iacet. hæc ab Herode Antipatri fi-  
lio in honorem Augusti Cesaris Græco nomine Seba-  
ste, id est, Augusta uocata est. Hieron. de locis Acto-  
rum apostolorum.

Samaria, custos. Id. in interpret. nominum eiusdem  
libri.

Samaritam, custoditam, uel custodia eorum. Phi-  
lo ibid. de libris Regum & Esaiæ.

Samaritanus interpretatur custos. Origen. ho-  
mil. 3. 4. in Lucam, & tom. 26. in Ioannem. Augusti-  
nus tractatu 43. in Ioannem, & sermone 37. de uerbis  
Domini.

Samaritani uocabulo custos significatur. Am-  
brosius in 10. Lucæ.

¶ Samaritani unde dicti.

Vnde appellati sunt Samaritani? Samor mons à  
conditore dictus est, ut testatur Esaias, & caput Sa-  
mororum Ephraim. Habitatores autem non Samari-  
tani, sed Israelitæ appellabantur: procedente tempo-  
re Deum offenderunt, & regnante hacæe surgens  
Thelgamasa, & multas ciuitates occupauit, & Ele-  
subdidit, quo interempto Osee regnum tradidit. In  
hunc insurgens Salmanasar, alias cepit ciuitates, &  
tributarias fecit. Huic Osee primum paruit: inde de-  
fectione facta, Aethiopibus confederatus est. quod  
cum Assyrius rex intelligeret, gentem illam obsessam  
cepit, neque amplius illic habitare permisit, ueritus  
ne iterum deficerent: sed Babylonem & in Medos  
translatis, collectitiam hinc inde multitudinem in Sa-  
mariam habitatum misit, ut in posterum firmum sibi  
imperium familiaribus incolis confirmaret. His per-  
actis uolens Deus potestatem suam ostendere, quod-  
que non imbecillitatis, sed peccatorum gratia Iu-  
dæos Assyrijs tradiderit, leones in barbaros emisit,  
qui uniuersam gentem perderent. His ergo nunciatis,  
misit sacerdotem quendam, qui populo exponeret le-  
ges Dei: non tamen omnino, sed ex parte impieta-  
tem exuerunt. Procedente adhuc tempore idolorum  
cultu abiecto, Dei cultum amplexi sunt. Cum ita fe-  
res haberent, reuersi Iudæi, his utpote alienigenis ho-  
stibus emulabantur, & à monte Samaritanos nun-  
cuparunt, nec parua hinc inter eos contentio. Ne-  
que enim omnes Scripturas recipiebāt, sed Mosi dun-  
taxat, Prophetas paruipendebant. Nitebantur tamen  
in Iudaicam se inferere nobilitatē, ad Abraham pro-  
genitorem genus suum referentes, utpote qui Chal-  
dæus fuisset, & Iacob patrem appellabant, utpote  
Abrahæ



Abramæ nepotem. Iudæi autem cum cæteris & hos abominabantur, unde Christo exprobrabant, dicentes: Samaritanus es tu, & demonium habes. Chrysostomus homil. 30. in Ioannem.

Samaritæ. Samaritæ, custodes. Hieronymus in interpret. nomin. de Luca.

Interpretari possis Samaritas custodes, propterea quod custodum locum in terra obtinebant: aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Moysi. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra hereses.

Samas, pro quo Theodotus & Symmachus translulerunt solis. Euseb. de locis Hebraic.

Samech, firmamentum: quidam erectionem, uel adiutorium, siue sulturam putant. Philo in interpret. nomin. de Psalterio.

Samech interpretatur auxilium. Eusebius lib. 10. cap. 2. de preparat. Evangelica.

Samen, in tribu Iuda. Id. de locis Hebraicis.

Sames, id est, fons. Samies, in tribu Benjamin, pro quo Aquila interpretatur fontem solis. Id. ibid.

Sames, mandatum humile. Id. ibid. de Deuteronom.

Sames, sol. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Samir, urbs tribus Iuda. Ios. 15.

Samir, custodia. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Samir, uepres, uel incultum. Idem ibidem de libris iudicum.

Samis, in tribu Dan, de quo & supra mentionem feci sub nomine Bethsamis. Euseb. de locis Hebraic.

Samoe, audiens, uel auditio. Philo in interpret. nomin. de Numeris & secundo Regum.

Samos, insula in mari Aegeo, in qua reperta prius fictilia uasa traduntur: unde & uasa Samia appellata sunt. Hieronymus de locis Actorum apost.

Samus, auditus. Idem in interpret. nominum eiusdem libri.

Samothracia, insula in Pacasico sinu. Id. de locis eiusdem libri.

Samothracia, auditio reuelationis, siue responsionis. Id. in interpret. nomin. eiusdem libri.

Samson, filius Manue, ex tribu Dan, iudex populi Israel annis uiginti. Iud. 13. 14. 15. 16.

Samson, sol eorum, uel solis fortitudo. Philo in interpret. nomin. de libro iudicum.

Samson significat robustum. Iosephus libro 5. cap. 13. Antiquit. Iudaic.

Samson, sol eorum. Hieronymus. ibid. de epistola ad Hebræos.

Samua, filius Dauid regis. 2. Sam. 5.

Samuel, propheta, filius Helcanæ, ortus à Core, filio Isuar, filij Caath, filij Leui. 1. Par. 6. Rexit populum Israel unâ cum Saule annos quadraginta. 1. Sam. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 12. 15. 16. 25.

Samuel, filius Ammiud. unus ex diuisoribus terræ Canaan. Num. 34.

Samuel, nomen eius Deus. Philo in interpret. nomin. de Numeris & primo Regum. Hieronymus. ibid. de Actis apostolorum, & epist. ad Hebræos.

Samuel interpretatur ubi ipse Deus. Origenes homil. in libros Regnorum.

Samuel quasi à Deo postulatum significat. Iosephus lib. 5. cap. 15. Antiquit. Iudaic.

Sanan, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Sanan, abundans, siue egressus eorum. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Sanctificare. In Deuteronomio cū Moysè Deus expostulat, quod apud populum ob laticis penuriam mirmurantem in Cades deserti Sin, ad aquas contradictionis non sanctificauerit ipsum inter filios Israel, et ob hanc offensam non est illi, nec Aaroni datum ingredi terram promissam, ac tot annis expectatam, sed tantum è montis uertice procul aspicere licuit. Porro quod dictum est sanctificare pro glorificare, qui literas Hebræorum callent, affirmant esse sermonis illius proprietatem, quod ipsum tamen ex alijs Scripturarum locis liquere potest, si minus illorum testimonio fidimus. Quandoquidem & in oratione Dominica, sanctificetur nomen tuum, dictum est pro glorificetur siue clarificetur nomen tuum. Sic & Corinthios exhortatur, ut glorificetur ac baudent Deum in corpore suo. Cyprianus lib. de Duplici martyrio.

Sanctificare seipsum. Pro eis ego sanctifico me ipsum. Sanctificare seipsum dicit, nõ quia mundior ipse animo fieret ut nos: nec quia S. sancto participaret: quippe in quo Spiritus naturaliter est, atque ideo sanctus semper est: sed quia se offert quasi hostiam immaculatam in odorem suauitatis, sanctificare seipsum dicit. Cyrillus lib. 4. cap. 12. in Ioannem.

Sanctificari. Sanctificari secundum legalem consuetudinem dicitur, quod ut sacrum Deo ab hominibus offertur: quemadmodum & omnè primogenitum uulua aperiens in filiis Israel. Sanctifica enim, inquit, omnè primogenitum, id est, tribue ac describe tanquam sacrum. Non enim audiendus est, si quis dicet sanctificationem imponere primogenitis, Moysi iussum fuisse. Nulla enim creatura hoc facere potest, sed soli Deo attribuitur. Vnde cum seniores sanctificare Deus uellet, manifestè dixit, se ablaturum de spiritu Moysi, & daturum electis de senioribus. Participatione namque spiritus sanctificare, supremæ tantummodo nature opus est. Hanc sanctificandi secundum legem significationem, perspicua Salomon facit, dicens: Laqueus uiro est citò suorum aliquid sanctificare. Sequitur enim pœnitentia plerumque post uotum. Ita sanctificare, offerre quicquam Deo secundum legis consuetudinem significat. Cyrillus lib. 1. cap. 25. in Ioan.

Sanctificetur nomen tuum. Sanctificetur est, glorificetur. Chrysost. homil. 20. in Matth.

Sanctificatio. Sanctificatio in Christo Iesu. Quid est sanctificatio? per lauacrum purgatio. Id. homil. 1. in priorem ad Corinth.

Pacem persequimini, & sanctificationem, sine qua nemo uidebit Deum. Sanctificationem continentiam appellat, ut unusquisque sua contentus sit uxore, neque alienam querat. Id. homil. 62. in Ioannem.

Pacem persequimini & sanctificationem, sine qua nemo uidebit Dominum, & perficientes sanctificationem in timore Domini. Vides hanc esse sanctificationem, quando intrinsecus radicem habet, & fontem? Non enim hoc nomen Sanctus, in omnibus ean-

dem significationem habet. Nam & Deus sanctus dicitur, sed non quemadmodum nos. Cum igitur uocem hanc à Seraphim demissam Propheta audiuit, quid inquit? Heu mihi misero, quod cum homo sim, & impura labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito. Atqui & sanctus & purus erat: sed si supernæ sanctitati nostram conferamus, immundi profectò sumus. Sancti angeli sunt, & ipsa Cherubim & Seraphim sancta: sed huius quoque sanctitatis alia differentia, inter nos uidelicet, & supernas uirtutes. Id. ibid. hom. 13.

¶ Quid inter sanctificationem & sanctificatum inter sit.

Aliud est sanctificatio, aliud sanctificatum. Sanctificatio enim est, quod alterum sanctificat: sanctificatum autem, alterum sanctificare non potest, quamuis ipsum sit sanctum: Vt puta signas panem tuum, quem manducas, sicut ait Paulus: Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem: sanctificasti eum, non fecisti sanctificationem. Quod autem sacerdos de manu sua dat, non solum sanctificatum est, sed etiam sanctificatio est: quoniam hoc non solum datur, quod uidetur, sed etiam illud quod intelligitur. Autor operis imperfecti hom. 17. in Matth.

Sanctificatio parua. Et ero eis in sanctificationem paruam in regionibus, quocumq; ingressi fuerint illuc. Hic sanctificationem paruam dixit, eos qui ex illis superstites mansuri sint & incolumes. Eusebius lib. secundo de Demonstratione Euangelica, demonstratione 57.

Sanctus. Estote sancti, quia & ego sanctus sum Dominus Deus uester. Nomen hoc sanctus, quid sibi uelit, quid ue significet in Scripturis diuinis diligentius requirendum est, ut cum uim uerbi didicerimus, etiam opus eius possimus implere. Congregemus ergo de Scripturis diuinis, super quibus sanctum dici inuenimus, & deprehendimus non solum homines, sed etiam muta animalia sancta appellata. inuenimus & uasa ministerij sancta uocitata, & uestimenta sancta dicitur, & loca nihilominus, quæ in urbibus, uel sub urbibus posita sunt, & sacerdotibus deputata. Ex mutis quidem animalibus primogenita bouum, uel pecorum sanctificari per legem Domino iubentur, & dicitur: Ne facias in eis opus ullum, quia Domino sanctificata sunt. Super uasis uerò, cum in tabernaculo testimonij uasa ministerij, thuribula, uel phiala, uel cætera huiusmodi uasa, sancta appellantur. Super uestimentis, etiam stola Pontificis Aaron & tunica linea, & cætera huiusmodi uestimenta, sancta dicuntur. Si ergo inueamur quo sensu hæc omnia sancta uocata sunt, aduertemus quomodo etiam nos dare operam debeamus, ut sancti esse possimus. Natus est mihi primogenitus bos, non mihi licet occupare eum ad opus commune: est enim Domino consecratus, & ideo dicitur sanctus. Intelligimus ergo ex hoc mutuo animali, quomodo lex quod sanctum uult esse, nulli alij id deseruire iubet, nisi Domino soli. Iterum pateras uel phialas quas dicit sanctas, illæ sunt quæ nunquam iubentur exire de templo, sed esse semper in sanctis, nec ullis penitus

humanis usibus ministrare. Similiter & uestimenta quæ sancta nominantur, non inuentur intra domum usui deseruire Pontificis, sed in templo esse, & inde omnino nunquam efferi, sed ad hoc tantum consecrata esse, ut eis Deo ministrans pontifex induatur, & sint semper in templo, ad cæteros uerò usus communes, utatur communibus indumentis. Similiter & pateris, ac phialis his quæ sanctæ appellantur, ad humanos & communes usus uti non licet, sed tantum ad diuina ministeria. Quod si intellexisti, quomodo uel animal, uel uas, uel uestimentum sanctum appellatur, consequenter intellige, quod his obseruationibus, & legibus etiam homo sanctus appelletur. Si quis enim se ipsum deuouerit Deo: si quis nullis se negotijs secularibus implicauerit, ut ei placeat cui se probauit: si quis separatus est & segregatus à reliquis hominibus carnaliter uiuentibus, & mundanis negotijs obligatis, non querens ea quæ super terram, sed quæ in caelis sunt: iste merito sanctus appellatur. Donec enim permixtus est turbis, & in multitudine fluctantium uolutatur, nec uacat soli Deo, neq; segregatus à uulgo est, non potest esse sanctus. Origenes homilia undecima in Leuiticum.

Vnusquisque nostrum ex quo accedit ad timorem Dei, & diuinam in se recipit doctrinam, ex quo se mancipauit Deo, si tamen ex animo mancipauit, ex eo sanctus efficitur. Idem homilia undecima in Numeros.

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Non quicumq; se sanctum nominat, sanctus est, sed qui credit Domino Iesu: & qui uitam ex eius legibus instituit. Theodoretus in quartum ad Philippenses.

Sanctus sanctorum. Sanctus sanctorum quis tandem sit apud homines nominandus, præter unum sancti dilectum puerum, qui ut rex regum, & Dominorum Dominus, ita etiam sanctorum sanctus est appellatus? Eusebius lib. 8. demonstr. 2. de Demonstratione Euangelica.

¶ Quid inter sanctum & immaculatum inter sit.

Inter sanctum & immaculatum hoc interest, quod sanctus & immaculatus quoq; intelligi potest, immaculatus uerò non statim & sanctus. Paruuli quippe immaculati sunt, quia integro corpore nullum fecere peccatum: & tamen non sancti, quia sanctitas uoluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille, qui peccata non fecit: sanctus autem is qui uirtutibus plenus sit, iuxta illud quod in quodam Psalmo scribitur: Qui ambulat sine macula & operatur iusticiam. Et in Cantico canticorum: Tota speciosa es proxima mea, & macula non est in te. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Vt essemus sancti & irreprehensibiles coram illo. Sanctus est, qui fidei consors est: immaculatus uerò, qui uitam habet irreprehensibilem. Chrysostomus Serm. 1. ad Ephesios.

Sancti. Sancti dicuntur illi, qui se uouerunt Deo. Origenes hom. 24. in Numeros.

Sanctis qui tunc Ephes. &c. Ecce sanctos uocat uiros, & liberos habentes, & uxores & famulos,

atq; istud ex sine liquet epistole, ut quando dicit: *Mulieres proprijs uiris subditę estote. Et rursus: Filij obedite parentibus uestris. Et, Serui obedite dominis. Con- sideremus autem quanta nūc obtineat socordia, quo- modo que uirtutis sunt, rarefiant, quantaq; tum tem- poris copia fuerit eorum qui uirtuti studebant, ita ut & mundani homines sancti ac fideles uocarentur.*  
Chrysostomus Serm. 1. ad Ephesios.

Sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. San- ctos hic dicit, non eos solum qui sunt gratia, sed eos qui fuerunt in lege, & ante legem. Nam etiam de *Abraham dixit idem Apostolus, Quod suscepit que ha- bet fundamenta, cuius est Deus opifex & creator.*  
Theodoretus in 2. ad Ephesios.

Sanctimonia. Sanctimonia proprie excellens dicitur mentis castitas. Chrysostomus hom. 4. in prio- rem ad Theſſalonicenses.

Perficientes sanctimoniam in timore Dei, Sancti- moniam hoc loco non continentiam solum dicit, sed omnis peccati liberationem. Sanctus enim est mun- dus, mundus autem quis fuerit, nunquid si a scortatione sola liberetur? quin etiam fuggere oportet auari- ciam, & inuidiam, & stupiditatem, uanam gloriam, & maxime uanam gloriam. Id. hom. 1. 3. in secundam ad Corinth.

Sanctitas. Sanctitas est, Dei cultus. Clemens Ale- xandrinus lib. 4. Stromatum.

Sanctitatem spiritus perficere, Sanctitatem sic perficimus spiritus, si in timore Dei recta sequa- mur, ut sub nomine Christi a peccatis nos abstinemus sancti simus. Qui enim sine professione Christi a uir- tibus se cohibere uidentur, sancti sunt iuxta mundum, non secundum Dei spiritum: quia secundum Deum hi mundi sunt, qui fideles sunt: ceteri uero qualesuis sunt, immundi sunt. Quicquid enim sine Christo est, immundum est, sicut dicit ad Titum: Quia infidelibus nihil est mundum, inquinata est enim eorum mens ex conscientia. Ambrosius in septimum, secunda ad Corin- thios.

Sanctum. Sanctum est, quod a foribus mundi longe abest. Cyrillus libro undecimo capite uigesimo quarto in Ioannem.

Salutate inuicem osculo sancto. Sanctum est, quod dolo caret, ac simulatione. Chrysostomus homilia quadragesima quarta in priorem ad Corin- thios.

Nolite sanctum dare canibus, &c. San- ctum, panis est filiorum. Hieronymus in septimum Matthei.

Sanctum est, quod uiolare atq; corrumpere nefas est, cuius utiq; sceleris conatus & uoluntas tenetur rea: quamuis illud sanctum natura inuiolabile atq; in- corruptibile maneant. Augustinus lib. 2. super Serm. Domini in Monte.

Sanctum est baptismum: propterea non est dan- dum, nisi iam fidem habentibus. Sancta est gratia cor- poris Christi: propterea illis solis danda est, qui iam per baptismum facti sunt filij Dei, & per impositio- nem manus. Benedictus panis sancta sunt, propterea il- lis porrigenda sunt, qui capaces facti sunt benedictio-

nam per fidem. Autor operis imperfecti homil. 17. in Matth.

Sanguis uirę. Languit in uino stolam suā, & in sanguine uirę indumentum suum. Sanguinem uirę, Ser- uatoris sanguinem appellauit. Si enim Dominus uir- tis est nominatus: fructus autem uir- tis, uinum appellatur: sanguinis autem & aquę ex Domini latera manantis rini per reliquum corpus infernę descenderunt. Theo- doretus Dialogo Inmutabilis.

Sanguinem clamare. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quod clamat ad Domi- num, non est proprie sanguis illę qui effusus est, sed abusive sanguis clamare dicitur, dum eius qui sangui- nem effudit, uindicta deponitur. Origenes lib. 3. cap. 4. Periarthon.

Sanies. Putrefactio sanguinis sanies intelligitur. Clemens Alexandrinus in oratione ad Gentes.

Sanir, leua nouitatem, siue dens lucernę. Philo in interpretatione nominum de Deuteronomio & Eze- chiele.

Sanitas. Bene sanitatem, quidem de sanire, qui ha- bitum statumq; bonum ipsam esse dixerunt, a quo na- turales operationes sine ullo prorsus impedimento proficiuntur. Basiliius homilia prima Hexæ- meri.

Sanitas animę. Sanitas animę est, diuine no- luntatis prosper successus: quemadmodum eam ex contrario, excidisse bona uoluntate, morbus animę est in mortem desinentis. Gregorius Nyssenus lib. De oratione.

Sannamim, regio tribus Neptalim. Iosue deci- monono.

Saorth, in tribu Ruben, super Iordanem. Euse- bius de locis Hebraicis.

Sansanna, in tribu Iuda. Id. ibid.

Sapere. Sapere nihil aliud est, nisi Deum uerum iustis, ac pijs cultibus honorare. Lactantius lib. 4. ca- pite 3. Institutionum Diuinarum.

Alta sapere. Non alta sapientes. Alta sapere sis- perbia est. Nam & diabolus cum alta sapuit, apostata uit. Ambrosius in 1. 2. ad Romanos.

Sapere quę Deo placent. Vade retro satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quę Dei sunt, &c. Is quę Deo placent sapit, qui mundanam glo- riam penitus contemnit. Nec, si prodesse proximo po- test, existimationis multi facit iacturam. Charitas enim non querit quę sua sunt. Cyrillus lib. 1. 2. cap. 36. in Ioannem.

Saphacias, filius Davidis regis. 2. Sam. 3.

Saphacias, filius Matthan, princeps in aula Sede- chie. Hierem. 38.

Saphan, filius Asua, filij Mesulam, scriba templi sub Iosia rege Iuda. 2. Reg. 23.

Saphan, pater Aichan, patroni Hieremie. Hierem. uigesimo sexto.

Saphamoth, ad quem locum misit David Euse- bius de locis Hebraicis.

Saphar, mons Saphar in deserto castra filiorum Israel. Id. ibid.

Sapharnaim, de quibus locis Assyrii trans- migrantes,

migrantes, habitauerunt in Samaria: & ab ipsis Samaritanorum gens sumpsit exordium. Meminit horum & Esaias. Id. ibid.

Sapharuahim, libri, uel literæ. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Saphat, pater Helisei Prophetæ. 1. Reg. 19.

Saphat, filius Huri, explorator de tribu Simeon. Num. 13.

Saphat, iudicauit, uel iudicans. Philo in interpr. nom. de Numeris & tertio Regum.

Saphati, iudicans me. Idem ibidem de secundo Regum.

Saphir, uilla in montanis sita inter Eleutheropolim & Ascalonem in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Saphira, uxor Ananiæ mentientis Spiritui sancto, interficitur à Petro, non uolentia externa, sed uoluntate spiritali, & impetu Heroico. Act. 5.

Saphiram, narrantem siue literatam, aut librariam, uel certe Syro sermone, formosa. Hieronymus in interpr. nom. de Actis apostolorum.

Saphyrus, speciosus, egregius. Philo ibid. de Ezechiele.

Saphon, in tribu Gad super Iordanem. Eusebius de locis Hebraicis.

Saphon, speculator. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Sapiens. Sapiens ille dicitur, qui intelligit secundum Salomonem, quæ ex proprio ore sunt, & qui in labijs portat intellectum. Origenes lib. 1. ad Rom.

Sapiens architectus. Ut sapiens architectus fundamentum posuit. Sapiens architectus est, qui iuxta disciplinam autoris collocat fundamentum: id est, qui secundum traditionem Saluatoris Euangelizat. Ambrosius in 3. prioris ad Corinth.

Sapientes. Dominus solus cognoscit disceptationes sapientum, quod uanæ sunt. Sapientes utiq; Scriptura uocante Sophistas, qui in dictionibus uersantur & artibus superfluis. Unde ipsi quoq; Græci, eos qui in re aliqua curiose uersantur, sapientes simul & Sophistas denominatiue appellarunt. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c. Cum sapientes, dixerit: non illam ueram laudabilem sapientiam intelligit, sed hanc quæ seculari doctrina præstatur: idcirco etiam non dixit, stultis reuelasti, sed paruulis, quasi candidis & simplicibus. Chrysostomus homilia trigesima nona in Mattheum.

Qui sunt sapientes, à quibus mysterium Christi absconditum est? Sacerdotes, scribæ, & Pharisei qui congregati in templo dicebant: Quousque animam nostram tollis? Dic nobis palam, si tu es Christus. Autor operis imperfecti hom. 28. in Matth.

Sapientibus & insipientibus debitor sum. Sapientes, Græcos Philosophos: Barbaros insipientes appellat. Hieronymus in 1. ad Rom.

Sapientes & prudentes. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c. Nomine sapientium & prudentium, superbus intelligi potest, ip-

se exposuit, cum ait: Reuelasti ea paruulis. Augustinus Serm. 8. de Verbis Domini.

Sapientes & stolidi. Debitor sum Græcis & barbaris, sapientibus & stolidis. Sapientes appellat Iudeos: stolidos uero Scythas. Epiphanius lib. 1. tom. 1. Contra hereses.

Sapientia. Sapientia est, scientia rerum diuinarum & humanarum, & causarum ipsarum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Sapientia est, scientia rerum diuinarum & humanarum. Id. ibid. lib. 4.

Sapientia, quæ soli homini data est, nihil aliud est, quam noticia Dei. Lactantius lib. 7. cap. 9. Diuinarum institutionum.

Sapientia est, intelligentia uel ad bonum, rectumq; faciendum, uel abstinencia dictorum factorumq;. Idem ibid. lib. 5. cap. 18.

Principium sapientiæ est timor Domini. Sapientiam uocat effectiorem, quæ est timor Domini, deducens ad sapientiam. Clemens Alexandrinus libro 2. Stromatum.

Scriptura sapientiam appellat æquiuocè omnem mundanam siue sapientiam siue artem. Id. ibid. lib. 1.

In omni sapientia. Virtutem hinc sapientiam dicit, & animi modestia sapientia est, & misericordia, & quæcunq; talia, sapientia sunt, quemadmodum istis contraria, stulticia. Chrysostomus homil. 9. ad Colossens.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam, prædicationem, & salutis modum, hoc est, per crucem salutem, perfectos uero credentes appellat. Id. hom. 7. in priorem ad Corinth.

Quam (subaudi, sapientiam) nemo principum huius seculi cognouit. Sapientiam, & Christum appellat, & crucem, & prædicationem. Id. ibid.

Quæ loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, &c. Sapientiam hoc in loco curiosam appellat inquisitionem, & superfluam eloquentiam. Id. ibid.

Sapientia est, non eloquia Dei scire, sed secundum eloquia Dei uiuere. Autor operis imperfecti hom. 28. in Matth.

Vera sapientia. Monentes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, &c. Hanc dicit ueram esse sapientiam, quæ est in disciplina dominica, cum agnoscitur Christus. Ambrosius in 1. ad Colossenses.

Sapientia Dei. Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, &c. Quid est, in sapientia Dei? Quæ per opera apparuit: per ea enim cognosci uoluit. Chrysostomus hom. 4. in priorem ad Corinth.

Sapientia huius mundi. Sapientia enim huius mundi stulticia est apud Deum. Sic stulticia est sapientia huius mundi apud Deum, dum facit Deus quod mundus fieri posse negat, sapientiam illius stulticiam probat: & cum multos deos dicauit, fides autem unum probet teste uirtute. in prudentia sua confundentur. Ambrosius in 3. prioris ad Corinth.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam uero non huius mundi, neq; principum huius mundi, qui destruuntur, &c. Arbitror sapientiam esse huius mundi, aliam quandam præter illas sapientias

ti. is quæ sunt principum huius mundi, per quam sapientiam intelligi uidentur ea & comprehendere quæ huius mundi sunt. Quæ tamen in se nihil habet, ut possit aliquid uel de diuinitate, uel de mundi ratione, uel de quibuscunque excelsioribus rebus, uel de bonæ ac beatæ uitæ institutione sentire: sed est talis (uerbi causa) ut est omnis ars poetica, uel Grammatica, uel Rhetorica, uel Geometria, uel Musica, cum quibus annumeranda est fortassis etiam Medicina. In his omnibus sapientiam mundi inesse sentiendum est. Sapientiam uero Principum huius mundi intelligimus, ut est Aegyptiorum secreta quam dicunt, & occulta philosophia, & Chaldeorum astrologia, & Iudeorum de scientia excelsi pollicentium, sed & Græcorum multiplex uariâq; de diuinitate sententiâ. Origenes lib. 3. cap. 3. Periarchoi.

Sapientia uaria. Apostolus uariam & multiplicem dixit Dei sapientiam, ut quæ nulli in unumque modis, per artem, per scientiam, per fidem, per prophetiam suam ostendat potentiam ad hominum beneficium. Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum.

#### ¶ Quid inter sapientiam & prudentiam inter sit.

In omni sapientia & prudentia notum nobis, &c. Sapientiam & prudentiam esse diuersas, Stoici quoque opinantur, dicentes: Sapientia est rerum diuinarum humanarumque cognitio: Prudentia uero tantum mortalium. Iuxta hanc diuisionem possumus sapientiam, inuisibilem & uisibilem accipere: prudentiam uero tantum uisibilem. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Sara, uxor Abrahamæ, cum esset sterilis, fide accepit uim concipiendi, & præter tempus ætatis peperit. Genes. 11. 17. 21. Heb. 11. Esa. 51.

Sara, filia Aser Patriarchæ. Gen. 46.

Sara, uxor Tobie iunioris. Tob. 6. 7.

Sara, princeps. Philo in interpret. nomin. de Genesi. Hieronymus ibid. de prima & secunda Petri, de epist. ad Romanos & Hebræos.

Sara in nostra lingua ἡγετοῦ, id est, princeps interpretatur genere feminino. Id. in 4. ad Ephesios.

Sara interpretatur princeps, uel principatum agens. Origenes hom. 6. in Genesim.

Sarra. Interpretatur Philo Sarra meum principatum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Sarra nomen principatus meus interpretatur. Philo lib. de Cherubim.

Sarra uox significat principem. Id. ibid.

Saraa, urbs in tribu Dan, ad ripam fluminis Soroc. Ios. 15. 19. patria Samsonis. Iud. 13.

Saraa, carbones, siue angustia malorum. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Saraha, uelamen, siue princeps fratris. Id. ibid. de Numeris.

Sarai, princeps mea. Id. in interpret. nom. de Genesi & secundo Regum.

Saraia, princeps dominus. Philo in interpret. nom. de secundo Regum.

Saraia, uinctus. Id. ibid. de libris Regum.

Saraia, princeps fuit. Id. ibid. de Hieremia.

Sarain, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Saraias, summus Sacerdos tempore Sedechie & captiuitatis Babylonica. 2. Reg. 25. Hier. 36. 51. 52.

Saraphtha, incensa, siue angustia panis, nomen ex Hebræo Syroque compositum. Hieronymus in interpret. nom. de Luca.

Sarara, ciuium pergentibus Edom. Eusebius de locis Hebraicis.

Saraias, filius Sennaberib regis Assyriorum, interficit patrem. Esa. 37.

Sarasar, dux Persarum, ut Iudei existimant. Zach. septimo.

Sarasar, princeps tribulationis. Philo in interpret. nomin. de libris Regum & Hieremia.

Saratha, uinctus uenit, siue tribulatio. Id. ibid. de libro Iudicum.

Sarathan, tribulatio eorum. Idem ibidem de Iesu Naue.

Sarathasar, urbs in tribu Ruben. Ios. 13.

Sarath, urbs Lydia, ad ripam Pactoli fluminis sita. Huius mentio fit in Apoc. 1. 3.

Sarath, principi pulchritudinis. Hieronymus in interpret. nom. de Apocal.

Sarath, malitiosus, uel sibilans. Philo ibidem de Genesi.

Sareas, dux Iudaicus. Hierem. 40.

Sared, filius Zabulon Patriarchæ. Gen. 46. Numeri 26.

Sared, ut descenderet. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Sareda, oppidum in tribu Ephaim, patria Hieroboam. 1. Reg. 11.

Sareon, princeps maroris. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.

Sarepta, ciuitas Sidoniorum in uia publica sita, ubi habitauit quondam Elias. Eusebius de locis Hebraicis.

Sareptha, incendium, siue tribulatio panis. Philo in interpret. nom. de tertio Regum.

Sarfaad, incendium. Idem ibidem de Iona & Nahum.

Sargon, scribitur esse Sennaberib rex Assyriorum. Esa. 20.

Sargon, princeps horti. Philo in interpret. nomin. de Esaia.

Sarim, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.

Sarith, terminus Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.

Sarith, reliquæ. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Sarima, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

Saron, cuius & Esaia meminit, dicens: In paludes uersus est Saron. Vsq; in presentem autem diem, regio inter montem Tabor & stagnum Tyberiadis Saronas appellatur. Sed & a Casarea Palestine, usq; ad oppidum Ioppe omnis terra quæ cernitur, dicitur Saronas. Eusebius de locis Hebraicis.

Saron, princeps tristitiæ, uel cantans tristitiam. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue & Esaia.

Saronas, quod interpretatur campestris, regio est

est *Cæsarea Palaestinae*, usq; ad oppidum *Ioppe* pertingens. Et est hodie locus pascendis gregibus aptus, quæ iuxta soli qualitatem Petro prædicante, fidei continuo fructus germinauit. Sed & inter montem *Tabor* & stagnum *Tyberiadis*, regio *Saronas* appellatur.

Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

*Saronas*, cantans tristitiam. Id. in interpr. nomin. eiusdem libri.

*Saror*, coangustans, siue indutus. Philo ibidem de primo Regum.

*Sarsachim*, princeps cadaveris, uel ruinae. Id. ibidem de Hieremia.

*Sarr*, uinculum, siue angustia eius. Id. ibidem de Iesu Naue.

*Sarthan*, quæ est ad radices *Iezrael*. Eusebius de locis Hebraicis.

*Sartham*, tribulatio eorum, siue demolitorum, aut coangustantium. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

*Sarug*, proauus *Abrahæ*. Gen. 11. Luc. 3.

*Saruia*, soror *Dauidis* regis, mater *Ioab*, *Abisai*, & *Asabel*. 1. Par. 2.

*Saruia*, uinctus, siue angustia. Philo in interpret. nomin. de primo Regum.

*Salai*, longæuus, uel senarius. Id. ibidem de libro Iudicum.

*Salima*, terminus *Issachar*. Eusebius de locis Hebraicis.

*Sataim*, libri, uel historici. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

*Satalam*, radicans. Id. ibidem de Genesi.

*Sathan*, contrarius, siue aduersarius. Id. ibidem de Numeris, tertio regum, & *Iob*.

*Satan*, aduersarius, siue transgressor. Hieronymus ibidem de Luca.

*Satan*, Iudeorum Syrorumq; lingua desertorem significat. Hæc autem uox *Nas*, quod interpretatur serpens, Hebræis idem quod *Sata* ualeat, ita ex utroq; unum uocabulum componitur *Satanas*. Iustinus martyr in colloquio cum *Tryphone*.

*Satana*. Vade post me *Satana*. *Satana* dixit ei, quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo: quod Hebræi interpretati sunt contrarius. Origenes tract. 1. in *Matth*.

*Satanas*. *Satanas*, ἁγῶν, siue contrarius. Hieronymus in interpr. nomin. de epist. ad Romanos, & in 16. *Matth*.

*Satanas*, transgressor, siue aduersarius. Id. ibidem de prima & secunda ad Corinthios, & priore ad *Timotheum*.

*Satanas* uerbum Hebraicè apostatam significat. Irenæus lib. 5. pag. 324. aduersus Hæreses.

Deus autem pacis conterat *Satanam* sub pedibus uestris uelociter. Queritur in hoc loco, quem dixerit *Satanam* sub pedibus eorum quibus scribit, uelociter à Deo conterendum. Si enim ad unam referatur personam, illam scilicet de qua in Euangelio dicitur: Ecce uideo *Satanam* de cælo cadentem, quiq; *Satanas* humano generi iudicatur aduersus, uidebitur utiq; si uere dicit *Paulus* quæ dicit, quod sub pedibus eorum qui-

bus tunc scribebat, uelociter conteratur, ultra iam non esse *Satanam* qui agones, & certamina, & persecutiones credentibus excitet, quod utiq; non admittit fides rerum. Sed uidetur mihi in hoc loco *Satanam* dixisse, omnem spiritum qui credentibus aduersatur.

*Satanas* enim in lingua nostra aduersarius interpretatur. Quicquid ergo animæ tendenti ad Deum resistit & aduersatur, & quicquid paci eius contrarium est, hoc *Satanas* esse memoratur. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Qui *Satan* Hebraicè nuncupatur, & à nonnullis ornatus gratia *Satanas* dicitur, in Græcæ linguam translatus *Satan* denominatur. Quicunq; igitur nequitiam malit, & uitam secundum hanc duxerit, & uirtuti contraria exequatur, *Satanas* est, hoc est, Dei filio aduersatur, quem & iusticiam esse, & ueritatem, & sapientiam constat. Idem libro sexto Contra Celsum.

*Satanas* aduersarius dicitur. Omnes ergo qui aduersantur Dei uoluntati, *Satanæ* possunt dici. Id. hom. 15. in Iesum Naue.

*Satanæ*. *Satanæ*, transgressor, siue aduersario. Hieronymus in interpretation. nominum de Apocalypsi.

Angelus *Satanæ*. Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus *Satanæ*, ut me colaphisset. Angelum *Satanæ*, iniurias, contumelias, & populorum insurrectiones appellauit. Theodoretus in 2. secunda ad Corinthios.

Nuncius *Satanæ*. Quidam capitis dolorem à diabolo immissum hic *Paulum* significare dixerunt. Sed absit: minime enim *Pauli* corpus diaboli manibus deditum fuit: quando quidem & diabolus ipse *Pauli* simplici mandato obtemperauit, ac leges ipsi limitesque præfixit, cum ei fornicarium in carnis perniciem tradidit, quos ille prætergredi non est ausus. Quid ergo sibi uult: *Satan* Hebræorum lingua aduersarius dicitur: & Regnorum tertio aduersarios ita uocauit Scriptura: & de *Salomone* loquens, ait: Non erat *Satan* in diebus ipsius, hoc est, aduersarius qui oppugnet, aut molestus esset. itaq; quod dicit, hunc habet sensum: Deus prædicationem liberius progredi non est passus, fastum nostrum comprimens: sed aduersarijs nostri inuadendi potestatem fecit. Siquidem hoc ut fastum deprimeret, idoneum erat. Ille autem capitis dolor non item. Nuncium igitur *Satanæ* dixit *Alexandrum*, fabrum illum erarium, *Hymenæum* & *Philetum*, omnes qui uerbo aduersarentur, omnes qui cum ipso contenderent, bellumq; gererent, qui in carcerem conicerent, qui uerberarent, qui abducerent, quoniam *Satanæ* opera faciebant. Igitur quemadmodum Dominus diaboli filios Iudeos appellabat, qui illius opera imitabantur: sic & Apostolus nuncium *Satanæ* uocat, quemuis aduersarium. Chrysostomus homilia uigesima sexta in secundam ad Corinthios.

*Satanæ* opera. Opera *Satanæ* sunt fornicatio, adulterium, immundicia, mendacium, furium, inuidia, beneficium, diuinatio, incantatio, iudicatio, ira, blasphemia, inimicitie, fraternum odium, contentio, emulatio, ebrietas, stultiloquiū, superbia, lasciuia, odium,

risus, demonum cantica, homicidia, puerorum corruptiones, auspicationes, interrogationes spirituum, laminarum inscriptiones. Ephraem lib. de Vera poenitentia, cap. 5.

Sacon, sextariorum quinquaginta sex est. Epiphanius de Mensuris & ponderibus.

Sattim, ubi populus pollutus est fornicatione filiarum Moab. Est autem iuxta montem Phogor, unde & Iesus exploratores ad inuestigandam, & noscendam terram misit Hiericho. Eusebius de locis Hebraicis.

In interpretatione Hebraeorum nominum Sattim inuenimus in lingua nostra responsionem, uel refutationem dici. Origenes homil. 20. in Numeros.

Satum fert modium unum & semis Italicum. Iosephus libro nono, capite quarto Antiquitatum Iudaeorum.

Satum genus est mensurae iuxta morem prouinciae Palaestinae, unum & dimidium modium capiens. Hieronymus in 13. Matthaei.

Saua, eloquentia, uel clamor. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Saua, ciuitas antiqua in qua habitauerunt Ommei gens ualida super regionem Sodomae, quam excidit Chodorlaomor. Eusebius de locis Hebraicis.

Saucorum, cantilena. Philo in interpret. nomin. de Iob.

Saul, filius Cis, de tribu Benjamin, primus rex populi Iudaici, constituitur a Samuele propheta. 1. Samuelis 9. 10. 11.

Saul, expetitus, uel abutens. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Exodo.

Saul, petitio, uel habitans, uel abutens, uel abusu eorum. Id. ibid. de primo Regum.

Saul, petitio, siue expetitus dicitur. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Terra Saul, fuit regio in tribu Manasse cis Iordanem. 1. Sam. 13.

Saulus, nomen S. Apostoli, quod ante conuersionem habuit. Act. 7. 8. 9. 11. 13.

Sauus, tentatio respicientis, uel saturitas. Hieron. in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Saupha, speculator, aut supereffundens. Philo in interpret. nomin. de primo Regum.

Sau, siue Sauhe, dignè, uel eleuatio. Idem ibidem de Genesi.

## S C.

Scamma est, medius locus in quo athletae luctantur. Ephraem lib. de Luctamine spirituali. cap. 1.

Scandalizare. Qui autem scandalizauerit unum de paruulis istis, &c. Scandalizare hic significat despicere atque uituperare. Chrysostomus homil. 59. in Matthaeum.

Scandalizari. Quis scandalizatur, & ego non uxorè scandalizari est, carnis pati desiderium, quantum ad locum hunc pertinet. Ambrosius in 11. secundae ad Corinthios.

Scandalum. Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Scandalum est, cum in uia qua inceditur aliquid inuenitur obiectum, in quo

offenduntur scandentium uel incedentium pedes: hoc est ergo quod patiuntur hi qui uia fidei nuper ingressi priorum uel contentionibus, uel negligentijs, uel contemptu & clationibus offenduntur, atque exemplis eorum repercussi auertuntur a fide. Origenes libro 9. ad Romanos.

Scis quia Pharisei audito uerbo hoc scandalizati sunt: & scandalum, nos offendiculum uel ruinam et impacationem pedis possunt dicere. Quando ergo legimus: Quicumque de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto facto uel occasionem ruinae cuiquam dederit. Hieronymus in 15. Matthaei.

Qui autem scandalizauerit unum de paruulis istis, &c. Ne mireris si scandali uocabulo, contumeliam et uituperationem intellexit, cum multi propter pusillanimitatem non parum, si contempti uim peratiq; sint, scandalizentur. Chrysostomus hom. 59. in Matth.

Scandala. Vt mundo ab scandalis. Quae sunt scandala? Recte ac proba uita confusio atque peruersio. Id. ibid. hom. 60.

Scatha, in tribu Iuda. Eusebius in locis Hebraicis.

Scenae, id est, tabernacula, locus in quo habitauit Iacob regressus de Mesopotamia, qui lingua Hebraica appellatur Socho. Eusebius de locis Hebraicis.

Scenopegia. Erat autem in proximo dies festus Iudeorum scenopegia. Quid sit scenopegia, Scripturas qui legerunt, nouerunt. faciebant die festo tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt cum ex Aegypto educti peregrinarentur in eremo. Iste erat dies festus, magna solennitas. Celebrabant hoc Iudaei, uelut reminiscetes beneficia Domini, qui occisuri erant Dominum. Hoc ergo die festo, quia plures erant dies festi: sic enim appellabatur apud Iudaeos dies festus, ut non esset dies unus sed plures. Augustinus tract. uigesimo octauo in Ioannem.

Scenopegia celebratio erat tabernaculorum, propterea quia populus de Aegypto liberatus tendens per desertum ad terram promissionis, in tabernaculis habitauit. Id. ibid.

Scenopegia est, tabernaculorum definitio. Iosephus lib. 4. cap. 6. Antiquitatum Iudaicarum.

Scenopegia interpretatur fixio tabernaculi. Autor operis imperfecti homil. 4. in Matth.

Scire. Scire est, illud quod ipse tu uideris, aut cognoueris animo continere. Arnobius libro secundo aduersus Gentes.

Proprie cum loquimur, id solum scire dicimus, quod mentis firma ratione comprehendimus. Cum uero loquimur uerbis consuetudini aptioribus, sicut loquitur etiam diuina Scriptura, non dubitemus dicere, scire nos, & quod percipimus nostri corporis sensibus, & quod fide dignis credimus testibus, dum tamen inter haec & illud quid distet, intelligamus. Augustinus lib. 1. Retractationum.

Scientia. Scientia est, habitus demonstratiuus. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Scientia est, habitus qui facit sistere, a quo scire euenit. Id. ibid.

Scientiam definiunt philosophi, habitum qui transferrari non potest à ratione. Id. ibid.

Scientia est, quæcunq; præbet uel humanarum rerum uel diuinarum noticiam. Iustinus martyr in colloquio cum Tryphone.

Scientia unde dicta. Si scientiæ quæ dicitur in scripturis danda est etymologia, ex statione et quiete, quæ dicitur etiam eius sumenda est explicatio, quoniam non stram in rebus sistit mentem, quæ prius aliàs aliter ferrebat. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat.

Scientia falso nominata. Et oppositiones falsi nominis scientiæ. Iure eam uocauit falso nominatam scientiam, ut quæ ignorantis habeat caliginem, non autem lucem diuinæ cognitionis. Theodoretus in 6. prioris ad Timoth.

In scientia. In scientia. Quid est, in scientia? in sapientia quæ à Deo datur, uera scientia, non quemadmodum illi qui uidentur esse sapientes, et externa eruditione gloriantur, illa auicem destituuntur. Chrysostomus homil. 1. 2. in secundam ad Corinth.

¶ Quid inter scientiam & opinionem interlit.

Scientia certi est: opinatio incerti. Lactantius libro 3. cap. 3. diuinarum Institutionum.

¶ Quid inter scientiam & uirtutem interlit.

Scientia est Deum nosse: uirtus colere. in illo sapientia, in hoc iusticia continetur. Idem ibidem libro 6. capite 5.

Sciph, ubi Samuel inuenit Saulem. Eusebius de locis Hebraicis.

Scnipes animal pennis quidem suspenditur per aera uolitans, sed ita subtile est et minutum, ut oculi uisum, nisi acutè cernentis, effugiat: corpus tamen cum insederit, acerrimo terebrat stimulo, ita ut quem uolitantem uidere quis non ualeat, sentiat stimulantem. Origenes homil. 4. in Exodum.

Scortatio. Prima scortatio est, excogitatio simulachrorum, inquit Scriptura. Epiphanius libro Anacorato.

Mortificate igitur membra uestra terrestria, scortationem, etc. Scortationem peccatum opere completum dixit. Maximus centuria prima de Charitate.

Scribæ. Propterea omnis scriba doctus in regno coelorum, etc. Scribas et doctores regni coelorum, suos dicebat discipulos, de quibus alibi ait Iudeis: Ecce mitto ad uos sapientes, et scribas, et doctores, et ex eis occidetis, et effugabitis à ciuitate in ciuitatem.

Scribas propter scientiam nuncupat, quod intellexerint ea quæ ille noua et uetera, id est, in Euangelij et in lege protulerit, et eiusdem patrisfamilias, et unius utraque thesauri. Hilarius canone decimo tertio in Mattheum.

Scribæ expositores legis fuerunt, uelut Grammaticam quandam scientiam exponentes, reliqua quidem uelut Iudæi facientes, uerum superfluum quandam sophisticam expositionem inducentes. Epiphanius libro 1. tom. 1. contra hæreses.

Scribas interpreteres legis doctores. Id. ibid.

Scrutari. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam

profunda Dei. Scrutari non ignorantis est hoc in loco, sed exactè cognoscere uolentis. Hac item uoce de Deo usus est, inquit: Qui scrutatur corda, nouit qui sit sensus spiritus. Chrysostomus homil. 7. in priorem ad Corinthios.

Scythopolis, urbs Palestinæ, non procul à mari Galilææ, antea Bethsan dicta. secundo Maccabæorum duodecimo.

S E.

Sebaste. Vide Samaria.

Sebaste, gyro siue gyranth, ita tamen ut à Samech litera exordium habeat. Hieronym. in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Sebeon, Horreus, pater Anæ, soceri Esau. Genesis trigésimosexto.

Sebeon, stante iniquitate. Philo in interpret. nomin. de Genesis.

Sebeth, quod sabbatum ac requiem interprete- ris, est Christus, in quo quietus factus est Pater, et sanctus eius Spiritus, et omnes sancti homines in ipso quieti facti sunt, quiescentes à peccatis. Epiphanius libro 1. tomo 2. contra hæreses.

Sebia, uxor Ochostæ, mater Ioas regis Israel. 2. Regum 12.

Seboim, ciuitas impiorum in æternos cineres dissoluta, iuxta urbem quondam Sodomam. Eusebius de locis Hebraicis.

Seboim, caprearum uel damularum, siue statio eius mare, aut statio maris. Philo in interpret. nomin. de Genesis.

Seboim, caprea, uel dama, aut statio eius, siue stantes. Id. ibid. de Deuteronomio et Osee.

Seboleth. Hanc uocem Galaaditæ Ephratæis fugientibus pronunciantiam proponebant. Iud. 12.

Sed hi cum literam Schin non possent exprimere, efferunt Siboleth per Samech.

Sechem, filius Galaad. Num. 16.

Sechem, uarietas. Philo in interpret. nominum de Iob.

Sechi, filius Oziel, filij Caath. Exod. 6.

Sechrona, oppidum prope Ioppen. Ios. 15.

Sechrona, ebrius, uel tabernacula. Philo in interpret. nom. de Iesu Naue.

Sectari. Quod Gentes quæ non sectabantur iusticiam, etc. Sectari dicitur ille, qui per doctrinam electionem multam assequi aliquid cupit: unde et à sectando sectæ appellatæ sunt, huiusmodi doctrinæ quæ hominum traditione discuntur. Origenes in 9. ad Romanos.

Sectari pacem. Itaq; quæ pacis sunt sectemur: etc. Sectatur pacem, qui ea quibus pax constare potest, etiam cum labore suo, cum damno, cum opprobrio quoq; et si ita necesse sit, etiã cum periculo uitæ famèq; custodit. Id. lib. 10. ad Romanos.

Sectæ Hebræorum. Tres sectæ erant Hebræorum, Pharisei, Saducei, et Esseni, qui etiam Osij, id est, sancti dicuntur. Hoc enim uult nomen Essenorum à uitæ honestate. Illi ipsi et sicarij dicti, eo quod essent zelote. Chrysostomus homilia quadragésimasexta in Acta apost.



Seculi significationes. Operæ precium est scire, ut intelligamus seculi nomē multa designare: com-  
 plura enim significat. Nam seculum dicitur, unius-  
 cuiusq; hominū uita. Dicitur rursus seculum, tempus  
 mille annorum. Dicitur rursus seculum, uniuersa præ-  
 sens uita: & seculum futura uita post resurrectionē,  
 nullo sine claudenda. Dicitur rursus seculum, non tem-  
 pus, neq; temporis pars latione solis & cursu mensu-  
 rata, per dies uidelicet & noctes constituta: sed quod  
 coextenditur sempiternis, instar cuiusdam temporalis  
 motus & spaciij: quod enim ijs quæ in tempore sunt,  
 tempus: illis sempiternis est seculum. Dicuntur etiam  
 septem secula mundi huius, à cœli & terræ uidelicet  
 creatione usq; ad communem hominum consumma-  
 tionem, & resurrectionem. Octauum autem seculum  
 est, quod futurū est. Vnum etiam seculum est, secun-  
 dum id quod dicitur, Deus æternus, quinimō & præ-  
 æternus: ipse enim & seculum fecit. Nam solus sine  
 principio Deus existens, omnium ipse est factor secu-  
 lorum, & omnium quæ sunt. Dicuntur autem secula  
 seculorum, secundum id quod huius mundi septem se-  
 cula sunt, multa secula uidelicet hominum uitæ conti-  
 nentia: & seculum unum, omnium seculorum conten-  
 tuum est, & seculum seculi dicitur, præsens & futu-  
 rum: æterna autem uita, & æternum supplicium, quod  
 sine fine, futurum seculum ostendunt. Damascenus lib.  
 2. cap. 1. de Orthodoxa fide.

Ut eriperet nos ex præsentī seculo malo. Quid est  
 seculum? Tempus diebus & horis discretum. Chryso-  
 stomus in 2. ad Galatas.

Seculum frequenter pro ijs quæ in seculo uersan-  
 tur accipitur. Sicut Paulus ad Galatas loquitur dicēs:  
 Ut eriperet nos de præsentī seculo nequam. Et in alio  
 loco: Ut ostēderet in uenturis seculis: pro eo quod est,  
 his omnibus quæ in superuenientibus seculis futura er-  
 rant. Hieronymus in 3. ad Ephesios.

Seculum malum. Ut eriperet nos de præsentī  
 seculo malo. Queritur quomodo præsens seculum  
 malum dictum sit. Solent quippe hæretici hinc cape-  
 re occasiones, ut alium lucis & futuri seculi, alium te-  
 nebrarum & præsentis asserant conditorem. Nos au-  
 tem dicimus, non tam seculum ipsum quod die ac no-  
 cte annis currit & mensibus appellari malum, quam  
 ea quæ in seculo fiunt: quomodo sufficere di-  
 citur diei malicia sua: & dies iacob modici esse scri-  
 buntur & pessimi. Non quo spacium temporis in quo  
 uixit iacob malū fuerit: sed quo ea quæ sustinuit, per-  
 uaria eum exercuerint tentamenta. Deniq; eo tempo-  
 re quo ille pro coniugibus seruiebat, & multis con-  
 flictabatur angustijs, Esau in requie erat: atq; ita idem  
 temporis spacium alij bonum, alij malum fuit: nec scri-  
 ptū esset in Ecclesiaste: Ne dixeris, quia dies mei prio-  
 res erant boni super istos, nisi ad discrimē malorum.  
 Unde Ioannes ait: Mundus omnis in maligno positus  
 est. Non quod mundus ipse sit malus, sed quod mala  
 in mundo fiant ab hominibus: Manducemus & biba-  
 mus dicemibus, cras enim moriemur. Et ipse Aposto-  
 lus: Redimētes, inquit, tempus: quia dies mali sunt. In-  
 famantur & salus cum latrocinijs pleni sunt: nō quo  
 terra peccet & solue, sed quo infamiam homicidij lo-

ca quoq; traxerint. Detestamur & gladium, quo hu-  
 manus effusus est cruentor: & calicem in quo uenenum  
 temperatum est: nō gladij calicisq; peccato: sed quod  
 odium mereantur illi, qui his male usi sunt. Ita & se-  
 culum, quod est spacium temporum, non per semeti-  
 psam aut bonum aut malum est: sed per eos qui in illo  
 sunt, aut bonum appellatur aut malum. Idem in pri-  
 mum ad Galatas.

Quum audis malum seculum, intellige præuas a-  
 ctiones, propositum unum corruptum. Chrysostomus  
 ibidem.

Cur Paulus seculum præsens dixit ma-  
 lum? Nimirum communi hominum more sic loqui-  
 tus est, quando quidem & nos ad eum modum loqui  
 solemus, malum habuit diem, nō ipsam tempus, sed cir-  
 cunstanciam & actionem incusantes. Eadem ratione  
 Paulus damnans præuas hominum uoluntates, hæc lo-  
 quendi consuetudine est usus, ostendens quod Chri-  
 stus nos nō modo liberauerit à prioribus peccatis, ue-  
 rum etiam in posterum aduersus hæc tutos reddiderit.  
 Idem ibidem.

Malum seculum non uocauit elementa, ut sensit stu-  
 pidus Manichæus, sed præsentem uitam, hoc est, quæ  
 hic fit ad tempus hominum uitæ transactionem: in qua  
 locum habet peccatum. Qui enim mortali natura ad-  
 huc sumus circumdati, hi quidem maiora, illi uero mi-  
 nora peccata admittimus. Sed postquam ad immorta-  
 lem illam uitam traducti, & à præsentī corruptione  
 ac interitū liberati, et incorruptione induti fuerimus,  
 erimus peccato potentiores. Theodoret. ibid.

Seculum præsens. Præsens seculum non est na-  
 tura malum: sed in ipso nonnulli improbè uersantur.  
 Ostendit etiam quā sit momentaneū. Præsens enim  
 seu instans id uocauit. Id. ibid.

Secula seculorum. In secula seculorum quod  
 ait, moris est Scripturæ diuine immensitatem per hoc  
 temporum designare. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Secundus, Theſſalonicensis, deducit Paulum ex  
 Achata redeuntem in Asiam. Act. 20.

Secundus eleuans. Hieronymus in interpret. nom.  
 de Actis apostolorum.

Sedada, oppidum in tribu Neptalim, ad radices  
 Libani situm, limes terre Sanctæ uersus septentrio-  
 nem. Num. 34. Ezech. 47.

Sedada, ex latere eius. Philo in interpret. nomin. de  
 Numeris.

Sedechias, filius Iosia, postremus rex Iudæ, ca-  
 ptus à Nabuchodonosor, & oculus priuatus. 2. Reg.  
 25. 2. Par. 36.

Sedechias, filius Chanaan, pseudopropheta, prædi-  
 cit Achab uictoriam contra Syros, à quibus in eodem  
 bello interfectus est. 2. Reg. 22. 2. Par. 18.

Sedechias, pseudopropheta, filius Maasie. Hiere-  
 remie 29.

Sedechias, princeps in aula Ioachim regis. Ibid. 36.

Sedechia, iustus Dominus, seu iustus Domini.  
 Philo in interpret. nomin. de 3. Regum & Hieremia.

Sedere. Et insedit singulis illorum. hoc est, mansit  
 apud illos, & in illis requieuit. Nam sedendi uerbum  
 stabilitatem ac mansionem declarat. Chrysostomus  
 homilia

homilia quarta in Acta apostolorum.

Sedere super cathedram Moysi. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Quod arbitrator huiusmodi esse. Qui legem Moysi profitentur se interpretari, et in hoc gloriatur, aut qui superascendere hæc se profitentur, hi sedent super cathedram Moysi. Qui ergo non recedunt à litera legis, Scribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentes diuidunt se ipsos quasi meliores à multis, secundum hoc Pharisæi dicuntur, qui interpretantur diuisi & segregati. Phares enim diuisio appellatur. Origenes in 23. Matth.

Sedi, ex latere meo. Hieronymus in interpr. nom. de Luca.

Sedrach, terra Damasci, legimus in Zacharia. Eusebius de locis Hebraicis.

Sedrac, decorus meus. Philo in interpr. nom. de Zacharia.

Seducere. Quidam enim dicebant, quia bonus est, alij autem non, sed seducit turbas. Si seducere decipere est, nec Christus seductor, nec Apostoli eius, nec quisquam seductor debet esse Christianus: si autem seducere aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, querendum est unde & quo. Si à malo ad bonum, bonus seductor est: si à bono ad malum, malus seductor est. Augustinus tractatu uigesimo nono in Ioannem.

Sefela, humilis, siue campestris. Philo in interpr. nom. de Hieremia.

Sefor, auis. Id. ibid. de Numeris.

Segon, loquela inuulilis. Id. ibid. de Hieremia.

Segor, quæ & Bala & Zoara, una de quinque ciuitatibus Sodomorum ad preces Lot de incendio seruata, quæ usque nunc ostenditur. Meminit huius & Esaias in uisione contra Moab. Eusebius de locis Hebr.

Segor, parua, ipsa est quæ & supra Seor. Sed sciendum, quia litteram g. in medio non habeat, scribaturque apud Hebræos per uocalem An. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Segor Hebræi modicum uocant. Iosephus lib. 1. capite 19. Antiquitatum Iudaicarum.

Segab, filius Abiel, instauratoris urbis Iericho. 2. Reg. 16.

Seim, exeuntes. Philo in interpr. nom. de Ezechiele.

Seir, mons in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena: quæ ex eo quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est, pilosi nomen accepit. In quibus locis prius habitauit Chorreus, quem interfecit Chodorloamor. Meminit montis Seir, & Esaias in uisione Idumææ. Eusebius de locis Hebraicis.

Seir, à quo orti sunt Horreæ, qui tenuerunt partem Arabie Petrææ, quæ in Biblijs mons seu montana Seir appellatur, finitima Iudææ uersus meridiem. Pulsi sunt autem Horreæ à quatuordecim nepotibus Esau. Gen. 36. & ab Esau, qui Edom cognomen habuit. (Genesis uigesimo quinto) regio Idumæa deinde appellata est.

Seir, pilosus, uel hispidus, seu hircus. Philo in interpretationibus nominum de Genesi & Numeris.

Seira, hanc cepit Iesus filius Naue. Eusebius de locis Hebraicis.

Seira, nomen putei, à quo Ioab fecit reuerti principem exercitus Abner. Id. ibid.

Sela, in tribu Benjamin. Id. ibid.

Sela, ubi percussus est Ioas. Id. ibid.

Sela, filius Iudæ Patriarchæ. Gen. 38. Num. 26.

Sela, umbra eius, uel umbraculum eius. Philo in interpr. nom. de Genesi, & Ezechiele.

Sela, ut eius, uel dimissio eius, aut petitio. Idem ibidem.

Sela, petitio, uel petens. Idem ibidem de Numeris.

Sela, semper. Id. ibid. de libris Regum.

Selab, in tribu Dan, usque hodie grandis uicus ostenditur in finibus Sebastenis nomine Selaba. Eusebius de locis Hebraicis.

Selam, latus, à latere, non à latitudine. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Selcha, ciuitas regis Og in regione Basanitide. Eusebius de locis Hebraicis.

Selcha, ciuitas in regione Basanitide. Id. ibid.

Selebin, oppidum in tribu Dan. Ios. 19.

Selei, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Selemias. Hier. 16.

Selemia, reddente Domino. Philo in interpr. nom. de Hierem.

Seleucia, ciuitas Syriæ nobilis, in promontorio Syriæ Antiochiæ sita. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Seleuciam, tollentem semetipsam, siue experimentum itineris, uel exeuntem ad uocationem. Id. in interpr. nom. eiusdem libri.

Seleuchus, pater Demetrii regis Syriæ, filius Antiochi Magni, frater Antiochi Epiphanis, cognomento Philopator. 1. Macc. 7. 2. Macc. 3. 5.

Selim, urbs in tribu Iuda. Ios. 15.

Sella, uxor Lamech, primi bigami. Gen. 4.

Sellum, rex Israel fuit uno mense, interfecit suum Dominum Zachariam. Ideo interfectus est à Manahem. 2. Reg. 25.

Sellum, maritus Oldæ Prophetissæ. 2. Paral. trigesimo quarto.

Sellum, cognomen Iachaz regis Iuda, filij Iosie. Hierem. 22.

Sellum, patruus Hieremiæ Prophete, pater Helchie. Hier. 32.

Sellem, filius Neptalim. Num. uigesimo sexto. Vide Sallem.

Selmon, mons quem conscendit Abimelech aduersus Sicimam dimicans. Eusebius de locis Hebraicis.

Selmon, umbra offendiculi, uel sentiens, siue imago fortitudinis. Philo in interpretationibus nominum de Psalterio.

Dum discernit cælestis reges super eam niue dealbabuntur in Selmon mons Dei, mons pinguis.

Selmon locus est in quo purificabantur profelyti, uel hi, qui fitebantur grauioribus se pollutionibus inquinatos. Arnobius in Psal. 67.

K Selmona,

Selmona, castra filiorum Israel in deserto. Eusebius de locis Hebraicis.

Selmona interpretatur umbra portionis. Origenes homil. 27. in Numeros.

Selo, in tribu Ephraim, in quo loco arca testamenti mansit, & tabernaculum Domini usq; ad tempora Samuelis. Est autem in decimo milliario Neapoleos in regione Acrabitenae: sed & Iudae patriarchae filium Selon appellatum legimus. Eusebius de locis Hebraicis.

Selom, auulsio uel dimissio, siue ubi est ipse. Philo in interpr. nom. de Iesu Naue.

Sem, filius Noe, natus anno 98. ante diluuium. Genesis 6.

Sem, nomen, uel nominatus. Philo in interpr. nom. de Genesi. Hieronymus ibid. de Luca.

Semanath, nomen humile. Philo. ibid. de libro Iudicum.

Semath, audiens. Id. ibid. de libris Regum.

Semdahe, nominis scientia. Idem ibidem de Iesu Naue.

Serne, auditio. Id. ibid.

Semeber, rex Seboim. Gen. 14.

Semeber, nomen perditionis, siue ibi perditio. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Semegad interpretatur ibi aduena. Origenes homil. 4. in librum Iudicum.

Semegar, nomen aduena, siue ibi colonus. Philo in interpr. nom. de libro Iudicum.

Semegar, princeps Chaldaicus. Hierem. 39.

Semei, filius Gerson, nepos Leui. Exod. 6.

Semei, filius Gera, de tribu Benjamin. 2. Sam. 16.

Semei, pater Matathie. Luc. 3.

Semei, audi, uel auditio mea. Philo in interpr. nom. de Exodo.

Semeias, Propheta, dehortatur Roboam a bello contra decem tribus. 1. Reg. 12.

Semeias, Neclamites, pseudopropheta in Babylone. Hierem. 29.

Semeias, pater Dalaiæ. Id. 38.

Semeia, audiens Dominum. Philo in interpr. nom. de tertio Regum.

Semel, idolum. Et notandum quod Latinus sermo fit in Hebraeis uoluntibus a similitudine, unde & simulacra dicuntur. Id. ibid. de Ezechiele.

Semel. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod dicit, semel, ex integro significat. Ex integro namq; Christus peccato mortuus est, qui peccatum non fecit, nec fuit dolus in ore eius. Origenes lib. 5. ad Romanos.

Semen. Donec ueniret semen cui promissum erat. Semen haud dubium quin Christum significet, qui ex Matthaei quoq; principio comprobatur esse filius Abraham, Scriptura referente. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Hieronymus in 3. ad Galatas.

Exiit qui seminat seminare, &c. Semen hic doctrinam suam: arua uero & campos animas hominum: seminatore autem seipsum appellat. Chrysostomus homil. 45. in Matth.

Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen. Semen dicitur, quod seminatur in terra, & fructum multiplicem reddit. Origenes libro nono ad Romanos.

Hoc semen, quod de omnibus solum relictum & seruatum est ad reformationem generis humani, Christus est & doctrina eius. Sicut & ipse dicit: Semen est uerbum Dei. & paulo post, quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanum.

Ambrosius in 9. ad Romanos.

Semen Abraham. Ergo semen Abraham estis secundum promissionem haeredes. Semen Abraham sumus omnes credentes, quia Abraham pater est omnium credentium. Et si filij sunt, necessario & promissionis eius haeredes, ut consequantur per fidem quod promissum est Abraham, ut participes sint iustificationis eius in regno caelorum. Idem in 3. ad Galatas.

Semen pessimum. Et quare sit semen pessimum, subiicit: Reliquistis enim Dominum, ait, & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel: ut natura quae deserit Deum, pessimum semen dicatur. Degenerare est cum ab autore recedere: & cum malum exemplum ceteris praebet, malum est semen: fructus enim pessimos facit. Id. in 2. ad Ephesios.

#### ¶ Quid inter semen & filium interlit.

¶ Noni quod semen Abraham estis, &c. Videamus in primis corporaliter filij & seminis differentiam. Accerte perspicuum est, quod semen illius cuius est semen rationes in se contineat, adhuc pausantes & reronditus, filium uero exoriri & subsistere (mutato semine, & operante in materiam sibi appositam a muliere, & ex nutrimentis collectis) formatum, & ad ortum diligentet preparatum. Quod si aliquid alicuius est proprii filius, quod ad corporalia attinet, ex semine ortum est, cum tamen si aliquid est semen, non continuo sit filius. Origenes tomo uigesimo in Ioannem.

¶ Sementi. Seminatur in corruptione, &c. Sementem hic non id quod in utero maturescit uocat, sed illam in terram mortuorum corporum tumulationem, dissolutionem, cinerem. Chrysostomus hom. 41. in priorem ad Corinth.

¶ Et multiplicabit semen uestrum. Sementem rursus uocauit beneficentiam. Theodoretus in 9. secundae ad Corinth.

¶ Seminare in carnem, & in spiritum. Qui seminat in carnem, corruptionem metet ex carne: qui uero seminat in spiritum, uitam eternam ex spiritu metet. In carnem seminant, qui uoluptatibus corporis dediti, nihil inter utile atq; inutile discernunt, nec praedepa uiuendi considerant, sed praecipites iocundo sensuum motu feruntur. In spiritum autem seminant, qui a Spiritu sancti praecipis toto animo pendent: tanto que studio hunc mentis suae cultum aggrediuntur, ut nisi natura eogeret, necessaria etiam uitae alimenta negligenter. Cyrillus libro 3. capite uigesimo octauo in Ioannem.

Seminare in corruptela. Seminatur in corruptela

*Peela, surgit in incorruptela. Seminare in corruptela est, sepelire ut corrumpatur: resurgere autem in incorruptela, iam exsuscitatum non posse corrumpi, sed habere claritatem immortalitatis. Ambrosius in 1. s. prioris ad Corinth.*

*Seminari in ignominia. Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. In ignominia seminatur, dum in tetrico ponitur, sit foetulum, et scetet uermibus: surgit autem in gloria, quia excitatum et lumen erit, et nullam squaloris iniuriam patietur. Idem ibidem.*

*Seminare in infirmitate. Seminatur in infirmitate, surgit in uirtute. In infirmitate seminatur, quia immobile est et irregibile: surgit autem in uirtute, quia iam totum uiuum erit ac uegetum. Idem ibidem.*

*Semeron, hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Dicunt autem nunc pro ea Sebasten uocari oppidum Palestinae, ubi S. Ioannis Baptistae reliquiae conditae sunt. Legimus in Regnorum libris, quod Amri rex Israel emerit montem Semeron a quodam Semer, et edificauerit in uertice eius ciuitatem, quam ex nomine Domini appellauerit Semeron. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Semi, audiens. Hieronymus in interpr. nomin. de Luca.*

*Semida, filius Galaad. Num. 26.*

*Semidahe, nomen meum scientia. Philo in interpr. nomin. de Numeris.*

*Semla, rex Idumaeae. Gen. 36.*

*Semma, filius Azge, unus ex Heroibus in exercitu Dauid. 2. Sam. 23.*

*Semmuu, filius Zechur, explorator, de tribu Dan. Nunt 3.*

*Semoth, nouima. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.*

*Sempiternum. Sempiternum uel aeternum proprie dicitur, quod neque initium ut esset habuit, neque cessare unquam potest esse. Origenes lib. 1. cap. 2. Peri archon.*

*Semri, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Semro, custos eius, uel nomen uidit. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.*

*Semron, in tribu Zabulon. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Semron, nomen uidens, aut custos. Philo in interpr. nomin. de Genesi.*

*Semron, nomen uidit, uel custos eius. Id. ibid. de Numeris.*

*Semron maron, custos amari mceroris. Id. ibid. de Iesu Naue.*

*Semsi, sol meus. Id. ibid. de primo Regum.*

*Sen, locus in tribu Benjamin. 1. Sam. 7.*

*Sena, tollens, uel angustia, siue dens. Philo in interpr. nomin. de primo Regum.*

*Senan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Senam, abundantia. Philo in interpr. nomin. de Iona.*

*Senec, cymbalum. Id. ibid. de Iob.*

*Senefanna, tollens rubrum uel tentationes. Id. ibid. de Iesu Naue.*

*Senna, terminus Iudae, et usque hodie ostenditur in septimo lapide Hierichus contra septentrionalem plagam uilla nomine Magdalsenna, quod interpretatur turris Senna. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Senna, nomen petrae. Id. ibid.*

*Senna, uoluntas, siue mandatum eius. Philo in interpr. nomin. de Numeris.*

*Sennaab, dentis pater, siue factor patris. Id. ibid. de Genesi.*

*Sennaar, campus Babylonis, in quo turris extructa est. Vnde egressus Assur edificauit Niniuen. Meminit huius loci Iosephus in primo Antiquitatum libro ita scribens: De campo qui in Babylonia regione uocatur Sennaar, narrat Hestius historicus, dicens: Quidam sacerdotum profugi de templo Gemalij Iouis sacra rapientes, in Sennaar campum Babyloniae peruenere. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sennaar, unde fuit Amraphel, qui aduersus reges Sodomorum bellum gessit. Id. ibid.*

*Sennaar, pro quo Aquila Sennan, Symmachus interpretatur uberem. meminit huius et Micheas Propheta. Id. ibid.*

*Sennaar, excusio dentium, siue factor eorum. Philo in interpr. nomin. de Genesi.*

*Sennaar, dentis uacuefactio. Idem ibidem de Daniele.*

*Sennaar campus dentium excusio interpretatur. Origenes lib. 5. contra Celsum.*

*Sennacherib, rex Assyriorum, cum obsideret Hierosolymam, et regem Ezechiam, amisit de exercitu centum octoginta quinque millia uirorum, caesa ab angelo. Ipse fugiens Niniuen a proprijs filijs interfectus est. secundi Regum 18. 19. Esaiæ 36. 37. 38.*

*Sennacherib, tollens, uel leuans deserta. Philo in interpr. nomin. de libris Regnorum.*

*Sennim, uallis uicina Cedes in tribu Neptalim. Iud. 4.*

*Senon, ciuitas in tribu Isaschar, non procul a mari Tiberiadis, uersus occasum. Ios. 19.*

*Senfenna, urbs in tribu Iuda. ibidem decimoquinto.*

#### ¶ Quid inter Sensum & Intellectum interlit.

*Quid est sensus, nisi eius rei quae sentitur intellectus? Quid est intellectus, nisi eius rei quae intelligitur sensus? Tertullianus de anima.*

#### ¶ Quid inter sensum, sensoria, sensibilia, & sensitiuum interlit.

*Sensus uirtus est anima, materialium rerum apprehensiuu, id est, cognoscitiua. Sensoria organa, id est, membra quibus sentimus. Sensibilia uero quae sensui obijciuntur, praesentanturque. Sensitiuum animal sensu praeditum. Sensus autem sunt quinq; et similiter sensoria quinq;. Damascenus lib. 2. cap. 18. de Orthodoxa fide.*

## ¶ Sensus quotuplices.

Sensus in quinque diuiditur, in uisum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. Philo de Opificio mundi.

Sensus Dei. Quis enim cognouit sensum Dei? Nostrum de diuinis rebus sensum, illius sensum appellat. Chrysostomus homilia septima in priorem ad Corinthios.

Seon siue Soen, in tribu Issachar, hodieque ostenditur uilla iuxta montem Tabor. Eusebius de locis Hebraicis.

Seon, rex Amorrhæorum, quem cum Israelitis facultatem transeundi non daret, Moses interfecit, & regionem eius occupatam tradidit tribubus Ruben & Gad. Numeri 21.33. Deuteronomij 2. Hieremie quædragesimo octauo.

Seon, germen quod non est, uel germen inutile, uel alloquium inutile, aut calor, siue tentatio laceffens. Philo in interpr. nomin. de Numeris.

Seon, femini eius. Id. ibid. de Iesu Naue.

Seon, tentatio calens, uel germen quod non est. Id. ibid. de lib. Iudicum.

Seon interpretatur corruppens. Id. lib. 2. Allegoriarum legis.

Seon duplicem habet interpretationem, siue arbor infructuosa, siue clatus. Origenes homil. 12. in Numeros.

Seor, pater Ephron, à quo Abraham emit agrum. Gen. 23.

Seor, parua, uel meridiana. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Seora, urbs iuxta Sodomam, quæ & Segor & Zoara: de qua supra diximus. Eusebius de locis Hebraicis.

Sepes. Et sepem circumdedit ei: uel murum urbis, uel Angelorum auxilia. Hieronymus in uigesimum secundum Matthæi.

Quid est sepes, nisi angeli in circuitu, custodientes populum Dei, ne in uineam Christi inuisibiles latrones irrupiant? Auctor operis imperfecti homil. 40. in Matthæum.

Aut ita, Sepes meritum est & custodia patrum istorum, qui tanquam murus factus est populo Israeli. Nam propter promissionem factam à Deo, sic possidebantur ab eo, etiam contra meritum suum, septi meritis patrum suorum. Id. ibid.

Sephama, terminus Iudæ ad solis ortum. Eusebius de locis Hebraicis.

Sephamothe, labium mortis. Philo in interpr. nom. de primo Regum.

Sephar, mons orientalis, fortasse Imaus. Genesi decimo.

Sephar, narratio, siue liber. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Sephar tubicinatio appellatur. Origenes hom. 27. in Numeros.

Sephar, urbs in tribu Iuda, quæ dein de Horma dicta est. Iud. 1.

Sephela, sicut scribit Esaias, pro quo Aquila canpestrem, Symmachus uallem interpretatur. Usque ho-

die omnis regio iuxta Eletheropolim canpestris & plana, quæ uergit ad aquilonem & occidentem, Sephela dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Sepher, uigesima mansio Israelitarum. Num. trigesimo tertio.

Sephet, Cananæorum locus. Eusebius de locis Hebraicis.

Sepheth, specula. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

Sephi, Philistæus Gygas. secundi Samuelis uigesimo primo.

Sephina, pro quo Aquila & Symmachus interpretantur Aquilonem. Eusebius de locis Hebraicis.

Sephion, egressum est os tristitiæ. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Sephon, filius Gad, nepos Iacob. Genesi 46. Numeri 26.

Sephor, pater Balach. Num. 22.

Sephora, uxor Moysi. Exod. 2. 18.

Sephora, obstetrix Aegyptia. Ibid. 1.

Sephora, uis eius, uel pulchritudo, siue placens.

Philo in interpr. nomin. de Exodo.

Sephora interpretatur passer. Origenes homil. 2. in Exodum.

Sephra, adhaesit, uel placens. Philo in interpr. nom. de Exodo.

Sephrona, oppidum in tribu Neptalim. Num. trigesimo quarto.

Sephua, filius Heliphaz, nepos Esau. Gen. trigesimo sexto.

Septuagies septies. Cui respondit Iesus: Non usque septies, sed usque septuagies septies, id est, quadringentis nonaginta uicibus: ut totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ille peccare non posset. Hieronymus in 18. Matthæum.

Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Quæ quidem oratione nullum omnino numerum posuit, sed indefinitè, continuè, ac semper significauit. Nam sicut millies infinitè designat, sic quando hic numerus dicitur, plerumque multa indefinitè atque indistinctè denotantur. Veluti cum dicitur: Quia sterili peperit septem, non ergo certo numero indulgentiam conclusit, sed continuò atque semper indulgentum esse denotauit. Chrysostomus homil. 62. in Matthæum.

Sepulchrum. Quid sepulchrum est? nihil aliud certè quàm lapis mortuorum corpora tegens. Id. ibid. hom. 82.

Sepulchra clausa. Sepulchrum patens est guttur eorum. Clausa sepulchra dicuntur, quos aliquantulum pudor cohibet palam delinquere, & proferre ad publicum crimina sua. Patens uero sepulchrum dicitur illi qui immunditias suas & impuritates in propatulo habent: quibus assiduitas & usus scelerum, quod est in malis ultimum, etiam commissorum uerecundiam sustulit: ut iam non aperiant os suum, & proferant uerbum Dei uiuum, sed aperiant guttur suum, & proferant uerbum mortuum, uerbum diaboli, non de corde, sed de sepulchro. Si quando uideris ergo

ergo hominem lasciuo ore impudica uerba iactantem, aut tumido & furibundo contumelias & maledicta profertentem, non dubitas de hoc dicere, quia sepulchrum patens est guttur eius. Origenes libro tertio ad Romanos.

Sepulchra concupiscentiæ. Sepulchra concupiscentiæ, tredecima mansio Israelitarum in deserto. Num. 11. 33.

Sepulchra mortuorum. Resuscitantur mortui, & resurgent hi qui in sepulchris sunt. Sepulchra mortuorum in hoc loco similiter & in multis alijs secundum certiore[m] Scripturæ sensum accipienda sunt, non solum ea quæ ad depositionem humanorum corporum uidentur esse constructa, uel in saxis excisa, aut in terra defossa: sed omnis locus in quocunque uel integrum humanum corpus, uel ex parte aliqua iacet, etiamsi accidat ut unum corpus per loca multa dispersum sit, absurdum non erit omnia ea loca in quibus pars aliqua corporis iacet, sepulchra corporis eius dici. Origenes lib. 28. in Esaiam, ut refert Pamphilus in apologia pro Origene.

Sequi Deum. Post Dominum Deum nostrum ambulate, & mandata eius seruate. Sequuntur Deum omnes, qui pie ac sanctè ipsum colunt. Eusebius libro decumotertio, capite septimo de præparatione Evangelica.

Sequi Saluatorem. Sequi Saluatorem, participare est salutem: & sequi lumen, participare est lumen: qui autem in lumine sunt, non ipsi lumen illuminant, sed illuminantur & illustrantur ab eo. Irenæus lib. 4. cap. 28. aduersus hæreses.

Ser, oppidum tribus Neptalim. Iosue 19.

Sereler, princeps in exercitu Chaldeorum. Hieremie 39.

Sergius Paulus proconsul Cypri uir prudens, quem Paulus ad fidem conuertit. Actuum 13.

Sergio, principi uallis, siue hortuli. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Sermo. Sermo est, spiritus cum uoce aliquid significante prolatus. Lactantius lib. 4. cap. 8. Diuinarum institutionum.

Fidelis autem Deus quod sermo noster, & c. Prædicationem hinc appellat sermonem. Chrysostomus homil. 3. in secundam ad Corinth.

¶ Quid inter sermonem & battalogiam interfit.

Cordatus, doctus, & prudens, & utilitatem sibi propositam habens sermo, propriè sermo dicitur: at quæ per inanem uoluptatè, cupiditatibus uanis quasi superfunditur oratio, non amplius dicitur, id est, sermo, sed *Barrologia* est, quasi dicas, linguæ uolubilitas, & uanus sermo. Gregorius Nyssenus libro de Oratione.

Sermo bonus. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Bonus sermo est ad ædificationem opportunitatis, dans gratiam audientibus, qui docet uirtutes sequendas, uitia fugienda. Malus, qui ad peccata prouocat & pronos magis incitat ad ruinã. Hieronymus in 4. ad Ephesios.

Sermo Dei. Filius Dei meritò sermo, et uerbum

Dei dicitur, quia Deus procedentem de ore suo uocalem spiritum, quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam maiestatis suæ uirtute ac potentia in effigier, quæ proprio sensu, ac sapientia uigeat, comprehendit, & alios item spiritus in angelos figurauit. Lactantius libro 4. capite 8. Diuinarum institutionum.

Sermo diuinus. Gladius dicitur sermo diuinus: quia sicut gladius carnes præcidit: sic & sermo diuinus concupiscentias carnales. Et quemadmodum si tollis herbas de agro, triticum conualescit in illo: sic & concupiscentia si præcidatur ab homine, iusticia conualescit: quia sicut herbe suffocant triticum, sic et concupiscentiæ carnales suffocant disciplinam. Autor operis imperfecti homil. 8. in Matth.

Sermo fidelis. Fidelis sermo, et omni acceptatione dignus. Fidelis sermo, id est, uerus, & à mendacio alienus. Theodoret. priore ad Tim. 2.

Sermo ociosus. Amè dico uobis, de omni ocioso uerbo reddetis rationem in die iudicij. Non solum, inquit, de eo quod malè loquuti fueritis, sed quod ociose loquuti fueritis, quia malus sermo non est ociosus, operatur enim opus malum. Ociosus autem sermo est, qui neque boni, neque mali aliquid agit. Origenes homil. 1. in Psal. 38.

Sermo putridus seu spurcus. Omnis sermo malus ex ore uestro nõ procedat. Sermo putridus seu spurcus, turpis sermo, maledictum, calumnia, blasphemia, mendacium, & quæ sunt his similia. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Sermo sapientiæ. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Sermonem sapientiæ uocat, non eloquentiam, sed ueram doctrinam, cuius ipse etiam Apostolus gratiam acceperat, & diuinus Ioannes Euangelista, & diuinitissimus Petrus Apostolorum summus, & Martyrum primus B. Ssrphanus. Id. in 12. prioris ad Corinthios.

Sermo scientiæ. Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Sermo scientiæ est, quem il literati fideles habent: quippe qui norunt sanè, sed alios docere nequeunt. Oecumenius ibid.

Sermo ueritatis. In uerbo ueritatis. Sermonem ueritatis, prædicationem pietatis uocat. Theodoretus in 6. secunde ad Corinth.

¶ Quid inter sermonem & uocem interfit.

Aliud est sermo, aliud uox. Sermo dicitur loquela rationi subnixæ. Vox uerò est (uerbi causa) si Latine, si Græcè dicatur, si eleuatius, si pressius. Vox est, quæ alterius sensum in alteram linguam uertit. Sermo uerò est, qui sensum proprium refert. Origenes homil. 13. in Exodum.

Seraphar, princeps tribulationis, siue elatio. Philo in interpret. nomin. de Esai.

Seron, præses Syriæ, profligatus à Iuda Macca. b. eo. 1. Mac. 3.

Seror, proauus regis Saul. 1. Sam. 9.

Serpens. Serpentem diuina Scriptura uocat diabolum, non quod omnino talis sit forma, sed propter apparentem hominibus obliquitatem, & eam quæ in

primis facta est per serpentem fraudis structuram. Epiphanius libro 1. tomo 3. contra hereses.

Seruato. Ipse seruabit caput tuum, tu seruabis eius calcaneum. Vox seruare duo significat: unum, quasi custodire et reponere: alterum, ac si dicas, obseruare ut per dolum interimis. Philo libro secundo Allegoriarum legis.

Serug uel Sarug, filius Reu. Gen. 11.

Serug, corrigia, siue perfectus. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Seruch, lorum siue corrigia, uel dependens siue perfectio. Hieronymus ibid. de Luca.

Seruch interpretari potes irritationem. Epiphanius lib. 1. tom. 1. contra hereses.

Seruare. Huiusmodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo uentri. Seruare, iuxta Scripturarum consuetudinem dixit pro colere. Ventrem colunt, cum quem habent pro Deo. Cyprianus libro de duplici Martyrio.

Seruare Deo. Seruare Deo nihil aliud est, quam bonis operibus tueri, et conseruare iusticiam. Laurentianus libro tertio, capite nono diuinarum Institutionum.

Seruare Domino. Domino seruientes. Ille Domino seruit, qui potest dicere: Nobis unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum: nec ultra ei aut libido, aut auaritia, aut inanis gloria, dominatur. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Seruare in spiritu. Cui serui in spiritu meo, etc. Seruare in spiritu simile mihi uidetur esse, imo et amplius aliquid quam adorare in spiritu, sicut et ipse Dominus dicebat ad Samaritanam mulierem: Venit hora, et nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate. Sed et Paulus non solum adorat in spiritu, uerum et deseruit in spiritu. Nam adorare quis potest et sine affectu: deseruit uero eius est, quem constringit affectus. Deseruit ergo Apostolus Domino, non in corpore, neque in animo, sed in meliore sui parte, in spiritu. Idem ibidem lib. 1.

Seruare temporis. Temporibus seruientes. Seruare temporibus quid sit, alibi soluit, cum dicit: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, ut sciatis quemadmodum unicuique respondeatis. Ambrosius in duodecimum ad Romanos.

Seruitus ad oculum. Non ad oculum seruientes, etc. Ad oculum seruitutem appellat, quae non ex sincero corde adhibetur, sed in speciem tantum, cum sit ficta et simulata. Theodoretus in sextum ad Ephesios.

Seruus. Qui enim in Domino uocatus est seruus, libertus est Domini. Hic omnino seruus est, qui imprudenter agit, sicut et ueteribus placuit, qui omnes sapientes liberos appellarunt, imprudentes autem seruos. Vnde et Salomon: Seruo, inquit, sapientia liberi seruiunt. Ambrosius in septimum prioris ad Corinthios.

Nam cum liber sim ex omnibus, omnium me seruum feci. Seruum sic se omnium factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium mente imbecillum

exhibuit, ut eos per patientiam firmaret ad salutem futuram, conseruens animos illorum qui aut peccabant, aut res diuinas tardius sequebantur, ut non sperere ferrent reprehendi se. Id. ibid. in 9.

#### ¶ Quid inter seruum & ingenuum interest.

Apud Deum hic seruus habetur, qui peccauerit. Hic ingenuus est, qui recta sequitur: seruus autem, qui per stulticiae imprudenciam subijcit se peccato. Vnde et Cham propter stulticiam, quia risit nuditatem patris stulte, seruus est appellatus. Idem in quartum ad Colossenses.

Seruus Christi. Seruum autem Domini non oportet litigare. Seruus est Christi, qui non clamauit, neque contendit, neque audiuit quisquam uocem eius, secundum quod Doreg propheta praedixit. Hieronymus in secundam ad Timotheum 2. cap.

Seruus fidelis & prudens. Quis fidelis seruus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, et cetera. Fidelem appellat, quoniam nihil ex rebus Domini sibi attribuit, nec incassum quicquam expendit. Prudentem autem, quia dispensare nouerit. Praeterea prudentem eum appellauit, quia nouit magna pro paruis perdenda non esse: quia moderate uitam hic peragens, caelos consecutus est. Chrysostomus homilia septuagesimo octaua in Mattheum.

Seruus malus & piger. Serue male et piger, et cetera. Seruus malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger, quia noluit talentum duplicare: ut in altero superbia, in altero negligentiae condemnatur. Hieronymus in uigesimum quintum Matthei.

Seruus nequam & piger, etc. Nequam dicitur, quia contumeliam reddidit Domino pro honore: piger, quia talentum non duplicauit. Autor operis imperfecti homilia 41 in Mattheum.

Seruus prudens. Quis fidelis seruus et prudens, etc. Prudentem dico, non scientem et doctum, sed sensatum, et mente acutum, qui potest rerum ponderare naturas, et secundum quod potest rationabiliter omnia agere. Idem ibidem homilia quinquagesima prima.

Serui. Seruos eos qui sunt sub peccato, et qui peccatis sunt uenundati, qui uoluptati et libidini sunt dediti, et tenentur amore corporis, nouit Scriptura, et bestias potius quam homines eos qui sunt assimilati iumentis, equos in feminas insanientes, ad proximorum uxores hinnientes. Est asinus insolens is qui est intemperans, efferatus lupus, auarus et serpens; is qui est impostor et fraudulentus. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Nos autem seruos uestros propter Iesum. Seruos pro ministris posuit. Ambrosius in tertium prioris ad Corinthios.

Serui hominum. Nolite fieri serui hominum. Serui hominum hi sunt, qui humanis se subijciunt superstitionibus. Id. ibid. in 7. cap.

Serui patriae familiae. Misit seruos suos ad colendos nos.

nos, & cetera. Seruos suos dicit Prophetas, quos per singulas generationes misit ad populum Iudeorum. Autor operis imperfecti homilia quadragesima in Matthaeum.

Accedentes autem serui patrisfamilias, &c. Seruos patrisfamilias, ne alios accipias quam angelos, qui quotidie uident faciem Patris. Hieronymus in decimūtertium Matthaei.

Sesac, rex Aegypti, dirupit Hierusalem, & spoliavit templum, tempore Roboam regis. 1. Regum decimo quarto.

Sesac, sic uocatur urbs Babylon. Hieremiae uigesimo quinto, & quinquagesimo primo.

Sesac, byssus cilicij. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

Sesac, byssus saxeus, siue manus sacci. Idem ibidem de Hieremia.

Sesai, filius Enac, filij Arba, pulsus à Caleb. Iosue decimo quinto.

Selan, filius Iesi. 1. Par. 2.

Seseima, oppidum in tribu Isaschar, prope regionem Dalmanutha. Ios. 19.

Selion, absconditus, uel egredere os, uel mœoris, aut specula eorum. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Seth, filius Adæ. Genesis 4. & 5. Luca 3.

Seth, positio uel positus, aut poculum siue gramē, aut semen, seu resurrectio. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Seth, positio, siue posuit. Id. ibid. de Numeris.

Seth, positus aut ponens uel posuit, aut poculum siue germen, uel resurrectio. Hieronymus ibidem de Luca.

Seth significat permutationem. Epiphanius libro 1. tom. 3. contra hereses.

Ligna Sethim, quorum in Exodo saepe fit mentio, Hieronymus in Iosue scribit, esse genus arboris, spine alba colore & folijs simile, hoc est, maculas albas folijs aspersas esse. Alioqui tam grandes arbores esse, ut latissima ex illis tabulata cœdantur. Addit præterea lignum fortissimum & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis esse.

Sethim, spinarum. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Sethim, spine. Idem ibidem de Numeris & Deuteronomio.

Sethui, fatuus. Id. ibid. de primo Regum.

Sethur, absconditus, siue diuertens. Idem ibidem de Numeris.

Setti, exactor meus, uel absconso mea. Idem ibidem de Exodo.

Seueritas, Seueritas est, quasi seua ueritas. Augustinus serm. 37. de uerbis Domini.

Sextarius. Sextarius Alexandrinus, duarum librarum pondus in oleo habet. Epiphanius de ponderibus & mensuris.

Siba, seruus Niphiboseth, filij Ionathæ, filij Saul. 2. Sam. 9. 16. 19.

Siba, seditiosus. ibid. 20.

Siba, egressus uenit. Philo in interpret. nomin. de secundo Regum.

Sicariorum, ebriosorum. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Sicelech, quam Achis rex alienigenarum dedit ad inhabitandum Dauid. Est autem in Daroma sortis Iudæ aut Symeonis. Eusebius de locis Hebraicis.

Sicera, ebrietas. Philo in interpret. nominum de Esaia.

Sicera, ebrietas. Omne enim quod inebriari potest, apud Hebræos Sicera dicitur. Hieronymus ibid. de Luca.

Vinum & siceram non bibet. Sicera dactyli succus est: quam non aliud quam carnis dulcedinem intelligit. Proinde hoc genus poculi spirituales effugiant. Arnobius in Annotatiunculis in Lucam capite primo.

Vinum & omnis potus quo inebriare potest, Scripturæ diuinæ appellatione uernacula, siceram moris est nominare. Origenes homilia 7. in Leuiticum.

Sichar, ante Neapolim iuxta agrum quem dedit Iacob Ioseph filio suo, in quo Dominus noster atque Saluator secundum Euangelium Ioannis, Samaritana mulieri ad puteum loquitur, ubi nunc ecclesia fabricata est. Eusebius de locis Hebraicis.

Sichar, conclusio siue ramus. Corruptè autem pro Sicheu quæ transfertur in humeros, ut Sichus legetur usus obtinuit. Hieronymus in interpret. nominum de Ioanne.

Sichem, filius Emor principis Sichimitarum, qui stuprauit Dinam filiam Iacob. Genesis trigesimo quarto.

Sichem & Salem, quæ Latine & Græcè Sicima uocata est, ciuitas Iacob, nunc deserta est. Ostenditur autem locus in suburbanis Neapoleos iuxta sepulchrum Ioseph, quam subuertit Abimelech, & sepulchrauit in ea Salem, sicut in libro Iudicum scriptum est. Postea uerò instaurata est à Hieroboam, ut Regnorum narrat historia: & sita est in finibus tribus Ephraim. Sed & filius Emmor appellabatur Sichem, à quo & locus nomen acceperat. Fuit autem & altera Sichem in monte Ephraim ciuitas fugitiuorum. Eusebius de locis Hebraicis.

Sichem, in tribu Manasse, ciuitas sacerdotalis & fugitiuorum in monte Ephraim, ubi sepelierunt ossa Ioseph, de qua & supra diximus. Id. ibid.

Sichem, ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta, iuxta sepulchrum Ioseph, quæ à filio Emmor sui regis uocabulum sumpsit, iuxta quam Dominus Samaritana mulieri loquitur ad fontem, ubi nunc ecclesia fabricata est ex latere montis Garizim. Hieronymus de locis Actis apostolorum.

Sichem, hameri, uel labor. Philo in interpret. nominum de Genesi & Numeris. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

Sichem interpretatur humerus. Philo libro: Quod deterior potiori insidiari solent.

Sicher, ebrietas. Idem in interpret. nominum de Numeris.

Sichima, humerus. Idem ibid. de tertio Regum.

Sichi.



**Sichimorum**, humeri: ipsa est quæ & Sichern. Id. ibid. de Genesi.

**Sicileg**, defecatio uocis adductæ, siue effundit sextarium. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Sicima** interpretatur succollatio. Id. lib. 2. allegoriarum legis.

**Siclus** Hebræorum numisma quatuor drachmas Atticas habet. Iosephus lib. 3. cap. 12. antiquitatum Iudaicarum.

**Sicut**. Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Quando, sicut, de rebus diuersis ac natura differentibus dicitur, tunc non æqualitate, sed similitudine significat. Quando autem de ijs dicitur, quæ eiusdem naturæ sunt, tunc ultimam similitudine, imò identitatem & æqualitatem ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut solem splendere argentum quispiam dixerit: quoniam diuersa hæc natura sunt, non æqualiter soli splendere argentum intelligemus: sed similitudine quandam splendoris propter dictionem illam, sicut, ostendi concedemus. Sim uero de Petro & Paulo natura hominibus ac discipulis Christi, aliquis dixerit honorari oportere Paulum, sicuti & Petrum, nemo ambiget quin æqualem uelit utriusque honorem tribui. Quare cum honorandum esse filium, sicuti & Patrem audimus, æqualem utriusque honorem, eundemque offerre iubemur. Cyrillus lib. 2. capite 141. in Ioannem.

**Side**, urbs Pamphylie, cuius mentio fit 1. Mac. 15.

**Sidon**, urbs Phœnicis insignis, olim Cananæorum terminus ad Aquilonem respiciens, & postea regionis Iudææ. Cecidit autem in sortem tribus Aser, sed non eam possedit: quia hostes nequaquam ualuit expellere. Eusebius de locis Hebraicis.

**Sidon**, urbs Phœnicis insignis, olim terminus Cananæorum ad Aquilonem iuxta Libanum montis ortum sita, & ipsa artifex uetri. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Sidon**, uenatio tristitia, siue inutilitatis. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.

**Sidon**, uenatio. Hieronymus ibid. de Mattheo, & in 7. Marci.

**Sidon** significat uenatricem, uel uenatores. Origenes homil. 14. in Iesum Naue, & 13. in Ezechielem.

**Sidon** ciuitatem sui nominis edificauit in Phœnicæ. Sidon autem à Græcis appellata est. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiquitatum Iudaicarum.

**Sidona**, uenatio mæroris. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Sidonia**, uenatio inutilis. Idem ibidem de tertio Regum.

**Sidonij**, uenatores. Hieronymus ibidem de Actis apostolorum.

**Sidrach**, cognomen Ananiæ socij Danielis. Danielis 2. 3.

**Sidrac**, decorus meus. Philo in interpret. nomin. de Daniele.

**Sienaim**, quercus pertinens ad terminum Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

**Siene**, urbs in finibus Aegypti & Aethiopiæ. Ezechielis 29. 30.

**Sigab**, supertollere. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

**Signare**. Qui accepit eius testimonium, is obfirmavit, quia Deus uerax est. Signauit, hoc est, ostendit. Chrysostomus homil. 29. in Ioannem.

Hunc enim Pater signauit Deus. Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare, imponere aliquid quod non confundatur cum cæteris. Signare, est signum rei imponere. Cuicumque rei signum ponis, ideo ponis signum, ne confusa cum alijs, à te non possit agnosci. Augustinus tractatu 25. in Ioannem.

**Signari**. Hunc enim Pater signauit Deus. Signari, aut pro ungi posuit (signabatur enim qui ungebatur) aut naturaliter ad formam Patris (ut ita dicam) se esse formatum, signationis nomine denotauit: ut dicere uideretur: Non est mihi difficile permanentem cibum uobis largiri, quò ad æternæ uitæ inauditas delicias deducemini. Nam etsi homo sum, ut unus uestrum, unctus tamen à Deo Patre, signatusque sum ad incommutabilem eius identitatem. Nam & ego in Patre et Pater in me naturaliter cernimur. Cyrillus lib. 3. cap. 29. in Ioannem.

¶ **Signari uisum & prophetiam.**

Ut signetur uisio & prophetes, & ungetur sanctus sanctorum. Quid est quod dicit, signari uisum & prophetiam? Quoniam omnes Prophetae nunciabant de illo, quod esset uenturus & pati haberet. Igitur quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari uisionem & prophetiam dicebat, quoniam ipse signaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia quæ retro de eo Prophetae nunciauerant. Post enim aduentum Christi & passionem ipsius, iam non uisio, neque Prophetes est, qui Christum nunciet uenturum. Tertullianus aduersus Iudæos.

**Signum**. Non potest esse in signum alicuius rei futuræ, quod semper fuit in usu: sed quod nouum sit, illud dicitur signum. Autor operis imperfecti homil. 48. in Matth.

Linguae signi uice sunt, &c. Ut intelligas signum hic non in meliorem omnino partem usurpatum, ex eo conijce quod subiunxit, nempe signi effectum. Quid igitur est? Dicent, inquit, uos insanire? hoc uero non est è natura signi, sed amentia improborum. Chrysostomus homil. 36. in priorem ad Corinth.

¶ **Quid inter signum & signaculum**

magis in interlit.

Signum accepit circumcisionis signaculum iusticie fidei. Signum dicitur, cum per hoc quod uidetur aliud aliquid indicatur: sicut cum uerbi gratia dicit Dominus in Euangelio: Generatio hæc signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona propheta. Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Hoc est ergo signum ubi Iona uidebatur, & Christus intelligebatur. Similiter et de ipso Domino in Euangelio dicitur: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Contradicebatur enim signo in quo Christus uenerat, quia aliud in eo uidebatur, & aliud intelligebatur. Caro cernebatur, &

Deus

Deus credebatur. Signaculum dicitur, cum alicui rei seruandæ pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui impressit debeat resignare. Origenes lib. 4. ad Romanos.

Signum est, ubi indicatur aliquid per hoc quod uidetur: Signaculum uero ubi concluditur pro tempore aliquid & non patet. Id. ibid.

Signum Christi. Et tunc parebit signum filij hominis in caelo. Signum hic, aut crucis intelligamus: ut uideant (iuxta Zachariam & Ioannem) Iudæi quem compunxerunt: aut uexillum uictorie triumphantis. Hieronymus in 24. Matth.

Quidam putant crucem Christi ostendendam esse in caelo: uerius autem est, ipsum Christum in corpore suo habentem testimonia passionis, id est, uulnera lanceæ & clauorum, ut impleatur illud quod dictum est: Et uidebunt in quem punxerunt. Denique in quo loco presens Euangelista ponit, dicens: Apparebit signum filij hominis alij Euangelistæ hoc solum dixerunt: Et uidebunt filium hominis uenientem: uidelicet ostendentes signum Christi, esse ipsum corpus Christi, qui in signo corporis sui cognoscendus est, à quibus crucifixus est. Autor operis imperfecti homil. 39. in Matthæum.

Signum filij hominis. Tunc parebit signum filij hominis in caelo. Cum uiderimus signum filij hominis, preciosam, scilicet ac utrificam crucem in caelo lucentem, omnesque fines orbis terræ, ultra solis claritatem illustrantem. Ephraim lib. de Vera poenitentia cap. 4.

Signum Ionæ. Et signum non dabitur ei nisi signum Ionæ. Prophetæ. Quod est signum Ionæ? Scandalum crucis. Ut non discessores rationis saluentur, sed creditores doctrinæ. Autor operis imperfecti homil. 30. in Matth.

#### ¶ Quid inter signa & prodigia interfit.

In obedientiam gentium uerbo & factis per potestatem signorum & prodigiorum in uirtute Spiritus Dei. Quæ sit differentia inter signa & prodigia, in alijs iam diximus, & in presenti compendiosius explicabimus loco. Signa appellantur, in quibus cum sit aliquid mirabile, indicatur quoque aliquid futurum. Prodigia uero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. Signa uero & prodigia quasi quæ utrumque contineant dicit. Scriptura tamen diuina interdum tenet istas proprietates, interdum autem abusuue prodigia pro signis, & signa pro prodigijs ponit. Origenes lib. 10. ad Romanos.

Signa de caelo. Et rogauerunt eum, ut signum de caelo eis ostenderet. Quæ porro signa de caelo petebant? Certe ut solem sisteret, aut lunam, aut fulmina proijceret, aut aera commutaret, aut huiusmodi aliquid faceret. Chrysostomus homil. 54. in Matth.

Signaculum. Nam signaculum Apostolatus mei uos estis in Domino. Signaculum appellat probationem & confirmationem. Ita etiam dixit diuinus Ioannes: Qui accepto suo testimonio signauit, quod Deus uerax est, hoc est, confirmauit. Theodoretus in 9. prioris ad Corinth.

Signaculum Dei. In quo & credentes signati estis Spiritu sancto promissionis. Dicitur ad principem Tyri: Tu es signaculum similitudinis Dei. Signaculum Dei est, ut quomodo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem Dei: sic in secunda regeneratione quicumque sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

Sigillum. Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quo ad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus ius. Quodnam aliud esse poterit sigillum frontibus ipsorum impressum, quam nomen Agni, & nomen Patris eius? cum utrisque in locis, frontes, alibi quidem sigillum, alibi uero literas, nomen Agni, & nomen Patris eius continentes, habere dicantur? Origenes in præfatione Commentariorum in Ioannem.

Sigilla. Ex quo, Ecce, inquit, uicit leo de tribu Iuda, & ipse aperuit sigilla libro appositæ: ut apud Ioannem legimus in Apocalypsi. Cæterum quæ tandem sigilla, nisi Propheciarum obscuritates: quas cum plane bene notus haberet etiam Esaias, dixit: Et erunt uerba hæc tanquam uerba libri signati. Eusebius lib. 8. demonstratione 2. De demonstratione Euangelica.

Sihor, locus contra faciem Aegypti: sed & hodie ostenditur uilla nomine Sihor inter Æliam & Eleutheropolim in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Silas, comes fuit & collega Pauli, docuit Euangelium Philippis, Thessalonica, Corinthi. Act. 16. 17. 18. 1. Thess. 1. 2. Corinth. 1.

Silam, missus. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Silentium. Et cum hæc dixisset, abiit & uocauit Mariam sororem suam silentio, &c. Aduertendum est, quemadmodum suppressam uocem silentium nuncupauit Nam quomodo siluit, quæ dixit: Magister adest, & uocat te? Augustinus tractatu quadragesimo nono in Ioannem.

Silo nomen est loci, in quo sacrificia Domino offeriebantur. priusquam templum edificaretur in Hierusalem. Origenes homil. in libros Regnorum.

Silo interpretatur auulsio uel exalceatio, hoc est, calceamenti resolutio. Id. ibid.

Siloa, missus. Philo in interpretationib. nomin. de Esaiâ.

Vade ad piscinam Siloe, & laua oculos tuos. Siloam fontem luminis interpretantur. Arnobius in Annotatunculis in Ioannem cap. 3.

Siloam ex interpretatione missus dicitur. Eusebius libro septimo capite 2. De demonstratione Euangelica.

Siloe, fons scaturiens in urbe Hierosolyma, ad radices montis Sion, unde emanans riuus piscinam efficit. Hanc portæ uerbis uicinam muro cinxit Sellum. Neh. 3. Esa. 8.

Siloe, missus. Hieronymus in interpr. nomin. de Ioanne.

Turris Siloam, in ea parte urbis Hierosolymæ sita fuit, qua influens riuus Siloam, efficit piscinam. Huius turris mentio fit Luc. 13. Neh. 3.

Siluanus, sic nominatur Silas in Epigrapha prioris ad Thessal. & 2. Corinth. 1.

Paulus & Siluanus, &c. Existimo Siluanum uocari Silam. Theodoretus in 1. prioris ad Thessalonicenses.

Per me & Siluanum. Siluanum puto Silam uocari. Ipse enim fuit cum eo Philippis uinculorum particeps. Ipso etiam relicto Berræ Macedonia, Athenas uenit. Is cum unâ cum Timotheo uenisset Corinthum, ei in prædicatione opem tulit. Porro. autem inuenimus etiam aliorum nominum mutationes. Etenim Priscillam appellauit Priscam in epistola ad Romanos. Id. in 1. prioris ad Corinth.

Siluanus, missus. Hieronymus in interpr. nomin. de prima & secunda Petri, de prima & secunda ad Corinth. & ad Thessalonicenses.

Simeon, filius Iacob. Gen. 29.

Viri fratres, audite me: Simeon narrauit. Quidam hunc esse dicunt illum à Luca dictum: alij autem alium eiusdem nominis. Chrysostomus homil. 33. in Acta apostolorum.

Simeon, senex, Christum in ulnis gestat Lucæ secundo.

Simeon, ex auditio, uel nomen habitaculi. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Simeon, audiens uel audiuit tristitiam. Hieronymus ibid. de Luca.

#### ¶ Quid inter similitudinem & parabolam interfit.

An Scripturæ uocem sequuti, dicemus esse similitudines, differre autem similitudinem à parabola? Scriptum est enim in Marco: Cui assimilabimus regnum Dei, aut cui illud conferemus? Ex hoc siquidem demonstratum est, discrimen esse inter similitudinem & parabolam, id est, collationem. Videtur igitur similitudo esse generalis: parabola uero specialis fortassis & similitudo cum uox sit maxime generalis ad parabolam, ut complectitur in se speciem parabolam, sic & similitudinem speciem cognominem uoci generalis. Quod quidem & in alijs accidit, quemadmodum obseruationem est ab ijs, qui callent multorum nominum usurpationem. Qui dicunt etiam maxime generalem esse & uelut, id est, motum, multas complectentem species, uelut & uelut, id est, occasionem, quæ aliunde obblata mouet, & & uelut, id est, impetum animi ultronatum, dicentes & uelut, id est, impetum, in specie communi cum generali nomine usurpari, ad distinctionem uelut & uelut, id est, occasionis. Origenes in capite 13. Matth.

#### ¶ Quid inter similitudinem & phantasma interfit.

Similitudo dicitur, cum est quod uidetur. Est enim, dum alterius par est. Phantasma autem quia hoc tantum est, non est similitudo. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

Simon, nomen proprium S. Petri apostoli. Matt. 4. Luc. 4. 5. 6. 22. 24. Ioan. 1. 2. 3. 1.

Simon Cananitis, apostolus, natus in Cana Galilee (ut Hieronymus ratiocinatur ex Matth. 10. Mar. 3. ubi

Simon Cananitis uocatur) filius Mariæ & Cleopæ fratris Ioseph, frater Iacobi Minoris, & Iudæ Thaddæi apostolorum. Matth. 13. Mar. 6. Docuit Euangelium in Aegypto & Persia. Inde reuersus S. Iacobo in episcopatu ecclesiæ Hierosolymitanæ successit, & anno etatis sue 120. cruci affixus est, sub Traiano Imperatore. Eusebius libro tertio cap. 11. 12. historie Ecclesiastica.

Simon, Phariseus, apud quem prandens Christus, mulierem peccatricem absoluit. Luc. 7.

Simon, leprosus, apud quem coenat Christus Bethaniæ, biduo ante passionem. Matthæi uigesimo sexto Mar. 14.

Simon, Cyrenæus, gestat partem crucis Christi exeuntis ad supplicium. Matthæi uigesimo septimo Lucæ 23.

Simon, Coriarius, ciuis Ioppenfis, hospes S. Petri Act. 10.

Simon Niger, doctor ecclesiæ Antiochenæ. Ibidem 12.

Simon, filius Matthathias, frater Iudæ Maccabæi & Ionathæ, cui in sacerdotio & principatu successit, & præfuit annos octo. tandem à genero interfecit est. 1. Macc. 2. 13. 14. 15. 16.

Simon, Onie filius, pater Onie, Iasonis, & Menelai, quorum duorum opera Antiochus primum in Iudeam attractus est. Celebratur à Iesu Syrach 30. capite.

Simon Magus, natione Samarita fuit, natus in oppido Samariæ Gyttho, dementabat gentem Samaritarum præstigijs magiæ.

Simon, de tribu Benjamin, prodit thesauros templi Hierosolymitani Seleuco Philopatori. 2. Macc. 3. 4.

Simon, pone mœrorem, uel audi tristitiam. Hieronymus in interpretationibus nominum de Luca.

Simon, audiens. Id. ibid. de secunda Petri.

Simon, obediens, in Latino sonat. Idem in primum Marci.

Simon ponens tristitiam interpretatur. Id. ibid. in 3. cap.

Simon interpretatur obedientia. Origenes in 27. Matth.

Simon zelotes, disciplina uitæ. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Simonis, obediens siue ponentis tristitiam, aut audientis mœrorem. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Simplex. Benedicta omnis anima simplex: & qui simpliciter ambulat, in fiducia ambulat. Nota in eo loco simplex pro stulto, & pro eo qui nihil nouit, intelligendum est: sed pro non malo, non uersuto. Nam si ita intelligeretur, superuacaneum fuisset dicere: Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Chrysostomus homilia decimasexta in Ioannem.

Simplicitas. Ut in omnibus locupletati abundantis in omnem simplicitatem. Simplicitatem munificentian uocauit. Theodoretus in nonum secunda ad Corinthios.

Simplicites

**Simpliciter tribuere.** Qui largitur in simplicitate. Hic tribuit simpliciter, qui non in simulatione hoc agit, ut laus ei ab hominibus detur, sed ut à Deo per hoc ipsum meritum consequatur. Ambrosius in 12. ad Romanos.

**Sin,** desertum inter mare rubrum & solitudinem Sina. Nam de deserto Sin filij Israel uenerunt in Raphidim, & à Raphidim in desertum Sina, iuxta montem Sina, ubi Moyses tabulas legis accepit. Desertum autem Sin idem dicit esse Scriptura quod Cades: sed hoc iuxta Hebræos. Caterum in Septuaginta interpretibus non habetur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Sin,** amphora, uel tentatio, siue rubus. Philo in interpr. nomin. de Exodo.

**Sin,** sitiens. Id. ibid. de Numeris.

**Sin,** egrediens. Id. ibid. de Iesu Naue.

**Sin,** dentes. Id. ibid. de Psalterio.

**Sin,** loquens. Id. ibid. de Iob.

**Sin** dentes dicere possumus. Eusebius lib. 10. cap. 2. De præparatione Euangelij.

**Sin** tentatio interpretatur. Origenes homil. 11. in Exodum.

**Sin** interpretatur tentationes. Id. homil. 19. in Iesum Naue.

**Sina,** mons in regione Madian super Arabiam in deserto, qui alio nomine Choreb appellatur. Unde dicitur: Et fecerunt uitulum in Choreb: cum hoc Moyses in Sina factum scripserit. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Sina,** tentatio, siue rubus, si tamen per samech litteram scribatur. Philo in interpr. nomin. de Deuteronomio.

**Sina,** mons est in Syria Palestina, ubi est terra Iudæa. Cyprianus tractatu de montibus Sina & Sion.

**Sina** mons interpretatur tentatio æterna & odium: æque & Sion interpretatur tentatio exacerbationis & speculatio. Id. ibid.

**Sina** montis nomen tentationem sonat. Hieronymus in 4. ad Galatas.

**Sinai,** rubus, amphora mea, siue mensura mea, uel mandatum. Philo in interpretationibus nomin. de Exodo.

**Sinai,** sentis, aut secundus interpretatur, aut mandatum mensuraque eius, uel certe tentatio. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum.

**Sinistra.** Per arma iusticie à dextris & sinistris. Sinistra uocat, quæ uidentur inuicunda. Nam talia sunt propter quæ merces datur. Cuius igitur gratia illa sic uocat? uel quod plerique hanc opinionem habent, uel quoniam Deus iussit precari, ne ingrediamur in tentationem. Chrysostomus homil. 12. in secundam ad Corinth.

**Sinus Patriarcharum.** Sinus beatorum Patriarcharum, reliquorumque sanctorum omnium sunt, ut reor equidem, sacratissime illæ ac beatissime sedes, quæ omnes diuinam effigiem præ se ferentes, in sua suscipiunt in senescibili & beatissima requie. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica hierarchia cap. 7.

**Sinus Abrahamæ.** Si æternus locus re promittitur, & ascensus in cælum edificatur à Creatore, promittente etiam semen Abrahamæ uelut stellas cæli futurum, utique ob cælestem promissionem, salua ea promissione, cur non capiat sinum Abrahamæ dici, temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago, ac candida quædam utriusque iudicij prospiciatur. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem.

**Et Lazarum in sinu eius.** Paradisus pauperis, sinus erat Abrahamæ. Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Dicat mihi aliquis, in inferno est paradisus? Ego hoc dico, quia sinus Abrahamæ paradisi ueritas est: sed & sanctissimum paradysum fateor. Chrysostomus homil. de diuite in Euangelium Lucæ.

Hac uita defunctus Lazarus, in sinum Abrahamæ fuit deductus, id est, cum Abrahamæ filij collocatus est: patrem enim multarum gentium Deus ipsum constituit. Cyrillus libro primo capite uigesimo secundo in Ioannem.

**Sinus Patris.** Unigenitus filius, qui est in sinu Patris. Quando in sinu Patris filius esse dicitur, nihil aliud quam ex ipso & in ipso filium esse intelligemus. Sinum pro substantia per similitudinem corporum, quæ rebus intelligibilibus manifestiora sunt, posuit. Idem ibidem.

**Quid est, in sinu Patris?** In secreto Patris. Non enim Deus habet sinum, sicut nos habemus in uestibus, aut cogitandus est sic sedere quomodo nos, aut forte cinctus est ut sinum haberet: sed quia sinus noster intus est, secretum Patris, sinum Patris uocamus. In secreto Patris qui Patrem nouit, ipse enarrauit. Augustinus tract. 3. in Ioannem.

**Sion,** mons urbis Hierusalem. Eusebius de locis Hebraicis.

**Sion,** specula siue speculator, uel scopulus. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

**Sion,** specula, uel mandatum, siue inuium. Id. ibid. de tertio Regum & Esaiæ.

**Sion,** specula. Hieronymus ibid. de epistolis ad Romanos & Hebræos.

**Sion** ex interpretatione speculatorum significat. Eusebius lib. 6. cap. 24. De demonstratione Euangelica.

**Sior,** in tribu Aser. Id. de locis Hebræ.

**Sior,** oppidum Iudææ. Ios. 15.

**Sior,** paruulum siue turbulentum. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

**Sior,** firmamentum nouum uel turbidum. Id. ibid. de Hieremia.

**Siquidem.** Siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Siquidem istud multis modis non ita ponit, ut qui dubitet, sed ut qui ualde credat, uidelicet pro quodammodo, ut quando dicit: Siquidem iustum est coram Deo, ut tribulatio uicissim reddatur illis, qui nos tribulationibus affligunt. Et iterum: Tanta frustra passistis: siquidem & frustra. Chrysostomus serm. 13. ad Romanos.

**Siquidem iustum est apud Deum.** Illud, siquidem, hoc loco pro sed, positum est, quod & nos in ijs po-

ni nus que uehementer sunt confessa & irrefragabilia. Idem homilia secunda in secundam ad Theſſalonienses.

Sir, lebes, uel aula, quam uulgo ollam uocant. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Sirotha, quo confugit iudex Abod. Eusebius de locis Hebraicis.

Sita, tentatio, siue farinaceus. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Sitai, gygas, ex posteris Enach, incola urbis Hebron. Num. 13.

Sisai, longæuis meus. Philo in interpr. nomin. de Numeris & Iesu Naue.

Sisaim, egrediens. Id. ibid. de Esau.

Sisara, dux labin regis Asor, uisus à Debora & Barac. Iud. 4.

Sisara, gaudij exclusio, siue tollens recedentem, uel equi uisio. Philo in interpretationibus nomin. de libro Iudicum.

Sisara interpretatur uisio equi. Origenes homil. 4. in librum Iudicum.

Sitenna nomen significat inimicitias. Iosephus libro 1. cap. 26. Antiquitatum Iudaicarum.

Sitire & esurire. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Porro uocis sitiendi, & uocis esuriendi quantum ad sensum humilem & corporalem at tinet, due sunt significationes, alteram cum uacui cibo egenus, illum quod appetimus humido destituit: alteram cum sepe pauperes, & qui sunt in egestate rerum necessariorum dicunt (etiamsi satiati fuerint) se esurire uel sitire. Prima quidem testimonium habes in Exodo, quando egenus cibus decima nona die, mense secundo, cum egressi fuissent Iudæ à terra Ægypti, murmurauit uniuersa congregatio filiorum Israel aduersus Moſen & Aaron, & dixerunt ad ipsos filij Israel: Utinam periſſemus percussu à Domino in terra Ægypti, quando sedebamus super lebetes carniuum, & quando comedebamus panes ad saturitatem. Cur eduxit nos ad hanc solitudinem, ut interficeret fame cunctam hanc congregationem? Dixit autem Dominus ad Moſen: Ecce ego pluo uobis panes à cælo, & egredietur populus, & colligent singulis diebus ut tentem an ambulaturi sint in lege mea necne. Esurientibus enim & egentibus necessario cibo, magnam murmurationem faciebant ipsorum sermones, quia aqua egentes & sitientes murmurabant aduersus Moſen, dicentes: Quid bibemus? Quando clamauit Moſes ad Dominum, & Dominus ostendit illi lignum, & proiecit illud in aquam, & dulcis facta est aqua. Et paulo post cum ueniſſent in Raphidim, scriptum est populum sitisse illic propter aquam, illicq; murmurasse populum aduersus Moſen. Porro secunda significationis exemplum apud Paulum reperias, dicentem: Vſque ad horam præsentem, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. Primo modo sitire, & esurire necessario contingit sanis corporibus: altero modo his, qui sunt pauperes. Origenes tomo decimotertio in Ioannem.

## S M

Smyrna, ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia, cuius

Lucas ita meminit: Et pelagus Cilicia, & Pamphylia nauigantes uenimus in Smyrnam Lyciæ. Pro quo aliqui codices habent: Venimus in Lystram que est in Cilicia. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Smyrnæ, cantico eorum. Id. in interpr. nomin. de Apocalypsi.

## S O

Soba, regio Syriæ, cuius regem uicit Dauid. 2. Sam. 8. 10.

Soba, mandatum in ea. Philo in interpr. nomin. de primo Regum.

Soba, secta, à secando, non à sectando. Id. ibid. de secundo Regum.

Sobab, filius Dauidis regis. 2. Sam. 5.

Sobab, conuertens. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

Sobach, conuertens te. Id. ibid.

Sobal, Horreus, affinis Esau. Gen. 36.

Sobal, uana uetustas, uel uctes ad portandum. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Sobi, filius Naas, Ammonita, præbet Dauidi in exilio uersanti, comæatum. 2. Sam. 17.

Sobna, quæstor & præfectus prætorio in aula regis Ezechie. Esa. 22.

Sobnas, sedens, uel reuertens. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Sobnam, sedens, uel reuertens. Id. ibid. de Esau.

Sobochai, miles in exercitu Dauidis, interfecit Sephi gygantem Philisteum. 2. Sam. 21.

Soca, ramus. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Socha, tabernaculum, uel umbraculum. Id. ibid. de Iesu Naue.

Socho, in tribu Iuda. Sunt autem usq; hodie uiculi duo pergentibus Æliam de Eletheropoli in nono milliario uite publicæ, unus in monte, alter in campo situs, qui Sochoth nuncupantur. Eusebius de locis Hebraicis.

Sochor, ramus, uel humilitas. Philo in interpr. nomin. de primo Regum.

Sochor, prima mansio filiorum Israel in deserto, postquam de Ægypto sunt profecti antequam mare rubrum transirent. Eusebius de locis Hebraicis.

Sochoth, tabernacula. Philo in interpr. nomin. de Exodo & Numeris.

Sochoth tabernacula intelligi apud Hebræos tradunt interpretes nominum. Origenes homil. 5. in Exodum, & homil. 27. in Numeros.

Socoth, oppidum trans Iordanem prope Mahanaim, in quo Iacob figit tabernaculum. Gen. 33.

Sochothanoth, tabernacula, uel umbracula filiarum. Philo in interpretationibus nominum de libris Regum.

Socothbenoth, idoliu Babylonioru. 2. Reg. 17.

Sodada, latus eius, à latere, non à latitudine, intelligendum. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

Sodi, arcanum meum, uel exclusit me. Id. ibid. de Numeris.

Sodoma, ciuitas impiorum diuino igne consumpta.

*pta, iuxta mare mortuum, Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sodoma, pecus silens, uel cæcitas, uel similitudo eorum. Philo in interpr. nomin. de Genesi.*

*Sodoma, pastio silens, uel declinatio eorum, aut sua. Hieronymus ibid. de Luca.*

*Sodoma, pecus tacens, siue silua, uel sterilis. Id. ibidem de epist. ad Romanos.*

*Sodoma, pecori tacenti. Id. ibid. de Apocalypsi.*

*Sodomis, siluis aut tacentibus. Id. ibid. de secunda Petri.*

*Sofar, tuba. Philo ibid. de Numeris.*

*Sofar, speculæ dissipatio, uel speculatorem dissipans, siue speculatorem uidebo. Id. ibid. de Iob.*

*Soene, ciuitas Thebaidis, sicut scribit Ezechiel. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Soene, gyrus eius, uel expecta. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.*

*Sol. Solem esse appellatum Cicero uult uideri, quod obscuratis syderibus solus appareat. Lactantius lib. 2. cap. 10. Institutionum diuinarum.*

*Ortus Sol, Lunam, stellæq; maiore lumine, ne terram illuminent, impedit. Unde et nomen accepit, quod solus obtusis unâ stellis cum Luna, per diem terras fulgeat. Iunilius in primum Genesis.*

*Solomon, Vide Salomon.*

*Solomon, pacificus, siue pacatus erit. Hieronymus in interpr. nomin. de Mattheo et Actis apostolorum.*

*Soluere opus Dei. Noli propter cibum soluere opus Dei. Soluit opus Dei, et ædificium destruit charitatis, qui propter ciborum intemperantiam scandalum fratribus ponit. Origenes lib. 10. ad Romanos.*

*Solyma. Solyorum ciuitatem postea Hierosolymam uocauerunt. Iosephus lib. 1. cap. 18. Antiquitatum Iudaicarum.*

*Somer, pater Iosaphat, parricide Ios regis. 2. Reg. 12.*

*Somer, custos. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.*

*Somer custos interpretatur lingua Hebræorum.*

*Origenes homil. 9. in Ezechielem.*

*Hebræi Somer dicunt custodem: sicq; tradunt Samaritanos primum appellatos fuisse, quod misi fuerint ab Assyriorum rege ad custodiam terræ Israel, post captiuitatem Israelis, qui diuersus erat à Iuda: qui etiam Israel propter peccata multa in captiuitatem deductus fuit Assyriorum. Id. tom. 26. in Ioannem.*

*Somnus. Petrus uerò et qui cum illo erant, grauari erant somno. Somnum hic uocauit, magnam resolutionem utrius, quæ ab illa uisione facta fuit. Nam ueluti oculi ex nimio fulgore obtenebrantur: sic tunc illis non in nocte, sed in media die accidit. et splendoris excellentia imbecillitatem oculorum grauabat. Chrysostomus homilia quinquagesima septima in Matthæum.*

*Somtonphanec, corrupte dicitur: nam in Hebræo legimus, Zaphanethphane, quod interpretatur, absconditorum repertor. Porro ab Aegyptijs didicimus, quod in lingua eorum resonet, saluator mundi. Philo in interpretationibus nominum de Genesi.*

*Sonaim, cocinea, uel subsistens eis. Id. ibidem de primo Regum.*

*Sonam, ubi fuit illa mulier Sunamitis: est autem hodie uicus in finibus Sebaste in regione Acrabitenâ uocabulo Sanim. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sonam, pecus eorum, uel dentes eorum. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.*

*Soni, coccus, uel pupilla mea. Id. ibid. de Numeris.*

*Sonim, coccinum. Id. ibid. de Iesu Naue.*

*Soontanis, urbs Aegypti. Id. ibid. de Numeris.*

*Sopater, natus Berthæe in Macedonia, comes Pauli ex Achaia per Macedoniam redentis in Asiam. Act. 20.*

*Sophan, oppidum tribus Gad, inter Iazer et Mahanaim. Ios. 13.*

*Sophar, amicus Iob. Iob 2.*

*Sophar, speculator eius, uel buccina. Philo in interpr. nomin. de Genesi.*

*Sophar, dissipare, uel diuidere. Id. ibidem de tertio Regum.*

*Sopher. 2. Reg. 26.*

*Sophera, mons orientis in India, iuxta quem habitauerunt filij Iectan, filij Heber, quos Iosephus refert à Cophene flumine, et Indiæ regionibus usque ad id locorum peruenisse, ubi appellatur regio Ieria: sed et classis Solomonis per triennium hinc quadam commercia deportabat. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sophera, quæ est et Sophir, unde ueniebant naues Salomonis: de qua supra diximus. Est autem mōs orientis pertinens ad Indiæ regionem. Id. ibid.*

*Sophim, mons Ephraim in loco Armathem. Id. ibidem.*

*Sophim, specula, uel scopulus. Philo in interpr. nomin. de primo Regum.*

*Sophonias, Propheta, prædicit populum Iudæum in captiuitatem Babylonicam abductum iri; sed tamen reliquias populi mansuras esse, ut ex eis Christus nasceretur.*

*Sophonias, Sacerdos, legatus Sedechie regis ad Hieremiam. Hierem. 21. 29. 37.*

*Sophonias, abscondens eum. Philo in interpr. nomin. de Sophonia.*

*Sor Tyrus, metropolis Phænices in tribu Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sor, meridianus. Philo in interpr. nom. de Exodo.*

*Sor, fortis, uel petra, siue tyrus. Idem ibidem de Hieremia.*

*Sorech, nomen torrentis, de quo loco fuit Dalila illa Sampsonis: sed et usq; hodie ad septentrionalem plagam Eleutheropoleos uicus ostenditur nomine Capharorech iuxta uillam Saraa, unde fuit Sampson. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Sorec, electa, optima. Philo in interpr. nomin. de libro Iudicum.*

*Sorec, ultima uel electa. Id. ibid. de Esaia.*

*Soreth, in tribu Dan, ubi Sampson fuisse legimus iuxta Estaoi, de qua supra diximus. Eusebius de locis Hebraicis.*

*Soriel, coangustans Deus, uel robustus Deus. Phi*

lo in interpretationibus nominum de Exodo.

**Sors.** De sorte illa diuina, quæ Mathie diuinitus obdignit, alij quidem alia sensere, meo iudicio non rectè. Aperiã autem et ipse quid sentiam. Videtur mihi Scriptura sortem appellasse, diuini quiddã et præcipui numeris, per quod illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset diuina electione declaratus. Dionysius Areopagita libro de Ecclesiastica Hierarchia, capite 5.

Et dederunt sortes ipsorum, &c. Sortem appellat seu hereditatem, ut totum esse Dei benignitatis, & electionis significet. Quin & ueterum etiam meminit, quod et Leuitas Dominus ita fuerit sortitus. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

In quo & in sortem asciti sumus. Sors res est casus & euentus, non propositi liberi neque uirtutis. Chrysostomus in 1. ad Ephesios.

**Sors Domini.** Quod dicimus de sorte, non sic accipiat auditor, quasi sors talis aliqua dicatur, quæ inter homines casu, & non iudicio agi solet. Sors Domini ita accipienda est, tanquam si diceretur electio Domini, uel pars Domini. Origen. hom. 9. in Leuit.

**Sospiter,** natus in oppido Macedoniae Berræa, comes Pauli ex Græcia in Macedoniam redeuntis. Actorum 20. Rom. 16.

**Sospiter,** narrans. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

**Sospitrus,** saluans dispersos. Id. ibid. de epist. ad Romanos.

**Sosthenes,** archisynagogus Iudeorum Corinthi habitantium, amplexus est doctrinam Christi predicante Paulo. Act. 18. 2. Cor. 1.

**Sosthenes,** saluanti eos, siue gaudium da mihi. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

**Sotratrus,** præfectus Antiachi, in arce Hierosolymitana. 2. Macc. 4.

**Soter.** Græcum nomen Iesus est Soter, id est, Saluator. Irenæus lib. 2. cap. 4. aduersus hereses.

## S P

**Spania,** expeditio siue accinctio: sed rectius Hispania scribitur. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

**Species.** Species bifariam dicitur. Dicitur enim species figura & forma, ut species statuæ. Dicitur autem rursus species, quod ordinatur sub genere, id est, quod ex genere diuiditur. De hac apud Philosophos est sermo. Damascenus libro de Dialectica capite secundo.

**Spectaculum fieri angelis.** Quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Quid significat, & angelis? Posse aliquem hominibus spectaculum esse, non angelis, quoniam uilia sunt opera. Nostra autem certamina talia sunt, ut etiam angelis digna sint spectatoribus. Chrysostomus homilia 12. in priorem ad Corinth.

**Spectaculum fieri mundo.** Quid significat, spectaculum facti sumus mundo? Non in angulo quodam, non in parua orbis terrarum parte hæc patimur, inquit, sed ubique locorum & apud homines. Idem ibidem.

**Speculatio. Speculatores.** Quia laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Speculationem in his appellat subditam multitudinem, cuius curam Principes habere debent. Speculatores enim ideo apud Sacras literas, præsidentes populi dicuntur. Cyrillus libro 12. capite 26. in Ioannem.

**Speculum.** Cernimus enim nunc per speculum. Nominè speculi quomodo cunq; uisum intelligi. Chrysostomus homil. 34. in priorem ad Corinth.

**Spelunca.** Spelunca locus est in profundum terre defossus. Origenes homil. 12. in Iesum Naue.

**Spes.** Spes est, boni acquirendi expectatio. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Spes est, expectatio bonorũ, uel absentis boni bona speratio. Id. ibid.

Quid est spes de futuris fiduciam habere. Chrysostomus serm. 14. ad Romanos.

**Spes duplex.** Cum spem nouisset duplicem, unam quidem quæ expectatur: alteram uerò quæ minis intenditur, iam finem docet fidei restitutione. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

**Spes iusticiæ.** Nos enim spiritu ex fide, spem iusticiæ expectamus. Spes iusticiæ, Christus intelligendus: quia ipse est ueritas, patientia, spes iusticiæ, omnesque uirtutes: cuius nos secundum expectamus aduentum, quo iudicaturus est omnia, et iam non patientia, sed iusticia affuturus, ut reddat unicuique secundum opera sua. Hieronymus in 5. ad Galatas.

**Spe gaudere.** Spe gaudentes. Spe gaudet, qui non respicit ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur expectat: & qui scit, quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Hoc est, spe gaudere, in tribulatione patientem esse. Ambrosius in 12. ad Romanos.

**Spinæ.** Sæpenumero audistis Christum presentis uitæ sollicitudines & diuitiarum fraudes, spinus appellasse, & merito sanè. Chrysostomus homilia 23. in Ioannem.

Vnus est Spiritus sanctus, qui diuidit unicuique prout uult. Dicitur autem Spiritus pietatis, & dicitur esse spiritus Christi, & Spiritus à Patre procedens, & à filio accipiens, non alienus à Patre & filio existens. Epiphanius libro secundo, tomo primo contra hereses.

Plurimos spiritus dicit Scriptura. Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam. Et, Omnes spiritus laudate Dominum. Ceterum dignis dantur dona discretionis spirituum. Aliqui enim coelestes sunt, gaudentes ueritate: aliqui terrestres, ad fraudem & errorè appositi: aliqui subterranei, abyssi & tenebrarum filij. Ipsum enim Euangelium dicit eos rogasse, ut ne miteret ipsos in abyssum. Similiter autem & spiritibus imperauit, & spiritus expulit uerbo, & non permisit ipsis loqui. Dicitur autem spiritus iudicij, & spiritus combustionis: & dicitur spiritus mundi. Nos uerò, inquit, spiritum mundi non accepimus. Sed & spiritus hominis. Quis enim nouit ea quæ sunt hominis, nisi

nisi spiritus hominis? Et spiritus uadens, ac non reuertens. Nam spiritus pertransijt in ipso, & non existet. Et, Destrues spiritum ipsorum, & deficient. Et spiritus Prophetarum Prophetis subduntur. Ecce spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi: et quid decipies Achab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore pseudoprophetarum. Dicitur porro & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Pythonis, & spiritus scortationis, & spiritus procellae, & spiritus uerbosus, & spiritus debilitatis, & spiritus immundus, & spiritus surdus, & spiritus mutus, & spiritus uix loquens, & spiritus ualde horrendus, qui uocatur Legio, & spiritualia nequitiæ. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Idem ibidem lib. 3. tom. 1.

Spiritus appellationes. Sicut diuersas commemorari leges in hac epistola à Paulo sub uno uocabulo legis ostendimus, & diuersas mortes sub una mortis appellatione nominari: ita & diuersos spiritus nunc uidemus sub uno nomine spiritus indicari. Ait ergo in presenti capitulo: Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. In quo utique ipsum spiritum Dei dicit. Et iterum in sequenti. Non enim accepistis, inquit, iterum seruitutis spiritum in timore. In quo ostendit spiritum seruitutis alium esse, quam illum quem supra dixit spiritum Dei. Et propterea subiungit: Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. In hoc spiritum adoptionis ostendit ipsum esse quem dixit supra spiritum Dei, de quo & repetit. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: hoc est, ipse spiritus Dei in quo Patrem Deum clamamus, testimonium reddit spiritui nostro. Qui spiritus uoster alius sine dubio est, quam ille spiritus seruitutis, qui datur in timore, uel hic qui ei de inuocatione Patris testimonium prebet. Omnes ergo homines, ut uidetur, aguntur aliquo spiritu, sicut ipse Paulus scripsit: Scitis autem uos cum essetis gentes, quomodo ad idola muta agebamini. In hoc ostendit, quod etiam gentes ad idola aguntur aliquo spiritu. Est ergo spiritus Dei, qui & idem est spiritus Christi, idemque & spiritus sanctus est. Sed & spiritus adoptionis idem dici uidetur, sicut presens apostolicus declarat sermo. Dauid quoque qui dicit (Psalmo quinquagesimo primo) Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, & spiritu principali confirma me, de eodem dicere uidetur: quem principalem spiritum propterea arbitrator nominatum, ut ostenderet esse quidem multos spiritus, sed in his principatum & dominationem spiritum sanctum, qui & principalis appellatur, tenere. Sicut enim multi sunt filij Dei, ut Scriptura dicit: Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes, unus tamen est natura filius & unigenitus de Patre, per quem omnes filij appellantur: ita & spiritus quidem sunt multi, sed unus est qui uerè ex ipso Deo procedit, & ceteris omnibus uocabuli ac sanctificationis suæ gratiam donat. Quod autem plures sunt spiritus, declarat idem Apostolus ad Hebræos (capite primo) scribens & dicens: Non omnes sunt ministeriales spiritus ad ministerium missi propter eos qui heredita-

tem capiunt salutis. Sed & Dauid dicit (Psalmo centesimo quarto) Qui facit angelos suos spiritus. Et Daniel nihilominus testatur, & dicit: Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: & in presenti loco Paulus: Ipse spiritus, inquit, testimonium reddit spiritui nostro. Et in alijs: Ut integer spiritus uester, & anima, & corpus in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Quæ omnia dubium non est, quod de rationabilibus spiritibus dicta sint. Appellantur præterea spiritus mali & angeli mali, sicut & Dauid dicit: Emisit eis iram indignationis suæ, missionem per angelos malos. Et in Regnorum libris scriptum est de Saul: Et spiritus Domini discessit à Saul, & suffocabat eum spiritus malignus à Domino. Atque in libro Iudicum refertur: & immisit Deus spiritum malignum inter medium Abimelech, & inter medium uirorum Sicimorum. Hic ergo spiritus malignus qui dicitur uel exisse ut suffocaret Saul, uel Abimelech Sicimosque, ut dirimeret, & à Domino exisse ac missus esse memoratur, tanquam carnifex quidam intelligendus est missus ad exigendas de peccatoribus pœnas. Et quamuis mali propter propositum suam uoluntatemque dicantur, in his tamen qui pœna digni sunt, diuine uoluntati exhibent ministerium. Sicut & ille de quo refert Micheas propheta, spiritus mendax: qui cum à Deo dictum fuisset, Quis seducet mihi Achab? ille respondit: Ego seducam. Et dixit Dominus: In quo? At ille: Ero, inquit, spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, & dicam ut ascendat in Galaad, & ibi cadet. Et dixit Dominus: Vade, seduces, equidem poteris. Sic ergo & ij qui dicuntur mali spiritus, officium Deo erga pœnarum exhibent ministeria. Sunt præterea & alij spiritus de quibus dicit: In spiritu conteres naues Tharsis: & spiritus procellæ, & spiritus ardoris. Quos tamen ego materiales magis quam rationabiles spiritus dixerim. Origenes libro septimo ad Romanos.

Spiritus significationes. Spiritus intelligitur multipliciter, spiritus sanctus, uirtutes etiam spiritus sancti dicuntur spiritus, & angelus bonus spiritus, & demonum spiritus, & anima, quandoque etiam mens spiritus dicitur, & uentus spiritus, & spiritus aer. Damascenus libro primo, capite decimo octauo de Orthodoxa fide.

Spiritus cum dicitur, & hominis est aliquando, & pecoris spiritus dicitur, sicut scriptum est: Per deluuium mortuam esse omnem carnem quæ habebat in se spiritum uitæ. Ac per hoc & pecoris spiritus dicitur, & hominis spiritus dicitur. Aliquando & uentus spiritus dicitur, sicut habetur in Psalmo: Ignis, grandis, spiritus tempestatis. Cum ergo multis modis dicatur spiritus, quo spiritu dixisti, o Apostole, facta carnis mortificanda, meo an Dei? Audi quod sequitur, & intellige. Sublata est questio sequentibus uerbis. Cum enim dixisset: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis: continuo addidit: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Agis si agaris, & bene agis, si à bono agaris. Augustinus serm. 37. de uerbis Domini.



## ¶ Spiritus pro Patre &amp; filio.

Spiritum uocauit sancta Scriptura, & Patrem, & filium, id quod est diuine nature incorporeum, & quod circumscribi non potest, per hoc significans. Spiritum autem sanctum, solum spiritus hypostasim nominat. Theodoret. dialogo immutabilis.

Pro Christo. spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Spiritum seipsum appellat, quoniam Deus spiritus est: & ut ait Paulus: Dominus spiritus est. Nec ista dicimus, quia spiritum sanctum in propria persona subsistere non putemus: sed qui sicut factus homo filium se hominis appellat, sic se a proprio spiritu spiritum nominat. Non est enim alienus ab eo spiritus suus. Cyrillus libro quarto, capite 23. in Ioannem.

Pro spiritu sancto. Nondum enim fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quomodo dicit spiritum, nisi sanctum spiritum? Augustinus tractatu 3. in Ioannem.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Spiritum non eum de quo Apostolus in alio loco loquitur: Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod sumus filij Dei: id est, non spiritum hominis qui in ipso est: sed spiritum sanctum significat: quem sequentes efficiamur spirituales, & sub lege esse desistimus. Hieronymus in 5. ad Galatas.

Pro carne Christi. Verba que ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Spiritum hic ipsam carnem nuncupauit: non quia naturam carnis amiserit, & in spiritum mutata sit: sed quia summe cum eo coniuncta, totam uiuificandi uim hausit. Cyrillus lib. 4. cap. 24. in Ioannem.

Pro gratia. Et integer uester spiritus, &c. Spiritum appellauit gratiam. Theodoretus in 5. prioris ad Thessalonicenses.

Fructus autem spiritus est, charitas, &c. Spiritum uocat datam gratiam: & ideo fructum etiam spiritus appellauit charitatem, & gaudium, & cetera: illo enim opere ferente, unumquodque eorum recte se gerit. Id in 5. ad Galatas.

Pro dono spiritus. Et integer uester spiritus, &c. Quid hic spiritum uocat? Donum spiritus. Chrysostomus homil. 1. in priorem ad Thessalonicenses.

Nam si orem linguas, spiritus meus orat, &c. Spiritus, hoc est, donum mihi concessum, linguamque mouens. Id. homil. 3. in priorem ad Corinth.

Pro operatione. Non ad mensuram dat Deus spiritum. Non omnes, inquit, ad mensuram spiritus operationem accipimus: nam spiritum hoc in loco operatione dicit. Hec enim est que diuiditur, ille sine mensura & integram habet operationem: quod si operationem eius nemo metiri potest, longe minus substantiam. Vides ne spiritum infinitum? Idem homilia 29. in Ioannem.

Pro anima. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, &c. Spiritum hic uocat animam. Theodoretus in 7. secundam ad Corinth.

Pro spiritualibus. Verba que ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Spiritus, hoc est, spiritualia, nihil carnale, nullam naturalem consequentiam ha-

bitia, sed omni hac terrena necessitate, & huius uite legibus libera. Chrysostom. hom. 46. in Ioannem.

## ¶ Quid inter spiritum &amp; animam interfit.

Manifeste Scriptura cognoscit aliud esse animam, aliud autem esse spiritum, sicut testatur Paulus dicens: Deus autem sanctificet uos ad perfectum, & integer spiritus uester, & anima, & corpus conseruetur in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Et apud Danielem, Benedicite spiritus & anime sanctorum Dominum. Hec ergo Ioannes non propter animam est appellatus, sed propter spiritum & uirtutem: que non conseruant uirtutem si primum suum in Hecilia spiritus, & postea in Ioanne factus est, sicut conuenienter Apostolus ait: Spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est, non anime Prophetarum Prophetis subiectus sunt. Origenes tract. 3. in Matth.

## ¶ Quid inter spiritum &amp; carnem interfit.

Sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consummanini. Spiritum uocauit gratiam: carnem autem, uita ex lege institutionem, quoniam que legis sunt superflua, ea sunt corporea. In corpore enim uersatur circumcisio, & sabbati obseruatio, & lepra, & asperstones, et alia eiusmodi. Theodoretus in tertium ad Galatas.

## ¶ Quid inter spiritum &amp; flatum interfit.

Inspirauit in faciem eius spiritum uitae. Spiritum non flatum dixit, quasi interfit aliquid. Nam in spiritu intelligimus robur, tenorem, & uim: flatus tanquam aura quadam est & exhalatio lenis ac sedata. Philo libro 1. Allegoriarum legis.

## ¶ Quid inter spiritum &amp; mentem interfit.

Orabo spiritu, orabo & mente. Spiritum donum appellat: mentem autem manifestationem eorum que dicuntur. Theodoretus in 14. prioris ad Corinth.

Spiritus aeris. Secundum principem potestatis aeris huius, &c. Principem hunc erroris ideo aeris dicit spiritum, ut ostendat quia hanc partem sibi usurpauit ad exercendam dominationem. Alius est enim aer, & alius princeps: sed quia in mundo uel in aere dominatur, spiritus aeris appellatur. Ambrosius in 2. ad Ephesios.

¶ Discretio spirituum. Alij discretio spirituum. Quid hoc significat? cognitionem quis nam spirituales sit, quis non, quis propheta, et quis deceptor. Quod & Thessalonicensibus dicebat: Prophetias nolite negligere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Chrysostomus homil. 29. in priorem ad Corinth.

Spiritus filij Dei. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, &c. Manifeste Apostolus Paulus tres spiritus nominat. Spiritum filij Dei, ut in presenti loco: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Et spiritum Dei, ut in illo. Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Et spiritum sanctum, ut ibi: Corpora uestra templum sancti spiritus sunt qui est in uobis. Alium autem sanctum spiritum esse quam filium Dei, manifeste et in Euangelio

gello comprobatur: Qui dixerit uerbum contra filium hominis, dimittetur ei. Quicumque autem dixerit contra Spiritum sanctum, nec hic nec in futuro dimittetur ei. Hoc ideo, quia multi per imperitiam Scripturarum, quod et Firmianus in octauo ad Demetrium epistolarum libro facit, afferunt s. sanctum sepe Patrem, sepe filium nominari. Et cum perspicue in trinitate credamus, tertiam personam auferentes, non substantiam eius uolunt esse, sed nomen. Ne autem longum faciam, non enim dialogus, sed commentarius scribitur, de quinquagesimo Psalmo tres spiritus nominatos breuiter ostendam, Propheta dicente: Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum inuisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Principalem spiritum, Patrem appellat, quia filius ex Patre, et non ex filio. Spiritum autem rectum ueritatis atque iusticie, Christum Dominum significat: Quia Pater omne iudicium dedit filio, ut Dauid ait: Deus iudicium tuum regi da, et potentiam tuam filio regis. Porro Spiritum sanctum apertum nomine uocat. Quae quidem cum uocabulis personarumque differant, substantia naturaque sociata sunt, et indifferenter idem spiritus ob naturae societatem, nunc Patris dicitur esse, nunc filij. Hieronymus in quartum ad Galatas.

**Fructus spiritus.** Fructus autem spiritus, caritas, et c. Cur uocat fructum spiritus? Quoniam mala opera ex nobis solis oriuntur, unde et opera uocat. Bona uero non tantum egent nostra cura, uerum etiam opus habent diuina benignitate. Chrysostomus in 5. ad Galatas.

**Spiritus hominis.** Nisi spiritus hominis qui in ipso est. Manifestum est cogitationes nostras a nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dixit. Denique in Euangelio inter cetera sic ait: Et spiritus eius reuersus est ad illam. Ambrosius in 2. prioris ad Cor.

Quis enim nouit quae hominis sunt, nisi spiritus hominis? Spiritus hominis est anima. Chrysostomus homil. 29. in priorem ad Corinth.

**Spiritus integer.** Et integer spiritus uester. Tunc integer est, si bonae uitae studeamus, animam habentes mundam, et corpus sine querela, ut totus homo sit perfectus. Ambrosius in 5. prioris ad Thessal.

**Spiritus maliciae.** Spiritus maliciae dicuntur demonum multitudo. Chrysostomus in 5. ad Galatas.

**Manifestatio spiritus.** Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, gratias manifestationem spiritus appellans. Id. homil. 29. in priorem ad Corinthios.

Manifestationem spiritus signa appellat merito. Idem ibidem.

**Spiritus mentis.** Renouamini autem spiritu mentis uestre, et c. Spiritum mentis, dixit spiritalem mentis inuisceribus et motionem. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

**Spiritus ministratio.** Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Ministratio spiritus uocauit, eos qui spiritui seruiunt, sicut rursus mini-

strationem mortis, eos qui legi seruiuerunt, hoc est, Mosen. Id. in 3. secunda ad Corinth.

**Spiritus mundi.** Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, et c. Spiritus mundi hic est, per quem arripiuntur phanatici, qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior: unde solet coniecturis quae mundi sunt diuinare, quem pythonem appellat. Hic est qui per uerisimilia fallitur et fallit: hic est qui per Sibyllam loquutus est, sensum nostrorum secutus, locum uolens inter caelestes habere. Ambrosius in 2. prioris ad Corinth.

**Spiritus praesumptio.** Omnia uanitas et praesumptio spiritus. Praesumptio spiritus, audaciam et superbiam significat. Spiritus etiam uentus uocatur. Unde scriptum est: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Augustinus lib. 1. super Sermonem Domini in Monte.

**Spiritus promissionis.** Obsignati estis spiritu promissionis sancto. Quid est, spiritu promissionis? cui delicta, quod spiritum iuxta promissionem accepimus. Chrysostomus in 1. ad Ephesios.

In quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto. Ipsam uocat promissionem, nempe quod promittat Dominus se missurum gratiam spiritus. Theodoretus ibid.

**Spiritus remissionis.** Tunc imponebant manus super illos, accipiebantque Spiritum sanctum. Quomodo, inquit, Spiritum sanctum illi non acceperant? Spiritum acceperant remissionis, spiritum autem signorum non receperant. Chrysostomus homil. 18. in Acta apostolorum.

**Spiritus repromissionis.** Querendum etiam ubi alibi scriptum sit, spiritus repromissionis sanctus, uel quid significet. Ego enim existimo, quia sicut spiritus sanctus, sanctum facit eum cui fuerit infusus: et spiritus sapientiae, sapientem: et intelligentiae, intelligentem: et consilij, cautum atque consilium: et fortitudinis, fortem: et scientiae, scientem: et pietatis, piuum: et timoris, timidum, Deique timore trepidantem: ita et spiritus repromissionis uel spiritus Dei, sponso-rem et Deum facit eum in quo habitauerit. Quomodo e contrario immundus spiritus immundum facit, et spurcam sibi domum preparat spurcus habitator: fornicationis quoque spiritus efficit scortatores, de quibus et Propheta loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt: et nequam spiritus, nequam facit homines atque peruersos: et demoniacus, demones: qualisque fuerit liquor, qui nouae testae infusus est, talem diu testae odorem retinet et saporem. Hieronymus in 1. ad Ephesios.

**Spiritus sanctificationis.** Secundum spiritum sanctificationis. Sanctificationis spiritus dicitur, secundum hoc quod praebet omnibus sanctitatem, sicut alibi de eo scriptum est: Qui factus est sapientia nobis a Deo, et iusticia, et sanctificatio, et redemptio. Origenes lib. 1. ad Romanos.

**Spiritus sanctus.** Spiritus sanctus subsistentia est intellectualis, et proprie subsistit et extat. Id. lib. 1. cap. 1. Patriarchon.

Cum de Spiritu sancto multi sancti participant,

non utiq; corpus aliquod intelligi potest Spiritus sanctus, quod diuisum in partes corporales percipiat unusquisq; sanctorum: sed uirtus profecto sanctificans est, cuius participium debent habere omnes, qui per eius gratiam sanctificari meruerunt. Id. ibid.

Spiritus sanctus paracletus. Spiritus sanctus paracletus nominatur, id est, consolator. Augustinus lib. 1. super Sermonem Domini in Monte.

Spiritus suus. Si linguis loquar, spiritus autem meus non oret, mens mea sine fructu est: Spiritum suum dicens gratiam sancti spiritus, quæ a Deo omnibus datur. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Spiritus timoris. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Spiritum timoris legem dixit, quia homines peccati causa in timore constituit. Lex autem fidei quæ in spiritu adoptionis significatur, lex securitatis est, quia a timore nos eruit, dum donat peccata, ac per hoc securos nos fecit, ac dicitur spiritus non timoris secundum hunc mundum. Ambrosius in 3. ad Romanos.

Spiritus ueritatis. Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere, &c. Spiritum ueritatis appellat, per hoc ueteris testamenti figuras significans. Chrysostomus homil. 74. in Ioannem.

Spiritu Dei agi. Quicumq; enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Hos dicit spiritu Dei agi, in quorum actibus consilia principum & potestatum huius mundi non uidentur. In quorum enim uidentur, non sunt filij Dei, sed diaboli, quia qui de Deo natus est, non peccat, dicit Ioannes apostolus. Hoc est enim quod probat Dei filios & diaboli. Unde Dominus ad Iudeos quod male agerent et parricidium cogitaret, ait: Vos de patre diabolo estis. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Spiritu ambulare. Dico autem, spiritu ambulate, &c. Hic spiritu ambulat, qui fugit peccata. Id. in 5. ad Galatas.

Spiritum extinguere. Spiritum nolite extinguere. Extinguitur si incipientis loqui feruor contradictione sopitur, ne forte non intelligentes dici ab eo spiritualia, iniuriam faciant spiritui sancto, & peccent per ignorantiam. Id. in 5. prioris ad Thessalonicenses.

Spiritus subiectus. Et spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est. Spiritus subiectus dicitur, ut conatus bonos adiuuet, cum suggerit. Subiectus enim uidetur, qui cepta alterius perficit. Id. in 14. prioris ad Corinthios.

In spiritu esse. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, &c. Duplici modo quidem in spiritu esse explanauimus, id est, uel legem non secundum litteram, sed secundum spiritalem sensum intellige: uel etiam mortificato corpore, spiritus & non carnis legibus uiuere. Origenes lib. 6. ad Romanos.

Pro certo habetur, quod omnia quæcunq; spiritus esse dicuntur, uoluntas sit spiritus: & quæcunq; opera carnis esse dicuntur, uoluntas sit carnis. Id. lib. 3. cap. 4. Peri archon.

Tradere spiritum. Et inclinato capite tradidit spiritum. Tradidisse spiritum a consuetudine nostra si bi dictum est: multi enim sic extingui & mori dicunt,

Cyrillus lib. 1. cap. 36. in Ioannem.

Spiritu uiuere. Spiritu ambulare. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Hoc est spiritu uiuere, incontaminatam uitam habere: & sic spiritu ambulare, si paci studeamus. Hec enim parit charitatem. Ambrosius in 5. ad Galatas.

Quis est qui uiuit spiritu, nisi absconditus homo noster, qui & iuxta carnem interdum solet uiuere? Sed cum spiritu uixerit, spiritu ambulat. Cum in carne uoluerit ambulare, uiuens mortuus est. Vir perfectus in Christo, semper uiuit in spiritu, spiritui obedit, nunquam uiuit in carne. Et contra: Qui se totum carni dederit, & passionibus deputarit, nunquam uiuit in spiritu. Hieronymus ibid.

Spiritualis. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos spirituales instruite istiusmodi in spiritu mansuetudinis. Et in alio loco: Spiritualis autem diiudicat omnia, ipse autem a nullo diiudicatur. Nos spirituales, quia omnia iudicet, & ipse a nemine diiudicetur, cum uirum dicimus, qui uniuersa Scripturarum sacramenta cognoscens, sublimiter ea intelligat: & Christum in diuinis libris uidens, nihil in eis Iudaica traditionis admittat. Idem ibidem capite quarto.

Spirituales. Qui pignus spiritus habent, & non concupiscentijs carnis seruiunt, sed subiiciunt semetipsos spiritui, & rationabiliter conuersantur in omnibus, iuste Apostolus spirituales uocat, quoniam spiritus Dei habitat in ipsis. Irenæus lib. 3. pag. 302. aduersus Hæreses.

Spiritualibus spiritualia comparantes. Credentes quæ mundi sapientia stulta iudicat, spirituales sunt. Ambrosius in secundam prioris ad Corinthios.

Spiritualia. De spiritualibus autem nolo uos ignorare fratres. Spiritualia signa appellat, quoniam maxime solius spiritus opera sunt, nihil humano in his studio conferente ad huiusmodi miracula facienda. Chrysostomus homilia uigesimanona in priorem ad Corinthios.

Spiritualiter seminare. Qui uerò seminauerit in spiritu, &c. Homo Christianus spiritu constat & carne. Homo enim ad comparisonem Sancti spiritus caro est. Cum ergo spiritui dat assensum cohibens se ab ijs quæ contraria sunt, spiritualiter seminat, ut possit metere uitam æternam. Testimonium enim spiritus accipit, & immortalitatem loco mercedis. Sicut enim qui corrumpit debonestans corpus suum, non ad æternitatem sed ad corruptionem pertinebit. Ita & qui in taminatum se custodit, uitam æternam consequetur. Hec est enim uita æterna, uiuere sine pœna, & habere gloriam. Ambrosius in sextum ad Galatas.

Spiritualiter uiuere. Spiritualiter uiuit, qui facit quod placet Deo. Id. in 10. secundæ ad Corinthios.

Sponsus. Sponsa. Qui habet sponsam, sponsus est. Audis quomodo sponsus dicitur Christus, sponsa uerò eius anima dicitur, quæ fidei simplicitate, & actu puritate incorrupta probatur & uirgo. Dicit enim Dominus & per Hieremiam Prophetam: Non-

ne sicut Dominum me, & patrem uocasti, & principem uirginitatis tue? Origenes homil. 12. in Leuiticum.

Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus, &c. Quis sponsus, nisi Dominus Christus? Augustinus tract. 75. in Ioannem.

Ire obuiam sponso. Ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei. Quid est, obuiam ire sponso? Corde ire, expectare eius aduentum. Id. Sermon. 23. de Verbis Domini.

Sponsa Christi. Meretrix. Anima hominis fidelis, sponsa est Christi: quae autem infidelis est, meretrix est. In Osee dicit: Sponsabo te in fide, & cognosces Deum. Item, filij in quibus non est fides in illis, ipsi in zelum compulerunt me in non Deum, & ego in zelum expellam eos in non gentem. Autor operis imperfecti homil. 30. in Matth.

## S T

Stabulum est, in quod fessi longo itinere succedere solent. Ambrosius in 10. Lucæ.

Stachys, amicus S. Pauli. Rom. 16.

Stachyn, facientem cantilenas. Hieronymus in interpr. nomin. de epist. ad Romanos.

Stater. Et aperto ore eius, inuenies staterem. Stater dicitur, qui duo habet didrachma. Hieronymus in 17. Matth.

Stephanæ familia, omnium prima Euangelium Christi amplexa est in Achaia, & Corinthi à Paulo baptisata est. 1. Cor. 1. 16.

Stephana, regulam uestram, uel speculatorem uestrum, siue iudicantem uos. Hieronymus in interpr. nomin. de 1. ad Corinth.

Stephanus, diaconus ecclesie apostolorum, uir pius fide & s. sancto, fecit prodigia & signa magna in populo. Act. 6.

Stephanum, normam uestram, uel *νορμήν* uestrum, quo uerū & iacula diriguntur. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Stras, filius Michael, explorator de tribu Aser. Num. 13.

Stigmata Christi portare. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Qui post aduentum Christi in carne circumciditur, non portat stigmata Domini Iesu, sed habet gloriam in confusione sua. Qui uero in plagis supra modum, in carceribus frequenter, ter uirgis caesus est, semel lapidatus est, & cetera quae in Catalogo scripta sunt gloriandi, hic stigmata Domini Iesu in corpore suo portat. forte & is qui macerat corpus suum & subijcit seruituti, ne alijs predicans ipse reprobis inueniatur, portat stigmata Domini Iesu in corpore suo. Latabantur & Apostoli, quod digni fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati. Hieronymus in 6. ad Galatas.

Stoici Philosophi disputabant cum Paulo concionante Athenis. Act. 17.

Stulticia. Stulticia est, in factis dictisq; per ignorantiam recti & boni, erratio. Lactantius lib. 5. cap. 18. Institutionum diuinarum.

Placuit Deo per stulticiam praedicationis saluos facere credentes. Stulticiam dicit, non quod stulticia sit,

sed quae stulticia esse uideatur. Chrysostomus hom. 4. in priorem ad Corinth.

Stultus mundo. Si quis uidetur inter uos sapiens esse, in hoc seculo stultus fiat, &c. Stultus mundo ille est, qui exteriori contempta sapientia sibi persuadet, nihil ei ad fidei susceptionem profuturam. Id. ibid. homil. 10.

Stultum esse. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quid est aliud esse stultum, nisi esse tenebrosus in corde? Augustinus Sermonem octauo de Verbis Domini.

Stulti. Sic sine intellectu estis. Hi stulti & sine intellectu esse dicuntur, quia nec dolori carnis suae consulere uoluerunt. Vsq; ad hoc enim solet quis induci, quod delectat, aut dolorem non praestat. Ambrosius in 3. ad Galatas.

## S V

Sua, rex Aegypti, à quo Osee rex Israel auxilia petit contra Assyrios. 2. Reg. 17.

Sua, saluatoris. Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

Suadere. Modò enim hominibus suadeo an Deo? Ipsum uerbum, suadere, de humano usu sumptum est: cum quis id quod ipse semel habet, & semel imbibit, etiam ceteris conatur inferere. Et in plurimis Scripturarum locis legitur: ex quibus illud est: Suasio non est ex eo qui uocauit uos. Nec non & in Actis apostolorum: Venerunt ergo ad eum Iudei in hospitium multi, quibus exponebat, contestans eis regnum Dei, suadensq; eis de Iesu, ex lege Moysi & Prophetis usque ad uesperam. Hieronymus in primam ad Galatas.

Sualim, uulpes. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Suba, cuius Regem percussit David. Eusebius de locis Hebraicis.

Suba, incensa, siue conuertens. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Subintrare. Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Aliud est intrare, aliud subintrare: sicut est aliud ducere, & aliud subducere: aliud trahere, & aliud subtrahere. Subintrare namque hoc indicat, cum alio ingresso sub obtentu alius ingreditur. Origenes libro quinto ad Romanos.

Subintroducii. Propter autem subintroducios falsos fratres, &c. Subintroducios dicit, quia cum dolo introierunt ostendentes se fratres, cum essent inimici. Ambrosius in 2. ad Galatas.

Subochai, condensum, siue fructetum. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

Subsidia. Item dona sanationum, subsidia, &c. Subsidia quae sunt? imbecillos amplecti. Chrysostomus homil. 32. in priorem ad Corinth.

Substantia. Substantia est, res per se subsistens, non indigens altero ad existentiam, id est, in se ipsa ens, & non in altero habens existentiam. Damascenus lib. de Dialectica cap. 11.

Substantia est, res per se existens, & non indigens altero ad consistentiam. Id. ibid. cap. 2.

¶ Quid inter substantiam & naturam  
interfit.

Aliud est substantia, aliud natura substantiæ. Siquidem substantia propria est rei cuiusque: natura uero potest esse communis. Suscipe exemplum. Substantia est lapis, ferrum: duritia lapidis & ferri, natura substantiæ est. Duritia communicat, substantia discordat. Tertullianus lib. de Anima.

¶ Quid inter substantiam & essentiam  
interfit.

Substantia & Essentia idem est ratione. Consistit enim Dominus in substantia sua. Et hoc: Splendor gloriæ & character substantiæ ipsius. Essentia igitur est, non excessus, sed ipsum hoc quod est: sicut dicit Moses: Qui est misit me, ad filios israel loquens. Qui est igitur, est quod est. Quod uero est, Essentia existens est. At particula, con, non unum rursus significat, sed de coessentiali duo perfecta significat, sed non inter se diuersa, neque ab ipsorum unitate aliena. Epiphanius lib. 2. tom. 2. Contra hereses.

¶ Quid inter substantiam & hypostasim.

Si externa spectetur sapientia, nulla est differentia inter substantiam & hypostasim. Nam & substantia, seu Essentia, id quod est, significat: & id quod subsistit est hypostasis. Sed si Patrum doctrina, quam habet differentiam commune & proprium, uel genus & species, ac indiuiduum, eandem habet substantia & hypostasis. Theodoretus dialogo immutabilis.

Sicut hoc nomen homo, commune huius naturæ nomen est: ita etiam diuinam substantiam, ut quæ S. Trinitatem significet: hypostasim autem, ut quæ aliquam uel Patris, uel filij, uel S. sancti personam declararet, accipimus. Hypostasim enim personam, & proprietatem idem significare dicimus, ea quæ à S. Patribus sunt definita, sequentes. Id. ibid.

Substantiæ. Ne perturbet aliquos substantiarum nomen, propter hoc enim substantias Orientales dicunt, ut proprietates personarum subsistentes & existentes notas faciant. Si enim Spiritus est Pater, Spiritus etiam filius, Spiritus etiam S. sanctus: non intelligitur Pater filius, subsistit autem & Spiritus, qui non intelligitur filius, & qui non est Spiritus. Subsistit autem & S. sanctus, & non est S. sanctus neque Pater, neque filius: sed S. sanctus ex Patre, qui per filium datur merito subsistentem & existentem. Proinde proprietates personarum subsistentium substantias nominant Orientales, non tres substantias, tria principia, aut tres deos dicentes: Epiphanius libro 3. tomo primo contra Hereses.

Subtrahere se. Ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè. Se subtrahere posuit, pro se separare. Theodoretus in 3. secundæ ad Thessalonicenses.

Sue, filius Abrahæ. Gen. 23.

Sue, socer Iudæ Patriarchæ. Ibidem trigesimo octauo.

Sue, loquens, siue cantilena. Philo in interpr. nom. de Genesi.

Sufan, atterens, siue ad umbraculum rastrorum, quod Hebraicè dicitur susafim. Idem ibidem de Numeris.

Sufficiencia. Sufficiencia est habitus quidam quæ ad suum finem peruenit, ita ut neque quid desit, neque redundet. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagogici capite 12.

Suhan, filius Dan. Num. 26. nominatur usan Genes. 46.

Sui. Et sui eum non receperunt. Sui sunt omnes homines, quos uoluit redimere, & redemit. Origenes homil. in 1. Ioannis.

Suos hoc in loco Iudæos appellat, tanquam populum potentem, & sub quo omnes ferme homines comprehenderentur. Chrysostomus homilia octaua in Ioannem.

Sulem, in tribu Issachar, & usque hodie uicus ostenditur nomine Sulem, in quinto milliario Tabory montis contra australem plagam. Eusebii de locis Hebraicis.

Quorum primus ego sum. Hic, sum, pro sui ponitur. Sicut Matthæus dicitur publicanus, cum iam Christi esset Apostolus. Hieronymus in 1. prioris ad Timotheum.

EST. ERAT.

In principio erat uerbum. Quemadmodum, est uerbum, si de homine dicatur, præsens duntaxat tempus signat: si autem de Deo, sempiternum atque perpetuum: itidem & erat. Nam cum de humana natura sermo habetur, præteritum tempus, & hoc ipsum finitum: quando uero de Deo, eternitatem ipsam ostendit. Chrysostomus homil. 2. in Ioannem.

Erat. Terra erat inuisibilis & rudis. De omni re potest dici erat, etiam de ea quæ facta, quæ nata sit, quæ aliquando non fuerit, & quæ materia non sit. Omne enim quod habet esse, unde habet siue per initium, siue sine initio, hoc ipso quod est, etiam erat dicitur. Cui competit prima uerbi positio in definitionem, eiusdem etiam de clinatio uerbi de curret in relationem. Est definitionis caput, erat relationi facit. Tertullianus libro aduersus Hermogenem.

Esse intus & foris. Quid est mihi de his qui foris sunt, iudicare? Alios intus, alios foris dicit: quorum alios Christianos, alios gentiles appellat: quemadmodum alio in loco cum dicit: Oportet autem ut ipse testimonium bonum habeat, ab his qui foris sunt. Chrysostomus homilia decimasexta in priorem ad Corinthios.

Esse super omnes. Qui de sursum uenit, super omnes est. Quid illa particula, Super omnes est, significat? & quid nobis per eam ostenditur? Quod nullius indiget, sed ipse sibi satis est, & omnium maximus. Idem homilia 29. in Ioannem.

Esse ex supernis. Et dicebat illis: Vos ex infernis estis, ego ex supernis sum, &c. Dignum est ut inspectamus, quid sit, ex supernis esse, & quid sit, non esse ex hoc mundo. Vide igitur an qui assumpsit ortum à materia, & corporibus, eo quod meliora reliquerit, sit è terra: qui quatenus est è terra, de terra loquitur.

ra loquitur, alius aliquid intueri, uel dicere non uolens: qui idem etiam ex infernis est. nam alia est, esse ex infernis, alia esse terra. Vox enim inferne consideratur in quodam ueluti loco itidem in dogmatibus, et in discursu mentis: omnisque profecto talibus dogmatibus, et discursu mentis utens, quae sunt ex infernis, ex infernis est. Atque etiam hic mundus uisibilis materialis existens, propter eos qui materiali uita egent, loca quidem habet diuersa: quae sane omnia comparatione rerum immaterialium, et inuisibilium, et corpore carentium inferna sunt: non in loco, sed comparatione rerum inuisibilium. Quantum autem ad hanc mundum attinet, inquiratur inter loca mundi, num quaedam sint loca inferne, quaedam supernae. terra enim proxima inferne sunt: caelestia uero supernae, adeo ut hac ratione qui ex infernis sit, is etiam sit ex hoc mundo. At uero qui ex hoc mundo sit, non omnino sit ex infernis. Origenes tomo decimonono in Ioannem.

Si cupis a Scriptura discere, quis sit ex infernis, itemque quis sit ex supernis, audi illud: Vbi fuerit thesaurus uester, illic erit et cor uestrum. Et illud: Si quis thesauros recondiderit in terra, ex ipso quod recondit thesauros in terra, ex infernis efficitur: si uero thesauros recondiderit in caelis, nascitur ex supernis, et assumit imaginem supercaelestis. Idem ibidem.

De quibus supernis Christus: Ab ipso Patre. Nihil illo Deo superius, qui uerbum genuit aequale sibi, coeternum sibi, unigenitum sine tempore, per quem conderet tempora. Augustinus tractatu trigesimo octauo in Ioannem.

Esse de terra. Qui est de terra, terra est. Quomodo de terra esse dicitur? Animaduertis ne nihil aliud quam paruum se, et nullius ferè momenti, ut pote humi reptantem, et in terra natum: Christum autem caelestius nobis demissum significari: Chrysostomus homil. 29. in Ioannem.

Verè esse. Verè esse, est semper eodem modo esse. Augustinus tract. 38. in Ioannem.

Sunam, ciuitas in tribu issachar, prope Naim, in qua Heliseus hospite suae filium mortuum in uitam reuocauit. 2. Reg. 4. Ios. 19. 1. Sam. 28. 1. Reg. 1.

Sunamitis, quicumque morietur, siue mortificata. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Sunem, coccineum, siue eleuans. Id. ibid. de secundo Regum.

Sunem, dentes, uel coccineum, siue uarietas. Id. ibid. de libris Regum.

Suni, filius Gad Patriarchae. Gen. 46. Numeri uigesimo sexto.

Suni, pupilla mea, uel secundus meus. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Superbia duplex. Superbia corporalis, asper sermo: superbia spiritualis, qui se meliorem putat esse, quam alterum. Autor operis imperfecti homil. 15. in Matth.

Superbus. Qui uult supergredi quod est, superbus est, sicut diabolus perdit seipsum quod est. Hieronymus in 1. ad Romanos.

Superaedificia. Alius autem superaedificat. Superaedificia sunt, quae post praedicationem Apostolorum a superuenientibus traduntur aut malis aut bonis doctoribus. Ambrosius in 3. prioris ad Corinth.

Superextendi. Non enim quasi non pertingentes usque ad uos superextendimus nos. Superextendi est, ultra extendi quam conceditur. Id. in 10. secunda ad Corinth.

Superfluum. Superfluum est, quod plus est, quam usus requirit. Chrysostomus homil. 19. in secunda ad Corinth.

Superstitio. Superstitio quae uocatur *deoida* uix, est affectio ut quae sit demonum metus, qui affectionibus suisque deique feruntur et agitantur. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Superstitiosi. Superstitiosi uocantur, non qui filios suos superstites optant (omnes enim optamus) sed aut ipsi, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstites, celebrant imagines eorum domi, tanquam deos penates. Lactantius lib. 4. cap. 28. Institutionum diuinarum.

Suph, specula, uel effundens. Philo in interpr. nomin. de primo Regum.

Supham, filius Benjamin. Num. 26.

Supplantari. Exurge Domine, praueui eum et supplantata eum, etc. Supplantatur, qui priuilegium amittit, sicut iacob Esau supplantatus est, non per maliciam iacob, sed per contemptum Esau, qui tam pro nihilo habuit primatus, ut unius cibi uilissimi etiam precio computaret. Arnobius in Ps. 16.

Supra. Deinde uisus supra quingentis fratribus est. Supra, quidam est sublimi et ex caelis interpretantur, quod non in terra gradiens, sed est sublimi sit uisus, ut qui non tam resurrectionem quam assumptionem uoluerit monstrare. Quidam supra, pluribus quam quingentis interpretantur. Chrysostomus homil. 38. in priorem ad Corinth.

Sur, ubi inuenit angelus ancillam Sarae Agar inter Cades et Barad. Extenditur autem desertum Sur usque ad mare rubrum, quod ad Aegypti confinia peruenit. Porro Cades solitudo est super urbem Petram: sed et Scriptura desertum Cades contra faciem Aegypti extendi memorat: ad quod primum uenere Hebraei rubro mari transuadato. Eusebius de locis Hebraicis.

Sur, murus, uel directus, aut continens. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Sur, murus, aut robustus, siue angustia. Id. ibid. de Exodo.

Sur, reclusus, uel fortis, uel inuincibilis. Id. ibid. de primo Regum.

Sur Oreb, quod Aquila interpretatur petra Oreb. Eusebius de locis Hebraicis.

Sur, Princeps Madianitarum. Num. 31.

Suriel, filius Abihaiel, princeps familiae Meraritarum. Ibid. 3.

Suriel, continens me Deus, uel fortis meus Deus. Philo in interpr. nomin. de Numeris.

Surisaddai, continens mea uera, uel fortis meus Dominus. Id. ibid.

¶ **Quid inter surgere & resurgere  
interfit.**

Surgere potest dici, et quod omnino non cecidit, quod semper retro iacuit. Resurgere autem non est, nisi eius quod cecidit. Iterum enim surgendo quia cecidit, resurgere dicitur. Re enim syllaba iterationi semper adhibetur. Cadere ergo dicimus corpus in terram per mortem, sicut et res ipsa testatur. Ex Dei lege corpori dictum est: Terra es, et in terram ibis. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem.

**Surrectio.** Surrexerunt autem quidam ex synagoga. Iterum uocat resurrectionem, illorum exacerbationem et iram. Chrysostomus homilia 25. in Acta apostolorum.

**Suroeb,** saxum corui. Philo in interpret. nominum de lib. Iudicum.

**Susa,** metropolis Persiae, sita ad flumen Euleum. Danielis 8.

**Susacim,** gaudium cilicij. Philo in interpret. nominum de secundo Regum.

**Sufanna,** uxor Ioachim, filia Helciae. Dan. 13. in Latinis Biblijs.

**Sufanna,** mulier fidelis, quae Christum sequuta, ministravit ei de facultatibus suis. Luc. 8.

**Sufanna,** lilius, uel gratia eius. Philo in interpret. nominum de Daniele.

**Sufanna,** lilius, aut gratia eius: sed melius si foemininum nomen figuretur à lilio. Hieronymus ibidem de Luca.

**Susi,** pater Gaddi, de tribu Ioseph ex Manasse. Numeri 13.

**Susi,** equus meus. Philo in interpret. nominum de Numeris.

**Sufis.** Vide Susa.

**Sufis,** quitatio, uel reuertens. Philo in interpret. nominum de Daniele.

**Suspitio.** Quid est suspitio, nisi opinatio rerum incerta, et in nil expositum iaculatio mentis illata? Arnobius lib. 2. aduersus Gentes.

¶ **Quid inter sustentationem & patientiam interfit.**

Aut diuitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? Sustentatio à patientia hoc uideatur differre, quod qui infirmitate magis quam proposito delinquant, sustentari dicuntur: qui uero pertinaci mente uelut exultant in delictis suis, ferri patienter dicendi sunt. Origenes lib. 2. ad Romanos.

**Sustinere in finem.** Qui autem sustinuerit usque in finem, iste saluus fiet. Quid sustinendo, nisi persecutionem, nisi traditionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem, quam pati finem. Tertullianus lib. contra Gnosticos.

**Sufui** interpretatur extra me, hoc est, extra sanctum. Origenes homilia 20. in Iesum Naue.

**Suthala,** filius Ephraim, nepos Ioseph. Numeri uigesimo sexto.

**Sutala,** poculum mixtum, siue spina uiridis, uel madida. Philo in interpretationibus nominum de Numeris.

**Σύμμενος** Graecè, Latine collectio dicitur, quod hoc sancti Apostoli inter se per Spiritum sanctum salubriter condiderunt. Dicitur et indicium, quod per illum is qui rectè crediderit, indicatur. Clemens epistola prima.

**Symeon.** Vide Simeon.

**Symeon,** audiuit tristitiam, uel nomen habitaculi. Philo in interpret. nominum de Exodo.

**Symeon,** audiens, uel audiuit tristitiam. Hieronymus ibid. de Luca.

**Symeon** audientis tristitias. Idem ibidem de Apocalypsi.

**Symeon** interpretatur exauditio. Origenes homilia 14. in Iesum Naue.

**Symeon** nomen significat, exaudibilem ei fuisse Deum. Iosephus lib. 1. cap. 27. Antiquitatum Iudaicarum.

**Syn rubus** interpretatur, siue tentatio. Origenes homilia 27. in Numeros.

**Synagogae.** Dedicata septima dies deputatur, in qua ceteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, quae Synagogae appellantur, ordine sub senioribus iuniores confidere solent. Eusebius lib. 8. cap. 4. de Preparatione Euangelica.

**Σύννοια, Σύννοια** est, scientia eius quod est comparabile, aut comparatio quae dimoueri non potest, aut comparatiua facultas eorum quorum est prudentia et scientia, et uniuscuiusque, et omnium quae in unam conferuntur rationem. Clemens Alexandrinus libro 2. Stromatum.

**Syntyche,** matrona, ciuis Ecclesiae Dei in urbe Philippis. Philip. 4.

**Syntychan,** loquelam, siue *ἡ δόξα καὶ ἡ χάρις*, quae nos dicere possumus, cantilenam. Hieronymus in interpret. nominum de epist. ad Philippenses.

**Syra,** puteus in tribu Iuda. 2. Sam. 3.

**Syra,** mensura eius, siue tentatio. Hieronymus in interpret. nominum de epist. ad Galatas.

**Syracusa,** metropolis Siciliae, sub promontorio Pachino: siquidem Sicilia ipsa tribus est distincta promontorijs: unde et à trianguli specie, Trinacria quodam uocata: mox à Siculo rege Sicilia dicta est. Primum promontorium dicitur Pelorum, et spectat ad aquilonem: cui Messana ciuitas proxima est: et aduersum ex Italia dictum est promontorium Cenus, duodecim stadiorum interuallo. Secundum dicitur Pachinum, quod respicit ad Euronotum. Tertium appellatur Lilibeum, ciuitatem eiusdem nominis habens, et dirigitur in occasum. Id. de locis Actorum apostolorum.

**Syracusæ,** murus, siue maceria letitiae. Id. in interpret. nominum eiusdem libri.

**Syria,** quae Hebraice Arau dicitur, regio est inter flumen Euphratem et mare magnum usque ad Aegyptum pertingens: habet maximas prouincias, Comagenam, Phoeniciam et Palaestinam, absque Saracenis et Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim. Id. de locis eiusdem libri.

**Syria,** sublimis siue humecta. Philo in interpret. nominum de Genesi, et libro 2. Allegoariarum legis.

**Syria,** sublimitas. Idem ibid. de lib. Iudicum.

Syria, sublimis, iuxta Hebraeam etymologiam, nam Syria Hebraice Aran. Hieronymus ibid. de Actis apostolorum, & epist. ad Galatas.

Syrophœnissa, sic nominatur Marci 7. mulier gentilis, nata in oppido Phœnicie, Cana, de quo supra diximus.

Syrtes, arenosa in mari magno loca multum terribilia & metuenda, eo quod ad se omnia diripere soleant, & appropinquantes uadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Aegyptium uicinæ sunt, & pariter admiscuntur. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Syrtim, angustiam, siue tribulationem: melius autem Salustius à tractu ait nomen impositum. Idem in interpret. nomin. eiusdem libri.

## T A.



Abath, ubi pugnatū est aduersus Madian. Eusebius de locis Hebraicis.

Tabath, bona. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

Tabael, bonus Deus. Id. ibid. de Esaia.

¶ Qui habebunt tabernacula æterna.

Vt cum defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Qui sunt qui habebunt tabernacula æterna, nisi sancti Dei? Et qui sunt qui ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula æterna, nisi qui eorum indigentie seruiunt, & quod eis opus est, hilariter submitrant? Augustinus sermone trigesimo quinto de uerbis Domini.

Tabernæ, uisiones eorum, siue bona uisio. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Tabita, ex morte reuocata in uitam à Petro. Actorum 9.

Tabita, damna, uel caprea. Hieronymus in interpret. nomin. de Actis apostolorum.

Tabita cumi, puella surge, Syrum est. Idem ibidem de Mattheo.

Tabremmon, pater Benadab, regis Syriæ. 1. Regum 15.

Tachasin, locus in tribu Zabulon. Iosue decimono.

Tacho, silens. Philo in interpretationibus nominum de Genesi.

Taeth, occidens. Id. ibid.

Tafnas, ciuitas Aegypti. Lege Osee, Ezechiel et Hieremiam. In hac habitauerunt Iudei, qui ob metum Babyloniorum cum Hieremia fugerunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Tafnas, insanum os serpentis, siue opertum signū. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

Tafnas, stupens os serpentis, ab ore, nō ab osse intelligendum. Id. ibid. de Ezechiele.

Tala, ros eorum, siue irrorata. Idem ibidem de Iesu Naue.

Talam, ros. Id. ibid. de Genesi.

Talem, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Talentum omniem mensuram, quæ ponderatur,

excedit: uerum iuxta libræ pondus, est libræ centum uiginti quinq;. Sex minuta talenti, septem assaria sunt. At septem minuta assariorum, centum denarij sunt. Epiphanius de Mensuris & Ponderibus.

Talenta. Domine, quinque talenta tradidisti mihi. Talenta hic pro eo quod unusquisq; facere potest accipimus, siue autoritate protegere, siue pecunijs iuuare, siue doctrina admonere, siue alia quapiã re proximis prodesse queas. Chrysostomus homilia 79. in Mattheum.

¶ Quid quinq;, duo, & unum talenta significant.

In quinque & duobus & uno talento, uel diuersas gratias intelligamus, quæ unicuique traditæ sunt. Vel in primo, omnes sensus examinatos: in secundo, in intelligentiam & opera: in tertio, rationem qua homines à bestijs separamur. Hieronymus in uigesimum quintum Matthei.

Abscondere talentum suum in terra. Qui unum accepit, abiens fodit in terram. Abscondit talentum suum in terra, qui accipiens notitiam Christi contemnit uitam spirituales, & in terrenis actibus & delicijs conuersans obruit illud in carne sua, & solitudinibus mundi quasi spinis suffocat fidei suæ bonum, & non facit fructum. Hoc est enim talentum in terra abscondere, quod est semen uerbi inter spinas suffocare. Autor operis imperfecti homilia quinquagesimatertia in Mattheum.

Tanach, ciuitas Leuitarū in tribu Manasse, prope Samariam. Ios. 21.

Tanach, ciuitas prope Mageddo. Ibid. 17.

Tamis, ciuitas Aegypti, sicut Esaia & Ezechiel scribunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Tanis, mandans humilia. Philo in interpretationibus nominum de Esaia.

Tantisper. Nam regere hunc tantisper oportet, dum pedibus subiciat omnes inimicos. Quod tantisper, dum, usq; donec, & id genus uoces, quoties de Deo dicuntur, non finem significant uidere licet. A seculo, inquit, sum, & usque in seculum. Et rursus: Ego sum, ego sum, tantisper dum cōsenescatis ego sum, inquit. Chrysostomus homilia trigesima nona in priorum ad Corinthios.

Taphnes, uxor regis Aegypti. 1. Reg. 11.

Taphnis, urbs Aegypti, existimatur eadem esse, quæ à Ptolomæo Tanis uocatur. Condita est septem annis post urbem Hebron. Num. 13.

Taphua, fons Taphue, cuius mentio fit Ios. 12. 15. 16. 17. prope Betharaba, non procul à Iordane situs fuit.

Tapsar, Hieremie quinquagesimo primo. Numerate contra eam Tapsar.

Tarachas, rex Aethiopia, opem fert Sethoni regi Aegyptio sustinente hostilem impetum Sennaberib regis Assyriorum ad Pelusium. Esaie 37. 2. Regum 19.

Tarus, ciuitas metropolis Cilicie prouinciæ Paulo apostolo gloriosa. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Tebbo.



Tebbon, oppidum in tribu Iuda. Ios. 15.

Graui tempestate accumbere. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Consuetudo habet humani sermonis, ut grauem calumniam patiens, graui dicamus tempestate accumbere. Arnobius in Psal. 68.

Templum Dei. Vnusquisque suscipiens uerbum Dei, templum est Dei, ut recte dicatur ad eum: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Origenes in 24. Matth.

Nescitis quia templum Dei estis, &c. Templum Dei nos dicit, ut Deum in nobis habitare sciamus. In templo enim suo habitat necesse est. Ambrosius in 3. prioris ad Corinth.

Templum hominum & Dei. Templum hominum est, edificatio lapidum pulchre composita: templum autem Dei est, congregatio electorum religiose conuersantium. Autor operis imperfecti homil. 47. in Mattheum.

Templa. Quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. Merito iustorum corpora templa dicuntur, quia anima in corpore iusti dominatur, & regnat, quasi Deus in templo. Vel certe, quia ipse Deus in corporibus habitat iustis. Corpora autem peccatorum sepulchra dicuntur mortuorum, quia anima mortua est in corpore peccatoris. Nec enim uiuens putanda est, quae nihil uiuum, aut spirituale agit in corpore. Vel quia mors ipsa habitat in corporibus peccatorum. Id. ibid. homil. 45.

Tempus. Tempus est, spatium motus caeli. Philo lib. de Opificio mundi.

Tempus tripartitum. Tripartitum tempus est, diuisum in praeteritum, praesens, atque futurum. Id. de sacrificijs Abelis & Caini.

Tempus acceptum. Ecce nunc tempus acceptum, &c. Tempus acceptum quale illud: tempus gratiae, quando non exiguntur peccatorum poenae, sed cum conciliatione frui licet innumeris bonis, iusticia, sanctificatione, alijsque omnibus. Ideo acceptum, quia & accepit eos qui multum deliquerant: non simpliciter accepit, sed in summum honorem adduxit, quemadmodum quando uenit rex, non iudicij tempus, sed gratiae & salutis est. Chrysostomus homilia 12. in secundam ad Corinth.

Tempus legitimum. Usque ad praefinitum tempus a Patre. Legitimum tempus, sicut Romanis legibus, uiginti quinque annorum spacio terminatur: ita ad humani generis perfectionem, Christi reputatur aduentus. statim ut ille uenerit, & omnes in uirum perfectum creuerimus, pedagogus a nobis tutorque discedunt. Tunc autoritate Domini & hereditatis possessione perfruemur, in qua prius nati, quodammodo putabamur alieni. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Tempus malum. Soli iusti non confundentur in tempore malo. Tempus malum hic tempus iudicij nominat, propter multitudinem peccatorum, & eorum quos seua tormenta suscipient. Origenes homil. 3. in Psalm. 36.

Tempus retributionis. Vocare annum Do-

mini acceptum, & diem retributionis. Hoc fuit retributionis tempus, in quo omnis sanguinis effusi, a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariae, & ipsum preciosum sanguinem Iesu, ultio sumpta est, & supplicium de illorum natione, qui in illum peccauerunt: usque adeo, ut ex illo extremum interitum, extremamque uastationem pertulerint. Eusebius lib. 9. de demonstratione Euangelica.

Tempus tribulationis. Et protector eorum est in tempore tribulationis. Quid est tempus tribulationis, nisi hoc in quo sumus cum per arctam et angustam uiam incedimus quae ducit ad uitam? si tamen per angustam incedimus, quae ducit ad uitam, & non per illam latam & spaciosam quae diuitijs dilatatur, & luxuria dissoluitur, quae in carnis uoluptatibus emollescit, quae praesentem gloriam diligit. Origenes homil. 5. in Psal. 36.

Temporis plenitudo. At ubi uenit plenitudo temporis. Plenitudo temporis est, completum tempus, quod praefinitum fuerat a Deo Patre quando mitteret filium suum, ut ex uirgine factus quasi homo nasceretur, subiiciens se legi usque ad tempus baptismi, ut formam daret quomodo peccatores abluti, & a iugo legis erepti dignatione Dei filij ei adoptarentur, sicut promiserat, redempti sanguine filij eius. Ambrosius in 4. ad Galatas.

Plenitudo temporum. Ad dispensationem plenitudinis temporum, &c. Plenitudinem hanc temporum, sapientiam Dei dicit, quae genus humanum tum saluauit, quando potissimum periturum erat. Chrysostomus serm. 1. ad Ephesios.

Tempora. Sint in signa, & tempora, &c. Tempora existimamus scripturam dicere quatuor uicissitudines temporum, hyemis, inquam, ueris, aestatis, ac autumnus: quorum periodus ordine miro ab ordinatissima proficiscitur luminarium motione. Basiliius homilia 6. Hexameri.

Tempora quatuor. Tempora quatuor sunt, scilicet hyems, uer, aestas, & autumnus. Philo libro de Opificio mundi.

Tempora propria testimonij. Cuius testimonium temporibus proprijs confirmatum est. Tempora propria testimonij appellauit conuenientia. Ita etiam in epistola ad Galatas: Quando autem uenit plenitudo temporis. Theodoret. in 1. secunda ad Timoth.

Tempora refrigerij. Si quo pacto ueniant uobis tempora refrigerij. Hic de resurrectione differit obscure. Reuera enim illa refrigerij tempora, quae inquirebat & Paulus dicens: Et nos qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus grauati. Chrysostomus homilia 9. in Acta apostolorum.

Tempora colere. Dies obseruatis, & menses, & tempora, &c. Tempora colunt, qui ter per annos singulos Hierosolymam uenientes putant se Domini implere praecipuum dicens: Tribus temporibus anni diem festum agetis mihi, solennitatem azymorum, & solennitatem mensis primitiuorum, & solennitatem consummationis in exitu anni. Et alibi: Tribus temporibus anni apparebit masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui. Hieronymus in 4. ad Galatas.

Tempora-

**Temporalia.** Quoniam sanè uisibilia quædam dicit esse Paulus & temporalia, alia uerò præter hæc inuisibilia & æterna, quærimus quomodo hæc quæ uidentur temporalia sint. utrum ne pro eo quod nihil omnino post hæc erunt in omnibus illis futuris spatijs ac seculis, quibus dispersio illa unius principij, atque diuisio ad unum eundem modum ac similitudinem reparatur: an pro eo quod habitus quidem eorum quæ uidentur, transeat: non tamen eorum qualitas omnimodè corrumpatur. Et Paulus quidem uidetur id quod posterius diximus confirmare, cum dicit: Transit enim habitus huius mundi. Sed & Dauid cum dicit: Cœli peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & uelut amictum mutabis eos, sicut uestimentum mutabuntur: eadem uidetur ostendere. Si enim mutabuntur cœli, utique non perit quod mutatur: & si habitus mundi transit, non omnimodè exterminatio, uel perditio substantiæ materialis ostenditur, sed immutatio quædam sit qualitatis, atque habitus transformatio. Esaias quoque cum prophetiam dicat, quia erit cœlum nouum, & terra noua, similem sine dubio suggerit intellectum. Origenes lib. 1. cap. 6. Periarchon.

**Temulentia.** Temulentia est, potatio largior. Philo lib. de plantatione Noe.

**Tenach,** oppidum in tribu Manasse, inter Endor & Mageddo. Ios. 17.

**Tenebræ.** Et lux in tenebris luget. Tenebras, & mortem & errorem appellat. Chrysostomus homil. 4. in Ioannem.

**Tenebras,** naturam quæ illuminatione indiget, appellauit, quæ uniuersaliter à nihilo ad esse producta est. Cyrillus lib. 1. cap. 7. in Ioannem.

**Populus qui sedebat in tenebris,** uidit lucem magnam. Tenebras hic non istas sensibiles, sed errores atque impietates uocat. Chrysostomus homil. 14. in Mattheum.

**Et posuit tenebras latibulum suum.** Tenebras hic pro inuisibilitate posuit, unde & sequitur: in circuitu eius tabernacula eius, & tenebrosa aqua in nubibus aeris. Arnobius in Ps. 17.

**Quod dico uobis in tenebris.** Tenebras Iudæicum populum dicit, sicut scriptum est. Lux in tenebris luget, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et ideo tenebræ intelliguntur, quia lumen uerum cognoscere non potuerunt. Autor operis imperfecti homil. 25. in Mattheum.

**Rectores mundi tenebrarum harum.** Quid est mundi? tenebrarum harum quibus est rector. Dilectoribus suis & infidelibus plenus est mundus. Hæc appellat Apostolus tenebras. Augustinus Sermon. 8. de uerbis Domini.

**Quod tenebræ de prauis operibus sumantur,** ipse Ioannes in sua docet epistola, dicens: Si dixerimus quod communicationem cum ipso habemus, & ambulamus in tenebris, mentimur, & non facimus ueritatem. Et rursus, Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque modo. Et adhuc, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, nec nouit quo uadat, quia tenebræ excæcauerunt

ipsius oculos: siquidem per ambulationem in tenebris indicat actionem uituperabilem. Origenes tom. 4. in Ioannem.

**Propierea etiam Paulus in speculo & ænigmatè uidere nos ait, & tenebras in occultationem eius positas esse Psalmista cecinit, tenebrarum nomine incomprehensibilitatem eius significans, quam per sumum hic intelligimus.** Cyrillus libro tertio capite tertio in Ioannem.

**Tenebræ sunt ignoratio,** per quam in peccata incidimus circa ueritatem hallucinantes. Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogici cap. 6.

**Tenebris obcuratum habentes intellectum.** Dei ignorationem appellauit tenebras. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

**Vos autem fratres non estis in tenebris.** Tenebricosam hic & impuram uitam per tenebras intelligit. Etenim uelut in nocte impuri & flagitiosi homines cuncta peragunt, quosuis fallentes, & in tenebris seipos abducentes & continentes. Chrysostomus homil. 9. in priorem ad Thessalonicenses.

**Tenebras uocat ignorationem:** diem autem cognitionem. Theodoretus in 5. prioris ad Thessalonicenses.

**Tenebræ exteriores.** Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Tenebræ semper interiores sunt, non exteriores. Sed quoniam qui à Domino foras expellitur, lumen relinquit: idcirco exteriores tenebræ nominatæ sunt. Hieronymus in octauum Matthei.

**Tenebræ mundi.** Aduersus rectores huius mundi tenebrarum harum. Tenebræ mundi, dicuntur homines iniqui: sicut & sancti mundi lux appellantur. Sicut ait Apostolus: fuisistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Autor operis imperfecti homil. 14. in Mattheum.

**Potestas tenebrarum.** Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. Potestatem tenebrarum appellauit dominatum diaboli. Theodoretus in primum ad Colossenses.

**Tentare.** Hoc autem dicebat tentans eum. Quid significat, Tentans eum? Num quid esset responsurus, ignorabat? Minime. Quid igitur? Ex ueteri testamento licet intelligi, ubi inquit: Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham. Ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac. Non dixit hoc, ut an pareret experiretur, cum omnia Deus uideat priusquam fiant, sed hominis more utrumque dictum est. Sicut enim cum dicit: Scrutatur corda hominum: non ignorationis est, sed certissimæ cognitionis: ita tentauit, nihil aliud quam certam scientiam significat, uel quod probatiorem ipsum fecit. Chrysostomus homilia decimaquarta in Ioannem.

**Tentatio.** Vosmetipfos tentate, si estis in fide. Tentationem hanc probationem uoluit intelligi, quia omnis probatio tentatio est, non tamen omnis tentatio probatio. Si enim Deus tentare dicitur, probatio est. Si autem diabolus tentare dicatur, tentatio est: quia euertere nititur. Et homo aliquando tentat, ut pro-

bet, aliquando ut capiat. Ambrosius in 13. secunda ad Corinth.

Tentatio humana. Tentatio uos non apprehendit, nisi humana, hoc est, parua, breuis, mediocris. Quod enim humanum est, id paruum dicit: quemadmodum in alio loco: Humanum dico propter infirmitatem carnis uestre. Chrysostomus homil. 24. in priorem ad Corinth.

Intrare in tentationem. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Quid est, in tentationem intrare, nisi à fide exire? Intantum enim tentatio proficit, in quantum fides deficit. Et intantum tentatio deficit, in quantum fides proficit. Augustinus Serm. 36. de Verbis Domini.

Terebinthus, in Sicimis, sub qua abscondit Iacob idola, iuxta Neapolim. Eusebius de locis Hebraicis.

Terra. Terra quatuor elementorum unum est, siccum & frigidum, grauissimum & immobile, à Deo ex nihilo ad esse prima die deductum. In principio enim, inquit, fecit Deus caelum & terram. Damascenus libro secundo capite decimo de Orthodoxa fide.

Terra pro hominibus. Vos estis sal terrae. Terra ista non accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus: sed homines qui in terra habitant, uel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis puatoribus Apostolicum salem Dominus misit. Augustinus libro primo super Sermonem Domini in Monte.

Quod amentes & inobedientes terram uocet Scriptura, planum facit Hieremias Propheta de Ioachim, & eius fratribus, dicens: Terra, terra, au li uerbum Domini, scribe uirum hunc hominem abdicatum. Clemens Alexandrinus libro quarto Stromatum.

Mortificate igitur membra uestra terrestria, &c. Terram nominauit sapientiam carnis. Maximus centuria prima de Charitate.

Terra unde ducitur. Terra Latine dicitur, quod animantium pedibus teratur. Iunilius in primum Genesis.

Terra bona. Quaedam super terram bonam. Terra bona sunt, qui abstinent se à diuitijs malis, & secundum uires suas faciunt bona, & est fructus eorum trigessimus. Si autem omnia bona sua contemnant, & accedant ad seruiendum Deo, habent sexagesimum. Si autem & infirmitas corporis eis contigerit, & fideliter sustinerint, habent centesimum, & terra bona est. Autor operis imperfecti homilia trigesima prima in Matth.

Terra inuisibilis. Terra autem inuisibilis erat, &c. Duxit terram ob causas inuisibilem dixit: aut quia nondum erat spectator ipsius homo: aut quod cerui non poterat, cum superficiei tenus obruta fluitantibus aquis esset. Nondum enim erant aggregata suis in locis aquae: quas postea Deus cum aggregasset, maria nuncupauit. Inuisibile igitur quid est? Tum id quod oculis corporis uideri non potest, qualis est mens humana: tum id quod natura quidem eisdem conspici po-

test, obiectu tamen corporis occultatur, ut ferrum, quod in alto gurgite iacet. hoc modo secundo nunc inuisibilem terram dictam esse putamus, undis uelantur. Basilus homil. 2. Hexameri.

Omnis terra. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Arbitror, sicut caetera signa quae facta sunt in passione ipsius, in Hierusalem tantummodo facta sunt: sic & tenebrae tantummodo super omnem terram iudeam sunt factae: usque ad horam nonam. Quae autem de eo in Hierusalem tantummodo haec facta sunt, quod uelum templi scissum est: quod terra contremuit, quod petrae diruptae sunt, quod monumenta aperta sunt. Nec enim extra iudeam, petrae diruptae sunt, quod monumenta aperta sunt alia, nisi ea tantum quae in Hierusalem erant, aut forte in terra iudea. Nec alta terra tremuit tunc, nisi terra Hierusalem. Nec enim refertur alicubi, quod omne elementum terrae tremuerit in tempore illo, ut se uident (uerbi gratia) & qui in Aethiopia erant, & in India, & in Scythia: quod si factum fuisset sine dubio inueniretur in historijs aliquibus eorum qui in Chronicis scriperunt noua aliqua facta. Sicut ergo quod dicitur, Terra contremuit refertur ad terram Hierusalem, aut si latius uoluerit quis extendere ad terram iudeam: sic & tenebrae factae sunt ab hora sexta usque ad nonam super omnem terram, intellige quod super omnem terram iudeam sunt factae, aut certe super Hierusalem tantum. Origenes in 27. Matth.

Terra secus uiam. Et quaedam ceciderunt secus uiam. Quae est terra secus uiam? Homo secundum istum mundum uiuens, qui omnia ea sapit quae mundi sunt, & nihil quod Dei est, sed hoc solum diebus ac noctibus cogitat, hoc concupiscit, quod pertinet ad bene manducandum & bibendum, & spuram corporis exercendam. Autor operis imperfecti homil. 31. in Matth.

Terra uiuentium. Credo me uidere bona Domini in terra uiuentium. Non existimo Prophetam hanc uiuentium appellasse terram, quae mortalia omnia producit, & in sese rursus quicquid ex ea prodijt, resoluit: sed uidit & intellexit terram uiuentium, quam mors non inuasit: in qua, uia peccatorum non irrita est: quae uitiositatis uestigium in sese non accepit. quam is, qui zizania seminat, non proscindit aratro improbitatis: quae tribulos & spinas non producit: in qua aqua requietis, & locus pascuae: & fons, qui in quatuor riuos diducitur, & uitis, quae à Deo summe rerum colitur: & quaecumque denique alia à diuinitus prodita atque suggesta doctrina per inuolucra uerborum audimus. Gregorius Nyssenus libro de Beatitudinibus.

Columnae terrae. Ego firmaui columnas ipsius: uim eam qua continetur atque stabilis est, dictam esse columnas puta. Basilus homilia prima Hexameri.

Inferiora terrae. Nisi quia & descendit in inferiora terrae? Inferiora terrae, infernus accipitur, ad quem Dominus noster Saluatorque descendit, ut sanctorum animas quae ibi tenebantur inclusae, se cum ad cae-

los uictor abduceret. Vnde & post resurrectionem eius, plurima corpora iustorum in sancta ciuitate uisa sunt. Hieronymus in quartam ad Ephesos.

Inferiores partes terræ. Nisi quod & descendit primum in inferiores partes terræ. Inferiores terræ partes mortem uocant. Etenim ita etiam dicit Propheta: Posuerunt me in lacu inferiori. Et rursus: Et substantia mea in inferioribus terræ. Theodoretus ibidem.

Terrenum & cœleste. Sicut portauimus imaginem eius qui de terra est, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Quid est terrenum? *Platina*. Quid autem cœleste? Spiritus. *Irenæus* lib. 5. pag. 304. Aduersus hæreses.

Tertius, amanuensis Pauli apostoli scripsit, dictante Paulo, epistolam ad Romanos. Romæ decimo sexto.

Tertius, adiungens, id est, applicans se. Hieronymus in interpretationibus nominum de epistola ad Romanos.

Tertullus, orator Ananiæ Pontificis, accusat Paulum coram Felice præside. Actuum uigesimo quarto.

Tertullus, placens stercore, uel aggere eorum. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Tefan, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

#### ¶ Quid inter testamentum & legislationem inter sit.

Et testamentum & legislatio. Quod dicit testamentum & legislatio, unum fortasse dicere uideatur. Lex enim quæ lata est, ipsa etiam testamentum appellatur. Sed ego hanc esse distinctionem puto: quod legislatio quidem fuerit una, & semel habita per Moysen: Testamenta frequenter statuta sunt. Quoties enim peccauerunt, & abiecti sunt, toties exheredati uidentur. Et rursus, quoties reprobati sunt Deus, reuocauit eos, & in hereditatem suæ possessionis adduxit, toties reparasse testamentum, & heredes eos scripsisse credendus est. Origenes libro septimo ad Romanos.

#### ¶ Testamentum duplex.

Propterea omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ea quæ de thesauro profert noua & uetera, sine contradictione duo testamenta dicit. Vetus quidem quod ante fuerat legislatio. Noua autem quæ secundum Euangelium est conuersatio ostendit, de qua Dauid ait: Cantate Domino canticum nouum. Et Esaias: Cantate Domino hymnum nouum. Initium eius glorificatur nomen eius à summo terræ, uirtutes eius in insulis annunciant. Et Hieremias ait: Ecce disponam, inquit, testamentum nouum, non quemadmodum disposui patribus uestris in monte Oreb. *Irenæus* libro quarto capite uigesimo primo aduersus Hæreses.

Vetus testamentum. Quid est uetus testamen-

tem? Quasi hereditas pertinens ad hominem ueterem. Augustinus tract. 30. in Ioannem.

Vetus testamentum est, fidelis firmitas, retundens perfidiam Iudeorum, & excludens nequitias hæreticorum, à quibus mens supplantatur infirmior. Ambrosius in 16. Lucae.

Testificari. Testificans Iudeis simul ac Græcis. Hoc est proprie, Testificor: quando non attendentibus loquimur. Ita Moses ait: Testificor cœlum ac terram. Et nunc ille: Testificans Iudeis simul ac Græcis penitentiam agant, & conuertantur ad Deum. Neque enim Iudei illum sciuerunt, eo quod filium ignorarent, & opera ac fidem non habuerint erga Iesum Christum. Chrysostomus homil. 44. in Acta apostolorum.

Testimonium pro prædicatione. Quia creditum est testimonium nostrum in die illa. Testimonium appellauit prædicationem. Theodoretus in 1. secunda ad Thessalonicenses.

Testimonium pro passione. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est. Testimonium appellauit passionem, primum quidem quod fuerit iniusta occisio. Deinde etiam quod omnes habeat testes Prophetas, & cum Iudei dicerent: Tu testimonium perhibes de te: testimonium tuum non est uerum. Respondit: Solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater. Id. in 1. secunda ad Timoth.

Testimonium conueniens. Sed nec sic conuenientia erant eorum testimonia. Tunc est conueniens testimonium, quando eadem dicunt: non autem sunt conuenientia, quando dissonant sibi, qualia erant testimonia horum qui aduersus Iesum testimonia proferebant. Origenes in 26. Matth.

Testis. Quisquis testificatur de ueritate, tum uerbis, tum operibus, quomodo cunq; fauens illi, is iure testis dicendus est: sed iam fraternitatis morem, qui admiratione prosequuti sunt (nempe affectum eorum, qui usq; ad mortem certarunt pro ueritate, uel fortitudine) eos proprie solos nominarunt martyres, seu testes, qui sui ipsorum sanguinis effusione, diuini cultus mysterio, testimonium reddidere. Cum Seruator etiam nominet omnes testimonium præbentes ijs, quæ de se annunciantur, uapruas, hoc est, testes, cum in cœlum reciperetur dicendo Apostolis: Eritis mihi testes tum in Hierusalem, tum in Samaria, & usque ad ultimum terræ. Idem tomo quinto in Ioannem.

Testis falsus. Nouissime autem uenerunt duo falsi testes, &c. falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur. Hieronymus in 26. Matthæi.

Teth, bonum. Philo in interpret. nomin. de Psalterio. Eusebius lib. 10. cap. 2. De præparatione Evangelica.

Tethel significat pondus. Iosephus lib. 10. cap. 13. Antiquitatum Iudaicarum.

Tethron, urbs in tribu Zabulon. Iud. 1.

T H

Thaamath, dedit indignationem, sine bilem. Philo in interpret. nomin. de Hieremia.

N 3 Thaanae,

**Thaanac**, ciuitas iuxta quam Debora aduersum Sisaram dimicauit in tribu Manasse, separata Leuitis, quam tenere non potuit, pristinis cultoribus nequam eiecit. Est autem uilla nunc præ grandis distans à legione tribus millibus. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thaanac**, respondens siue humilitas. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Thaanach**, ciuitas quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. fuit autem in tribu Manasse separata Leuitis: & nunc in quarto milliario oppidi legionis hoc nomine uicus ostenditur. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thaas**, filius Nachor, fratris Abraham. Genesis uigesimo secundo.

**Thaasar**, diuitiæ. Philo in interpret. nomin. de libris Regum.

**Thaat**, castra filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thaath**, iuxta Galaad. Id. ibid.

**Thabee**, frater Thas, filius Nachor. Genesis uigesimo secundo.

**Thabor**, terminus Zabulon. Est autem mons in medio Galilee campo, mira rotunditate sublimis, distans à Diocæsarea decem millibus contra orientalem plagam: qui confinium quoque inter tribum Issachar & Neptalim fuit. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thabor**, urbs Leuitarum prope montem Thabor.

**Thabor**, ueniens lumen, uel ueniat lux. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue & Psalterio.

**Thabremmon**, bonus ad uidendum, siue bona sublimitas, uel bona uisio eorum. Id. ibidem de tertio Regum.

**Thadal**, rex Gentium. Gen. 14.

**Thaddæus**, cognomen Iudæ Lebbaei Apostoli fratris Simonis. Mar. 3. Matth. 10.

**Thaddæus** est corculum. Hieronymus in tertium Marci.

**Thaffa**, in tribu Iuda ciuitas quam expugnauit Iesus, rege illius interfecto. Diximus & supra de termino Palestine & Aegypti quæ appellatur Bethaphu. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thafisa**, claudicatio, siue remissio uitæ. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

**Thafnes**, opertum signum. Idem ibidem de Ezechiele.

**Thalami** interpretatur præcipitium, uel suspensio. Origenes homil. 20. in Iesum Naue.

**Thalassar**, regio Syria. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thalasar**, appensus princeps, uel appendit principem. Philo in interpret. nomin. de libris Regum & Psalterio.

**Thalca**, in tribu Symeon: nunc uicus grandis Iudeorum dicitur Thella, quasi in sextodecimo milliario Eleutheropoleos contra orientalem plagam. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thalla**, ager eius, uel appensio. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Thalmal**, suspensio, uel sulcus. Id. ibid. de lib. Iudicum.

**Thalme**, sulcus siue sulci, uel dependens. Id. ibid. de Iesu Naue & secundo Regum.

**Thamar**, nurus Iudæ Patriarchæ, cum qua ignorans committit incestum. Gen. 38. Matth. 1.

**Thamar**, soror Absalon, stuprata ab Amon. 2. Samuelis 13.

**Thamar**, urbs Syria, à Salomone ædificijs ornata, Latine Palmyra dicitur. fit eius mentio Ezechielis 27. 28.

**Thamar**, palma, siue amaritudo, uel commutans. Philo in interpret. nomin. de Genesi. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Thamar**, palma interpretatur. Philo lib. 2. Allegoriarum legis.

**Thamar**, interpretatur immutata, uel exacerbatio. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

**Thamara**, unius diei itinere à Memphis oppido separatam, pergentibus Æliam de Chebron, ubi nunc Romanum præsidium positum est. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thamath**, perfecta pars, siue consummatio data. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Thamathares**, enumeratio solis. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

**Thammutz**, consummantes, siue contemptus. Id. ibid. de Ezechiele.

**Thamna**, ubi oues suas totondit Iudas: ostenditur hodieque prægrandis uicus in finibus Diopoleos euntibus Æliam in tribu Dan siue Iudæ. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thamna**, ciuitas alia principum Edom: sed ex concubina Eliphaz filij Esau, Tamna appellata est, quæ peperit ei Amalech: unde Amalechite. Idem ibidem.

**Thamna**, uetans, uel deficiens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Thamna**, numerus uel fidelis, siue numerata, aut consummatio eorum. Idem ibidem de Iesu Naue.

**Thamnas** interpretatur defectio commota. Origenes homil. 19. in Numeros.

**Thampsa**, terminus regni Salomonis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thanach**, humilitas, uel respondebit tibi. Philo in interpret. nomin. de lib. Iudicum.

**Thanameth**, consolator. Idem ibidem de libris Regum.

**Tanath**, respondet tibi. Idem ibidem de tertio Regum.

**Thanathselo**, urbs uicina Samariæ uersus orientem limes tribus Ephraim. Ios. 19.

**Thanes**, urbs Aegypti. Es. 30.

**Thanna**, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

**Thannatsara**, ciuitas Iesu filij Naue, in monte sita: in qua usque in præsentem diem sepulchrum eius ostenditur in tribu Dan. Id. ibid.

**Thaphet**, legimus in Hieremia Arambapheth.

Est autem in suburbanis Aelia usq; hodie locus qui sic uocatur, iuxta piscinam fullonis, et agrum Acheldema. Id. ibid.

Thaphnathfare, numerus operimenti noui. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Thaphnes, cooperte signum, quod significantius Græcè *επιμακρ* dicitur. Idem ibidem de tertio Regum.

Thaphol, locus in deserto trans Iordanem: in quo Moyses Deuteronomium scripsit contra Hiericho. Eusebius de locis Hebraicis.

Thaphue, in tribu Ioseph. Id. ibid.

Thaphur, in tribu Manasse. Id. ibid.

Thapla, urbs uicina Thersæ. 2 Reg. 15.

Thapse, indignans, siue sessio offendiculi. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Thara, castra filiorum Israel. Eusebius de locis Hebraicis.

Thara, exploratores odoris, siue exploratio ascensionis, uel pastio. Philo in interpretationib. nomin. de Genesi.

Thara apud nos intelligitur contemplatio stuporis. Origenes homil. 27. in Numeros.

Tharacha. Vide Tarachas.

Thare, pater Abraham. Gen. 11. Ios. 24. Luc. 3.

Thare, uigesima quarta mansio Israelitarum. Numeri 33.

Thare, exploratio, uel pastura, siue nequitia. Philo in interpr. nomin. de Numeris.

Tharei, pascens, siue pastura. Hieronymus ibid. de Matth. eo.

Thares, exploratores leticie, siue gaudium. Philo ibid. de Genesi.

Tharela, oppidum tribus Benjamin. Ios. 19.

Thargal, sciens iugum, uel explorator. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Tharsa, ubi Asa rex Israel fuit. Eusebius de locis Hebraicis.

Tharsila, unde fuit Manaën, usque hodie est uiculus Samaritanorum in regione Batanea, qui Thersila dicitur. Id. ibid.

Tharsis, filius Ionis, nepos Iaphet. Genesis 10.

Tharsis, unde aurum afferebatur Salomoni: hanc putat Iosephus Tharsum urbem esse Cilicie. Porro iuxta Ezechielem Prophetam Carthago sentitur. Si quidem in eo loco ubi secundum Septuaginta interpretes legimus Carthaginem, in Hebræo habemus Tharsis scriptum. Nonnulli Indiam putauerunt. Eusebius de locis Hebraicis.

Tharsis, exploratio gaudij. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Tharsis Tharsos uocauit eos, quorum princeps fuit, sic enim antiquitus Cilicia uocabatur. Tharsos enim apud eos maxima ciuitatum metropolis appellatur, T littera, pro S mutata. Iosephus lib. 1. cap. 11. Antiquitatum Iudaicarum.

Tharsensis, explorator leticie. Hieron. in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Thartach, subuersio, quam melius Græci *ἀνατροπή* uocant. Philo ibid. de libris Regum.

Thartam, idolum Auæorum. 2. Reg. 17.

Thartan, capitaneus regis Assyriorum. ibidem decimo octauo.

Thartan, turturem dedit, uel superfluum, uel elongans. Philo in interpretationibus nominum de libris Regum.

Tharthar, quam in terra Iudææ Euei condidere. Eusebius de locis Hebraicis.

Thau, abauus Samuelis Prophetæ ex tribu Leui. 1. Sam. 1. 1. Par. 6.

Thau, signum, uel subter. Philo in interpr. nomin. de Psalterio.

Thau, consummatio. Id. ibid. de Ezechiele.

Thau signa dici potest. Eusebius lib. 10. cap. 2. de Præparatione Euangelicâ.

Theatrum, locus à spectaculo uocabulum mutans, quod in eo populus stans desuper atq; spectans, ludos scenicos contemplaretur. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Thebbath, urbs in tribu Manasse. Iud. 7.

Thebel, insulitas. Philo in interpr. nomin. de Deuteronomio.

Thebes, urbs quam cum oppugnaret Abimelech, fragmine mole ictus interijt. Est autem usq; hodie uicus nomine Thebes, in finibus Neapoleos pergentibus Scythopolim quasi in tertio decimo eius lapide. Eusebius de locis Hebraicis.

Thebes, conuersio, siue fieri oua. Philo in interpr. nomin. de lib. Iudicum.

Thebes, fuerunt in ea, siue facta mea. Id. ibid. de secundo Regum.

Thebni, filius Gimeth, à parte populi eligitur rex Israel. 1. Reg. 16.

Thebni, palea mea. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Thecua, usq; hodie iuxta desertum ciuitatis Aelie uicus ostenditur, unde et Amos Prophetæ fuit. Eusebius de locis Hebraicis.

Thecue, clangor, uel tuba, siue percussio. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

Thecue, tuba, uel buccina, siue percussio, quam Græci *κρησκή* uocant. Id. ibid. de Amos.

Thecutes, tuba canens, uel buccinator. Id. ibid. de secundo Regum.

Thecum, patientia. Id. ibid. de libris Regum.

Thedor, paxillus. Id. ibid. de tertio Regum.

Theen, filius Ephraim. Num. 26.

Theetim, inferiores, uel subter. Philo in interpr. nomin. de secundo Regum.

Theglatphalasar, rex Assyriorum 23 annis, successit Phul Belocho. Hic urbes in tribu Neptalim occupat, et populum abducit. secundo Regum decimo quinto, et decimo sexto.

Theglar, transmigrans, actiua significatione intelligendum, quod Græcè dicitur *ἀποκίσειν*, id est, alios transferent. Philo in interpretationib. nomin. de libris Regum.

Thelabim, dispersi. Id. ibid. de Ezechiele.

Thelamage, locus in quo Abner misit ad Dauid. Sed sciendum quod pro hoc uerbo Aquilla inter-

pretatur extemplo, Symmachus pro semetipso. Eusebius de locis Hebraicis.

Theleme, riuus aquarum, uel ager aquarum. Philo in interpr. nomin. de Exodo.

Thema, filius Hismael. Gen. 25.

Theman, filius Heliphaz, nepos Esau, partem Idumæ tenuit. Ibid. 26. Hierem. 25. 49. Amos 12.

Theman, regio Principum Edom in terra Gebalitiæ, à Theman filio Eliphaz filij Esau sortita uocabulum: sed & usque hodie est uilla nomine Theman distans ab urbe Petra quinq; millibus: ubi & Romanorum militum presidium sedet: de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Unus quoq; filiorum Ismael appellabatur Theman. Sciendum autem quod omnis australis regio Hebræis Theman dicitur. Eusebius de locis Hebraicis.

Theman, iuxta Ezechielem ciuitas Idumæ. Porro Esaias in uisione eam ponit Arabiæ. Meminit huius & Hieremias. Abdias autem scribit ciuitatem Esau. Sed & unus filiorum eius Theman appellabatur: sicut supra diximus. Id. ibid.

Theman, auster, uel africanus. Philo in interpr. nomin. de Genesi & Exodo.

Themor, zmirna. Id. ibid. de tertio Regum.

Themora, consummatio amaritudinis. Id. ibid. de Ezechiele.

Thena, castra, uel donata. Id. ibid. de Numeris.

Thenach, urbs in finibus tribuum Manasse & Issachar, prope Mageddo & Iezrael. Ios. 17. Alia, prope Samariam.

Thenath, in tribu Ioseph: hodieq; uilla est Thenath in decimo milliario Neapoleos contra orientem, descendentibus Iordanem. Eusebius de locis Hebraicis.

Thenna. Vide Thanna.

Thennat, ficus. Philo in interpr. nomin. de Iesu Naue.

Theophilo cuidam dedicat Lucas historiam Euangelij & Acta apostolorum à se scripta.

Primum sermonem feci de omnibus ò Theophile, &c. Princeps erat hic Theophilus. Cecumenius in 1. Actorum apostolorum.

Theophilus est, quem Deus diligit. Ambrosius in Explanatione proœmij Lucae.

Theophile, sursum ferens, siue conuertens: sed melius Græca etymologia, ab eo quod amatus sit à Deo. Hieronymus in interpr. nomin. de Actis apostolorum.

Theoteta deitatem Latine nuncupant. Hilarius can. 16. in Matth.

Beata uirgo appellatur Theotocos, hoc est, Dei genitrix. Maxentius lib. 1. Dialogi.

Therac, elongatus, siue ut nomen proprium figuratus, Proculus. Philo in interpr. nomin. de libris Regum.

Theraphim, figure. Idem ibidem de Ezechiele.

Theraphim, incendia, sed melius imagines, uel figure, quas Græci *θεραφίμα* uocant. Id. ibid. de libris Regum.

Therela, uidisti terebinthum. Idem ibidem de Iesu Naue.

Therema, in tribu Benjamin. Eusebius de locis Hebraicis.

Thermad, exploratio redemptionis. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Thermoth, ciuitas quam edificauit Salomon in deserto. Eusebius de locis Hebraicis.

Thersa, filia Salphaad, nepotis Galad. Numeri 26. 27.

Thersa, sedes aule Ieroboam & sequentium aliquot regum Israel. 1. Reg. 14. 15. 16. 2. Reg. 15.

Thersa, complacens sibi, quod Græcè melius dicitur *αὐτοδιδασκα*. Philo in interpretationib. nomin. de Numeris.

Thersa, complacitio, quæ significantius Græcè dicitur *αὐτοδιδασκα*. Id. ibid. de Iesu Naue.

Thersa, placens. Id. ibid. de tertio Regum.

Thersam, hanc cum rege suo cepit Iesus. Eusebius de locis Hebraicis.

Thesaurus. Secundum duritiam autem tuam & cor inponitens thesauris tibi iram &c. Thesaurus appellatur, quo diuersi generis opes & diuitiæ congregantur. Huius in Scripturis significantiam triplicem legimus. Dicitur enim in Euangelio, thesaurus esse quidam in terris, in quo prohibet Dominus thesaurisari: & alius thesaurus in coelo, in quo iubet fideles quosq; opes suas recondere: & hic nunc Apostolus dicit iræ thesauros. Origenes libro secundo ad Romanos.

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: &c. Thesaurus in agro, Christus intelligitur in carne: quem inuenisse est gratum. Euangeliorum enim prædicatio in absoluto est. Hilarius canone decimo tertio in Matth.

Thesaurus iste in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: aut Deus uerbum est, qui in carne Christi uidetur absconditus: aut sanctæ Scripturæ, in quibus reposita est noticia Saluatoris: quem cum quis in eis inuenit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut illum possit habere quem reperit. Hieronymus in decimum tertium Matthei.

Habentes autem thesaurum hunc in usis fictilibus, &c. Thesaurum sacramentum significauit Dei in Christo, quod credentibus manifestatur: incredulis uero quodam tectum est uelamine: qui sicut thesaurus in occulto ponitur: ita & sacramentum Dei intra hominem, id est, in corde humano absconditur. Ambrosius in quartum secundæ ad Corinthios.

Thesauri Dei. Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos. Esaiæ quadragesimo quinto, Dei thesauri, & quæ non deficiunt diuitiæ, est quæ est uenatu difficilis sapientia. Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum.

Thesba, unde ortus est Elias Propheta Thesbites. Eusebius de locis Hebraicis.

Thesbi, captiuus, siue conuertens. Philo in interpr. nomin. de tertio Regum.

Thesbites,

**Thesbites, captiuus.** Idem ibidem de Zabaria.

**Thesbon, festinus ad intelligendum.** Idem ibidem de Genesi.

**Thessalonica, ciuitas Macedoniae.** Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Thessalonicam, festinans umbram statuere.** Idem in interpretationibus nominum de epist. ad Philippenses.

**Thessalonicensium, festinantium umbram roborare siue firmare.** Idem ibidem de Actis apostolorum.

**Theth, subter.** Philo ibidem de Exodo & Numeris.

**Theudas, seditiosus quidam pseudopropheta** Casari tributa persolvere prohibens: ideoq; e medio cum uniuersis affectis sublatus est. Act. 5. Iosephus lib. 20. cap. 4. & 5. Antiquitatum Iudaicarum. Eusebius libro secundo, capite undecimo Historie ecclesiasticae.

**Theudas, laudatio, siue capiens, aut signum.** Hieronymus in interpretationibus nomin. de Actis apostolorum.

**Thicon, in sinibus Palestinae & Emath, seu Syriae.** Ezech. 47.

**Thiras, filius Iaphet.** Gen. 10.

**Thiras, timens, siue rediens ad superfluum.** Philo in interpr. nomin. de Genesi.

**Thobel, siue Thubal, ductus ad luctum, uel conuersus ad uniuersa.** Id. ibid.

**Thobel, offerre.** Id. ibid. de Psalterio.

**Thobel, uniuersa, uel uanitas.** Idem ibidem de Ezechiele.

**Thof, protectio oris, siue gehenna.** Id. ibid. de libris Regum.

**Thof, gehenna, uel operculum oris.** Id. ibid. de Hieremia.

**Thogorma, filius Gomer, filij Iaphet.** Gen. 10.

**Thogorma, legimus in Ezechiele.** Eusebius de locis Hebraicis.

**Thogorma, incolatus quispiam, aut interpres.** Philo in interpr. nomin. de Genesi.

**Thogorma, auellens, uel incolatus cuiusdam.** Id. ibidem de Ezechiele.

**Thoi, rex Emath.** 2. Sam. 8.

**Thola, filius Issachar, nepos Iacob.** Genesis quadragesimo sexto.

**Thola, iudex tribus Issachar.** Iud. 10.

**Thola, uermiculus, uel coccinum.** Philo in interpr. nomin. de Genesi, Exodo, & Numeris.

**Tholad, in tribu Iuda, siue Symeonis.** Eusebius de locis Hebraicis.

**Thomas, apostolus.** Matth. 10. Luc. 6. cognomine Didymus. Ioan. 20. 21.

**Thomas, abyssus, uel geminus, unde & Graecè didymus appellatur.** Hieronymus in interpr. nomin. de Matth. 20.

**Thomas didymus, id est, geminus, uel abyssus.** Id. ibid. de Actis apostolorum. Oecumenius in 1. Actorum apostolorum.

**Thophel, locus Arabiae Petrae.** Deut. 1.

**Thou, amens, uel errans.** Philo in interpr. nomin. de primo Regum.

**Thronus David & regia sedes, est sacerdotium in sancta ecclesia, quam dignitatem regiam, simulq; pontificiam coniunctim largitus est Dominus sanctae ecclesiae suae, translato in ipsam throno David non deficiente in aeternum.** Illic enim per successionem durauit thronus David usq; ad ipsum Christum, non deficiantibus principibus ex Iuda, donec uenit cui restabant quae reseruabantur ipsi, & ipse expectatio gentium, inquit. Epiphanius libro primo, tomo secundo Contra haereses.

**Throni. Siue throni, siue dominationes, &c.** Existimo eum dicere thronos Cherubim. Diuinum enim thronum super eos uidit positum Propheta Ezechiel. Dominationes autem, principatus, & potestates, eos quibus fuerat credita cura gentium. Michael enim praerat Iudeis, & B. Daniel dicit principem Persarum, & principem Graecorum. Theodoretus in 1. ad Colossenses.

**Thuba, deferens, uel delatus, siue defertur.** Philo in interpr. nomin. de Ezechiele.

**Thubal. Vide Tubal.**

**Thubal, uide interpretationem Thobel.**

**Thyatira, ciuitas Libyae quae est prouincia Asiae, templo quondam Aesculapij famosa: cuius ciuis erat illa Lydia purpurarum, id est, purpurae uenditrix, quae in Philippis fidem Christi suscepit.** Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

**Thyatira, illuminata.** Id. in interpr. nomin. eiusdem libri.

**Tiberius, Imperator Romanorum, cuius anno 18. Dominus noster Iesus Christus pro peccatis nostris cruci affixus est.**

**Tiberius, uisio eius, siue bonitas eius.** Hieronymus in interpr. nomin. de Marco.

**Tiberias, urbs sita in littore lacus, per quem Iordanis fluius labitur, condita ab Herode rege in honorem Tiberij Caesaris.** Ideo lacus uicinus mare Tiberiadis uocabatur. Ioan. 6. 21.

**Tibis. Sumpsit mater eius tibi, & linuit bitumine, & iniecit infantem in eam.** Tibis genus est tegminis, ex uirgis, aut ex papyro contextum, uel etiam ex arborum cortice formatum: intra quod iniectus infans uidebatur expositus. Origenes homilia secunda in Exodum.

**Tigris, fluius de paradiso exiens iuxta Scripturae fidem, pergensq; contra Assyrios: & post multos circuitus, ut uult Iosephus, in mare rubrum influens.** Vocatur autem hoc nomine propter uelocitatem, instar bestiae nimia pernitate currentis. Eusebius de locis Hebraicis.

**Tigris uocatur Diglath, quod indicat acutum aliquid & angustum.** Iosephus lib. 1. cap. 2. Antiquitatum Iudaicarum.

¶ **Quid inter timere & diligere interit.**

**Timere seruorum est: diligere autem filiorum: timere**



mor sub necessitate est: dilectio in libertate. Autor operis imperfecti homil. 42. in Matth.

Timor. Timor est, insignis admiratio, tanquam ob id quod uel factum est, uel est. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Timor Dei. Timor Dei est, mali declinatio. Dicit enim: Et declina ab omni malo. Id. ibid.

Timor Dei est, uelut anceps gladius concidens omnem concupiscentiam malam. Ephraim lib. de Armatura spirituali, cap. 5.

#### ¶ Timor quatuorplex.

Diuiditur timor in sex, in cunctationem, uerecundiam, erubescenciam, stuporem, terrorem, & agoniam. Cunctatio igitur est, timor futuræ operationis. Verecundia, timor est ex expectatione conuicti: & hic affectus optimus est. Erubescencia, timor ex re turpi per peccata: neque hic quidem affectus est sine spe salutis. Stupor, timor ex magna imaginatione, Terror, timor ex imaginatione in consueti mali. Agonia uero, timor castus & infortunij. timentes enim in operatione infortunari, agonizamus. Damascenus lib. 2. cap. 15. de Orthodoxa fide.

Timoris significationes. Mulier autem ut timeat uirum. Qui simplicem intelligentiam mulieris sequitur & mariti, duas significantias in uerbo timoris esse monstrabit. Et dicet unam de qua Ioannes ait: Qui timet, poenam habet: & qui timet, non est perfectus. Iuxta quam & serui spiritum seruitutis habent in timore, quem exiguntur à Domino dicente ad eos: Et si Pater sum ego, ubi est gloria mea? & si Dominus sum ego, ubi est timor meus? Alteram uero quæ apud Philosophos nominatur *phobos*, et apud nos licet non plene sonet, reuerentia dici potest. Scit quoque & Prophetes perfectorum timorem, quem qui timuerit, perfectus est, in 3. Psalmo, dicens: Non est inopia timentibus eum. Hieronymus in 5. ad Ephesios.

Timorem Dei alicui ante oculos esse. Non est timor Dei ante oculos eorum. Si quis sit qui semper de timore Dei cogitet, quid ei placeat, requirat. quidue displiceat, huic timor Dei esse ante oculos dicitur. Sed peritus debet esse, & ex lege Domini diligenter eruditus, ne forte illic timeat timorem, ubi necessarius non erit timor. Ponendus est ergo semper timor Dei ante oculos, non istos oculos carnis: neque enim uisibile aliquid, aut corporeum queritur: sed dicit de oculis mentis, quibus timoris Dei & intellectus & doctrina perspicitur, per quam (sicut superius diximus) intelligat quid timendum sit, aut quid non sit timendum. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Timidus. Qui timidus est & formidolosus corde, reuertatur. Timidus potest uideri & ille qui primo aspectu trepidat ad congressum, non tamen toto corde terretur, sed reparari & animari denuo potest. formidolosus est autem, qui iam quasi in dolente uitio, etiam antequam uideat mala, sola cogitatione terretur gelidam per membra formidantem uolens: ita ut non tam conspectu malorum, quam ipso auditu & expectatione soluat. & ideo addit, formidolosus corde. In corde enim iam hoc & in interioribus animi defixum uicium manet. Id. homil. 9. in librum Iudicum.

Timon, unus ex septem diaconis ecclesie Apostolorum. Act. 6.

Timonem, numerantem sitim, siue pinguedinem. Hieronymus in interpret. nominum de Actis apostolorum.

Timotheus, ad quem Paulus binas scripsit epistolas, natus est in oppido Lycaoniae Lystra, patre Ethnico, & matre Iudæa, cui nomen fuit Eunice, filia Loidis. 2. Tim. 1. Act. 16.

Timotheus, beneficus. Hieronymus in interpret. nominum de epist. ad Romanos.

Timotheus, dux exercitus Antiochi & Ammonitarum & uicinarum gentium, uictus & interfectus à Iuda Maccabeo. 1. Macc. 5. 2. Macc. 8. 10. 12.

Tina, in tribu Iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Titio. Titonem uulgius appellat extractum foco torrem semistum, extinctum. 1. actantius libro 4. cap. 14. Institutionum diuinarum.

Titus, ad quem Paulus epistolam scripsit, natus est ex parentibus Ethnicis. Amplexus autem Euangelij doctrinam, comes fuit profectioum Pauli, nec tamen circuncisus fuit, ad Galatas secundo. Interfuit Concilio Apostolorum una cum Paulo & Barnaba. Actorum decimo quinto. Postea relictus à Paulo in Creta, ecclesias istic oppidatim instituit, & pastores præfecit.

Titum, quærentem, siue bonum, sed melius mutatum. Hieronymus in interpret. nominum de secunda ad Corinthios.

#### T O.

Tob, terra in qua habitauit Iepte. Eusebius de locis Hebraicis.

Tobias, ex tribu & ciuitate Nephthalim, quæ est in superioribus Galilee super Naafon, post uiam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet. Tob. 1.

Tobias, filius Tobie. Tob. 4.

Tobias, aurum contribuit ad coronam sacerdotis Iesu. Zac. 6.

Tolle illum. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle illum. Quid est, Tolle illum? Mos erat Iudeis contra condemnatos sic loqui, ac dicere, Tolle illum: hoc est, ne sinas illum uideri ultra inter homines: sicut de Christo dicebant. Sunt quidam qui uolunt, Tolle illum, idem esse cum eo quod nos iuxta Romanam consuetudinem dicimus, Mitte illum ad signa. Chrysostomus homilia quadragesimasexta in Acta apostolorum.

Tolmai, gygas, incola urbis Hebron. Num. 3. 1.

Tolmai, rex Gessur, socer Davidis. 2. Sam. 3. 13.

Tophet, in ualle filiorum Ennon: ubi populus Israel Gentium simulacra uenerabatur. Est autem locus in suburbanis Hierusalem. Euseb. de locis Hebraicis.

Topzium, bonum. Philo in interpret. nominum de Iob.

Torcular. Et fodit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia, quorum et tres Psalmi titulo prænotantur, octauus, & octogesimus, & octogesimustertius. Hieronymus in 21. Matth.

Quid est torcular, nisi Ecclesia? Sicut enim area Ecclesia

Ecclesia intelligitur, quia in ea per multam triturationem & uentilationem triticum separatur à paleis: sic rationabiliter Ecclesia torcular est intelligenda, in qua omnes fractus uineæ, id est opera seruorum Dei, & fides roborata ad Dei gloriam transmittuntur. Ecclesia autem torcular est, habens in se uerbum Dei, quo non delectatur natura carnalis, acquiescit autem ei contorta propter timorem iudicij, uel amorem premij, ut non tantum ipsa Ecclesia torcular uideatur, quantum ipsum uerbum Dei quod traditum est in ea possum. Autor operis imperfecti homilia quadragesima in Mattheum.

Torcular sedit in ea. Prophetas ex quibus quasi ex torcularibus, gratia Spiritus sancti decurrebat ut mustum. Ex quibus nonnunquam potati filij Israel, musti admirabantur uirtutem. Id. ibid.

Torrentis. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput. Torrentem porro, tentationum tempus intelligendum, alius indicat Psalmus, dicens: Torrentem pertransiuit anima nostra. Forsitan pertransiit anima nostra aquam intolerabilem. In torrente igitur bibet, inquit, calicem uidelicet, quem ipse sub ipsum passionis tempus significauit, dicens: Pater, si possibile est, transeat calix iste à me. Et rursus: Si non possibile est illum transire, nisi illum bibam, fiat uoluntas tua. Euseb. libro quinto, capite tertio de Demonstratione Euangelica.

## T R.

Trachonitis, regio siue Ithurea, cuius Tetrarches fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ. Est autem trans Bosram Arabiæ ciuitatem in deserto, contra australem plagam quasi ad Damascum respiciens, Eusebius de locis Hebræicis.

Trachonitis, negociatio tristitiæ. Hieronymus in interpret. nomin. de Marco.

Recte tractare uerbum. Recte tractantem uerbum ueritatis. Recte tractat, & bona conscientia, qui uolentibus loquitur, & pacificis. Ambrosius in 2. secunde ad Timotheum.

Ille recte tractat, qui exemplis sua dicta confirmat. Ornamentum enim uitæ, doctrina: firmamentum uerbi, opus. Hieronymus ibid.

Tradere. Et tradidit illos ut seruirent militiæ cœli, &c. Tradidit hoc loco, idem est quod permisit. Chrysostomus homil. 17. in Acta apostolorum.

Tradere Christum. Sed pro nobis omnibus tradit illum. Pro nobis omnibus tradidit eum, nō illa traditione qua scriptum est: tradet autem frater fratrem in mortem, & parentes filios: sed tradidisse eum dicitur hoc ipso quod eum cum in forma Dei esset, passus est exinanire seipsum, & formam serui suscipere, & usque ad mortem crucis peruenire, ut in ipso omnibus exemplum obedientiæ poneret, & uiam resurrectionis à mortuis aperiret. Origenes libro septimo ad Romanos.

Tradere satanæ. Tradere satanæ est, extra ecclesiam proijcere. Tertullianus de Pudicitia.

Traditio. Quare etiam uos transgredimini mandatum Dei propter traditionem uestram? Non legem, sed traditionem hominum iniquissimorum tra-

ditionem appellat. Chrysost. homilia 52. in Matth.

Et non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Traditionem dicit, non quæ per uerba, sed quæ per opera facta est. Theodoret. in tertium secundæ ad Thessalonicenses.

Traditionem dicit, quæ per opera est, & Dominus semper illam traditionem uocat. Chrysostomus homil. 5. in secundam ad Thessalonicenses.

Traditio humana. Videte ne quis sit qui uos seducat per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, &c. Traditionem humanam, canoras dicit nugas quæ uersantur in oratione. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum.

Traditiones paternæ. Abundantius emulatore existens paternarum mearum traditionum. Prudenter dum aliud narrat, interserit nō tam Dei se seruasse legi quam paternis, id est, Phariseorum traditionibus, qui docent doctrinas & mandata hominum, & reijciunt legem Dei, ut statuunt traditiones suas. Hieronymus in 1. ad Galatas.

Trahi à Patre. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Omnis qui audiuit à Patre & didicit, uenit ad me. Quid est uobis, trahi à Patre, nisi discere à Patre? Quid est, discere à Patre, nisi audire à Patre? Quid est, audire à Patre, nisi audire uerbum Patris, id est, me? Augustinus tract. 26. in Ioannem.

Trahi à Patre ad Christum, & audire ac discere à Patre, ut ueniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere à Patre, quo credat in Christum. Idem de Prædestinatione sanctorum cap. 8.

Transfigurare. Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, & cetera. Illud, transfigurabit, posuit non pro mutatione figuræ, sed pro liberatione ab interitu & corruptione. Theodoretus in tertium ad Philippenses.

Transire de morte ad uitam. Sed transit à morte in uitam. Hoc est, transire de morte ad uitam, transire ab infidelitate ad fidem, ab iniusticia ad iusticiam, à superbia ad humilitatem, ab odio ad charitatem. Augustinus tract. 22. in Ioannem.

Transitus Christi. Ut transeat. Per quam sapienter Euangelista transitum eius mortem appellat. Chrysostomus homil. 69. in Ioannem.

Trias. Trias quando per a diphthongum describitur, trinarium numerum significat: quando autem per nudum iota, pro multoties ponitur. Sicut animus Trias homines, & Trias sunt qui testimonium dant, aqua et sanguis & spiritus: et Trias per iota, aduerbialiter pro multoties, ut ait Apostolus: De hoc Trias Dominum rogavi, pro multoties. Damascenus epistola de Trisagio hymno.

Tria. Simile est regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinae satis tribus, &c. Tria pro multis hic posuit. Consueuit enim hoc numero pro multitudine abuti Scriptura. Chrysostomus homil. 47. in Matth.

¶ Quid inter tribuere & communicare interfit.

Facile tribuere, communicare. Tribuere donare est

est: communicare uerò multum dare. Hieronymus in 6. prioris ad Timotheum.

**Tribulatio.** Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? Quum tribulationem dicit, carceres simul, & uincula, & calumnias, & exilia, aliasque erumnas omnes dicit: unum uerbo immensum percurrens periculorum pelagus, omniaque summum quæ in hominibus sunt incommoda, per unam dictionem significans. Chrysostomus sermone decimoquinto ad Romanos.

**Tribulatio, Flagella.** Tribulatio patientiam operatur. Tribulatio proprie sanctorum est: impiorum autem & iniustorum tribulatio flagella appellantur. Denique in Psalmo sic dicit: Multa tribulationes iustorum. De istis autem ait: Multa flagella peccatorum. Et fortassis propterea tribulatio & angustia ad sanctos pertinent, quia ipsi sunt qui arctam uiam & angustam incedunt, & propterea tribulati dicuntur. Quod etiam in ipso Domino, qui uera est uia quam sancti incedunt, intellexisse Apostolos arbitror, quum ad eum dicerent: Turba te comprimunt & coarctant magister. Tribulationes ergo iustorum, non solum eas debemus accipere quæ extrinsecus ueniunt ex istis rebus quas indifferentes uel medias supra diximus, id est, uel damnis uel languoribus, uel ex quolibet corporis circuitu: sed & in eo quod etiam in requie positi semetipsos affligunt, & atterunt resistendo uoluntatibus suis, refrenando libidinem, coercendo licentiam, & omnia quæ ad bonum continentie pertinent prostigando, secundum hunc ipsum qui dixit: Macero corpus meum, & seruituti subijcio, ne forte cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Origenes lib. 4. ad Romanos.

**Tribulationem patientiam operari.** Tribulatio patientiam operatur. Hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patitur infirmitatis aut dubitationis. Ambrosius in 5. ad Romanos.

**Tribulatio leuis.** Paulus tribulationem leuem uocauit, non utique ad qualitatem tribulationem, sed ad certantium uoluntatem, & spem respiciens futurorum. Quod enim, inquit, nomen tantum, & leue est tribulationis nostræ supra modum eternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemptibus quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Chrysostomus hom. 24. in Matth.

**Tribuni.** Et ordinabis eos tribunos, & centuriones, &c. Tribuni ex eo dicuntur, quod tribui præ sint. Orig. hom. 11. in Exodum.

**Tristitia quocumque.** Est tristitia corporalis, & est tristitia spiritualis. Tristitia corporalis est, afflictio carnis: tristitia autem spiritualis, desperatio & infidelitas animæ. Autor operis imperfecti homil. 13. in Matth. Beati qui lugent. Prima facie potest aliquis illum luctum beatum putare, qui propter delicta atque peccata existit, iuxta Pauli de tristitia doctrinam, ubi dixit, non esse unam tristitiæ speciem: sed aliam quidem mundanam, aliam uerò quæ secundum Deum representatur, ac mundanam quidem tristitiam mortis effectricem esse: alteram uerò

per poenitentiam salutem conficere merentibus. Nam reuera non potest non beata iudicari talis animæ perturbatio, cum animaduerso eo, quod deterius est, uitam uitiosam deplorat. Gregorius Nyssenus de beatitudinibus.

**Tristitia quatuor sunt species,** acedia, molestia, inuidia, misericordia. Acedia igitur tristitia est, taciturnitatem defectionemque uocis inducens. Molestia, tristitia est aggrauans, pondusque afferens. Inuidia, tristitia est ex alienis bonis proueniens. Misericordia uerò, in aliorum malis tristitia. Damascenus lib. 2. cap. 14. de Orthodoxa fide.

**Tristitia mundi.** Seculi tristitia mortem operatur. Mundi tristitiam uocauit, quæ pro pecuniæ iactura, pro filiorum uel uxorum morte suscipitur, cuius immoderatio scit mortem afferre. Theodoretus in 7. ad Corinth.

**Tristitia secundum mundum.** Quid est secundum mundum? quando contristaris propter diuitias, propter gloriam, propter mortuum, omnia hæc secundum mundum, ideo & mortem facit. Nam qui propter gloriam contristatur, inuidet, & sepe perire cogitur: quæis erat tristitia Cain & Esau, hanc tristitiam uocat secundum mundum, quæ tristibus perniciosa. Chrysostomus homilia de cinaquina, in secundum ad Corinthios.

**Tristitia absorberi.** Ne quo modo abundantiore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Hoc est maiori tristitia absorberi, desperantem de se conuertere ad admittenda peccata, quibus grauatus absorbeatur à secunda morte. Ambrosius in secundum secundæ ad Corinthios.

**Triticum & zizania.** Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Inter triticum & zizania, quod nos appellamus lolium, quandiu herba est, & nondum culmus uenit ad spicam: grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla aut per difficultem distantia. Hieronymus in 23. Matth.

**Troas,** ciuitas Asiae maritimæ, eadem Antigoniam dicta. Id. de locis Actuum apostolorum.

**Troadem,** requiæ, siue latitudinem. Id. in interpret. nom. de Actis Apostolorum & 2. ad Cor.

**Troadis,** seruienti. Id. ibid. de 2. ad Timoth.

**Trogyllium,** promontorium Sami insulae. Actuum 20.

**Trophimus,** natus Ephesi in Asia minore, comes Pauli postremo ex Graecia Hierosolymam proficiscens. Ibid. 20. 21.

**Trophimum,** dissoluentem thalamos. Hieronymus in interpret. nom. de 2. ad Tim.

**Tryphæna,** & Tryphosa, piæ mulieres & bene merite de Ecclesia Romana salutantur à Paulo. Rom. 16.

**Trifenam,** inuentem, siue reuertentem. Hieronymus in interpretationibus nominum de Epistola ad Romanos.

**Tryphon,** dux Alexandri regis Syriæ, regnante Demetrio, euegit Antiochum Sedeten, Ionathan fratrem Iudæ Machabæi dolo cepit, & interfecit: postea suum

suum Dominum Antiochum interfecit, & regnum ad se transtulit: sed statim ab Antiocho filio Demetrii profligatus est. 1. Macc. 11. 12. 13. 14. 15.

Triphosa, fidelis mulier, quam Paulus salutauit. Rom. 16.

Trifossam, perspicuam. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

## T V.

Tuba canere. Cum autem facis elemosynam, noli tuba canere ante te. Tuba canere est, promulgare quod facimus. Chromatius in 6. Matth.

Tuba, filius Lamech, inuentor organorum musicorum. Gen. 4.

Tubal filius Iaphet. Ibid. 10.

Tubin, in regione Galaadite. primo Maccab. eorum quinto.

Tubalcain, frater Tubal, faber ferrarius. Genesis quarto.

Tunc. Tunc ductus est Iesus a spiritu, &c. Tunc istud, ad quodnam tempus aptandum est? Procul dubio ad illud quo descendit Spiritus sanctus: cum etiam desuper delata uox ait: Hic est filius meus. Chrysostomus homilia 13. in Matth. eum.

Tunc accesserunt ad Iesum a Hierosolymis Scribae & Pharisei. Tunc, inquit, quando scilicet innumera signa operatus est, quando tactu solummodo fibrarie multos curauit egrotos: propterea enim Euangelista notauit tempus, ut magnam eorum malitiam ostenderet. Id. ibid. homil. 52.

Tunc indignati sunt decem de duobus fratribus. Tunc istud, quando significati quando scilicet illos duos corripuit. Id. ibid. homil. 66.

Tunc oblatus est Iesu demonium habens caecus & mutus, &c. Tunc, quid est? quando egressus est de synagoga. Auctor operis imperfecti homilia 29. in Matth. eum.

Turba. Quid est turba, nisi multitudo turbata? Augustinus sermone uigesimosexto de uerbis Domini.

Turpiloquium. His consequenter iure uocetur turpiloquium, quae de uiciosis factis habetur oratio: cuiusmodi est, si de adulterio, uel de puerorum amore disseratur, & quae sunt huiusmodi.

Turris. Et edificauit turrim: haud dubium quin templum, de quo dicitur per Micheam: Et tu turris nebulosa filia Sion. Hieronymus in 21. Matth.

Aedificauit turrim. hoc est, legis fiduciam & altitudinem, ex qua sacerdotes uelut speculatores Christum specularentur uenturum. Auctor operis imperfecti homilia 40. in Matth.

Tutores & actores. Sed sub tutoribus est & actoribus usque ad praefinitum tempus a Patre. Tutores & actores, possunt & Prophetae accipi, quorum uerbis quotidie in aduentum Saluatoris erudiebamur: sicut paedagoga Moysi lex supra disserta est: & angeli paruulorum qui quotidie uident faciem Patris, & interpellant pro eis. De quibus dictum est: Immittet angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eruet eos. Recte hi sub tutoribus & actoribus esse dicuntur, qui habentes spiritum timoris, necdum

meruere spiritum libertatis & adoptionis accipere. Hieronymus in 4. ad Galatas.

## T Y.

Tychicus, discipulus & comes Pauli Apostoli. Actorum 20.

Tychicus, tacens. Hieronymus in interpret. nom. de epist. ad Colossenses, & in 4. ad Ephesios.

Tygran Tygraneos instituit, qui Phryges a Graecis sunt nuncupati. Iosephus libro 1. capite 11. antiquitatum Iudaicarum.

Tyranni, continentis eos, siue confortantis eos. Hieronymus in interpretationibus nominum de Actis apostolorum.

Tyrus, in tribu Neptalim. Eusebius de locis Hebraicis.

Tyrus, metropolis Phoenices in tribu Neptalim, uicesimo prope milliario a Caesarea Philippi. Haec quondam insula fuit praesto mari, septingentis passibus diuisa: sed ab Alexadro terra continens facta est, propter expugnationem, multis in breui spatio aggerebus comportatis: cuius maxime nobilitas conchylio atque purpura constat. Hieronymus de locis Actorum apostolorum.

Tyrus, quae Hebraice dicitur Zor: & interpretatur tribulatio, siue angustia, uel fortitudo. Philo in interpret. nominum de Iesu Naue. Hieronymus ibid. de Marco, & in 3. Marci.

Tyrus apud Hebraeos sonat, idem quod nobis uenantes. Origenes in 15. Matth.

Tyro, angustia. Hieronymus in interpret. nominum de Marco.

Tyrii, coangustati, ab Hebraico Zor nomine declinatum. Id. ibid. de Actis apostolorum.

Sonaue Tyrii, si eos interpretemur, continentes. Origenes tomo 12. in Ioannem.

## V A.



constat imprecationis & comminationis inclamationem intelligendam, & irato & offenso deputandam. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem.

Vae mundo a scandalis. Vae, dolentis uox est. Chrysostomus homil. 60. in Matth.

Vanitas sensus. Sicut & Gentes ambulant in uanitate sensus sui, &c. Vanitas sensus, & mentis obscuritas bifariam diuiditur, in seculi huius negotia, et in sapientiam secularem: quando aut in his quae mundi huius sunt & cito transeunt, detinemur: aut non profutura cognoscimus. Hieronymus in quartum ad Ephesios.

Vanitati subiecta esse creaturam. Vanitati enim creatura subiecta est non uoluntaria. Quid est in quo uanitati subiecta est, nisi quia quae generat caduca sunt? Operatur enim ut fructus faciat corruptibiles. Corruptio ergo ipsa uanitas est. Omnia enim quae nascuntur in mundo, infirma, caduca & corruptibilia, ac per hoc uana sunt. Vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt. Ambrosius in octauum ad Romanos.

Vaphi, e tribu Nephthali, pater Nababi exploratoris. Num. 13.

Vapſi, ſinis meus. Philo in interpret. nominum de Numeris.

Vas ad honorem, contumeliam, & iræ. Si quis emundauerit ſemetipſum ab his, ſine dubio peccati ſordibus, erit ad honorem uas ſanctificatum, & utile Domino ad omne opus bonum paratum. Reſtat igitur ut qui ſe non emundauerit, nec per poenitentiam peccati maculam abluerit, ſit uas ad contumeliam. Quod & ſi auxerit malitiam, & conuerſi per duritiam mentis & cor impœnitens omnino contempſerit, erit iam non ſolum uas cõtumeliæ, ſed & uas iræ. Origenes lib. 7. ad Romanos.

Vas ſuum. Vt ſciat unusquiſque ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione. Nonnulli interpreta ti ſunt uas ſuum pro cõiuge. Ego autem exiſtimo eum ſic uocaffe ſuum uniuſcuuſque corpus. Non fert enim tantum legem iſs qui matrimonio iuncti ſunt. Theodo retus in 4. prioris ad Theſſalonicenſes.

Vaſa diaboli. Quomodo poteſt aliquis intrare in domum fortis, & uaſa illius diripere, &c. Non ſolum demones uaſa diaboli ſunt, ſed uniuerſi ſane homines, qui malè uiuendo illi adhærent. Quare non de monia ſolum eiſci ab eo confirmat, uerum etiam totius orbis terrarũ tenebras illuminaturũ, et ſeducetes demonum artes deſtructurũ prædicũ. Chryſoſtomus homil. 4. in Matth.

Vas iræ. Vaſa miſericordiæ. Vas iræ ſit unusquiſque, ex eo quod per duritiam ſuam & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram: uaſa autem miſericordiæ ſunt, hi qui ſe emundauerunt ab his, & ad omne opus bonum præparauerunt. Origenes in 9. ad Romanos.

Vaſthi, regina, uxor Aſſueri regis Perſarum, ualde pulchra, recusans ad regem uenire, ab ipſo repudiatur. Eſter 1.

Vau, & ipſe. Philo in interpretationibus nominum de Pſalterio.

Vau uox Latine in ipſa dici poteſt. Euſebius libro decimo, cap. 2. de præparatione Euangelicã.

## V E.

Velamen. Et cum tranſieris ad Dominum, auferetur uelamen. Velamen dicit, ad operationem prophetiæ, ut nõ intelligeretur. Auguſtinus tractatu nono in Ioannem.

Velamen auferri. Cum autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur uelamen. Hoc eſt auferri uelamen, ſententiam euacuari qua tenebatur reus ſub lege. Ambroſius in 3. ſecundæ ad Corinth.

Velum templi. Poſtquam autem expirauit, uelum templi ſciſſum eſt à ſummo uſque deorſum. Velum templi, linteamen quoddam erat de latere ad latus, à ſuperioribus templi in medio dependens, ut ad interius tabernaculum ſolus pontifex ingredi poſſet: ad quod illotis pedibus introire neſus erat. Non enim licebat im præparato ſancta ſanctorum aſpicere. Cyrillus libro undecimo, capite trigefimoſeptimo in Ioannem.

Vendentes. Ite ad uendentes ac emite. Qui porro uendunt? Qui pauperie premuntur. Vbi uerò iſti reperiuntur? In hac ſolummodo uita: hic ergo non ibi quaerendi ſunt. Chryſoſtomus homilia 79. in Matth.

Vendentes oues, & colunbas. Et inuenit in templo uendentes boues, & oues, & colunbas, &c. Qui ſunt qui oues uendunt et colunbas? Iſti ſunt qui ſua quaerunt in Eccleſia, non quaerunt in Ieſu Chriſti. Venale habent totum qui nolunt redimi. Emi nolunt, & uendere uolunt. Bonum eſt eis ut redimantur ſanguine Chriſti, ut perueniant ad pacem Chriſti. Qui uendunt colunbas? Qui dicunt, nos damus Spiritum ſanctum. Quare enim hoc dicunt, & quo precio uendunt? Precio honoris ſui. Accipiunt precium cathedras temporales, ut uideantur ipſi uendere colunbas. Auguſtinus tract. 10. in Ioannem.

Venter. De uentre ante luciferũ genui te. Quãuis uentris appellatio in eo qui rectè incorporeus creditur, conuenire minime uideatur, tamen tropicis ac myſticis legibus hoc eſt quod indicatur, quod non extrinſecus & aliunde ſubſtituerit filium Pater, ſed ex ſemetipſo, ac ſi dici poteſt, de interioribus ſuis, ut hoc ipſum ſit ille qui natus eſt, quod eſt ille qui genuit. Et ne adoptionis lege extrinſecus uideatur aſſumptus, ſed quantum appellatio uentris intelligi ſuggerit, ſalua reuerentia incorporalitatis, intrinſecus editus deſignetur ueritate naturæ. Euſebius lib. 1. cap. 1. hiftoriæ eccleſiaſticæ.

Esca uentri. Ventrem hoc in loco non uentrem, gulam dicit. Quemadmodũ cum inquit: Quorum ſed Deus uenter eſt, non de parte corporis loquutus, ſed de edacitate. Chryſoſtomus homilia 17. in priorem ad Corinthios.

Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Ventrem cor dicit, ut alio in loco: Et legem tuam in medio uentris mei. Id. homil. 50. in Ioannem.

Venter interioris hominis. Venter interioris hominis, conſcientia cordis eſt. Auguſtinus tract. 3. in Ioannem.

Ventris deſtructio. Esca uentri, et uenter eſcis, Deus autem & hunc, & has deſtruet. Deſtructio uentris eſt, cum edendi ceſſat officium: esca uerò deſtructio tunc erit, quando ſteterit natiuitas. Ambroſius in 6. prioris ad Corinth.

Ventus. Ventus eſt motio aeris, & locus eius in aere eſt. Damascenus lib. 2. cap. 8. de Orthodoxa fide.

Ventus eſt, multitudo exhalationis calidæ & ſiccæ, mota circa terram. Id. ibid.

Verbum. In principio erat uerbum. Tu dilectiſſime, cum uerbum hoc in loco audis, noli quaerere, iſs ac quieteſcere, qui dicunt id uerbum eſſe, quod ore profertur, aut ſimpliciter uerbum: multa enim Dei ſunt uerba, qua & Angeli faciunt, nullum tamen eorum Deus eſt: ſed & prophetiæ et præcepta, uerba dicuntur. Mos enim Scripturæ eſt diuinas leges, & præcepta, & prophetias uerbum appellare. Quare de Angelis loquens: Potentes, inquit, uirtute qui faciis uerbum eius. Hoc autem uerbum ſubſtantia quædam eſt in perſona, ex ipſo Patre ſine paſſione proueniens, hoc, ut iam dixi, per uerbi appellationem manifeſtauit. Chryſoſtomus homil. 3. in Ioannem.

Verbum per ſeipſum nullam ſubſtantiam habet, & non poteſt eſſe filius Dei, alioqui ſic multi erunt filij Dei.

Dei. Multa enim conficitur Pater loquens ad filium, cum dicat: fiat firmamentum, fiant luminaria, producat terra, & faciamus hominem. Quare pater ad filium loquitur, & uerba quidem Dei, quæ loquitur ad filium, non sunt filij. Verum filius ad quem loquitur Pater, cum alijs pie appellatur panis, & uita, & resurrectio. Insuper & Verbum nominatur, quoniam interpres est uoluntatem Dei. Epiphanius lib. 3. tom. 1. contra Hereses.

Nunquam Deus sine uerbo fuit, quia uerbum est manens, non transiens, Deus, non sonus: per quem factum est cælum & terra, non quod præterit cum ijs quæ facta sunt super terram. Augustinus tract. 42. in Ioannem.

Pædagogus iure uerbum dicitur, quod pueros nos ducit ad salutem. Euidentiſſimè ergo uerbum dicit de seipſo per Oſeam: Ego autem sum præceptor uester. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 7. pædagoi.

Quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis, &c. Hæc quamuis proluxa sit & pluribus uerbis contexta & producta blasphemia, solet tamen Scriptura etiam multa uerba uerbum appellare. Neque enim unum uerbum loquutus est quicumq; Prophetæ, & tamen sic legitur: Verbum quod factum est ad illum, uel ad illum Prophetam. Et Apostolus: Presbyteri, inquit, duplici honore honorentur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Non ait, in uerbis, sed in uerbo. Et S. Iacobus: Estote, inquit, factores uerbi, & non auditores tantum. Non ait & ipse, uerborum, sed uerbi: quamuis tam multa uerba de Scripturis sanctis in ecclesia celebriter & solenniter legantur, dicantur, audiantur. Augustinus Serm. 11. de uerbis Domini.

Verbum Apostolorum. Sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me. Hoc uerbum fidei, quia principaliter ac primitus per Apostolos qui ei cohererant prædicatum est: ideo uerbum eorum dictum est. Neque enim propterea non est uerbum Dei, quia dictum est uerbum eorum: cum dicat idem Apostolus Theſſalonicenses excepisse à se, non ut uerbum hominum, sed sicut est, inquit, uerè uerbum Dei.

Verbum Dei. Ideo ergo Dei, quia Deus id donauit: eorum uerò uerbum dictum est, quia hoc prædicandum illis Deus primitus ac precipue commendauit. Ac per hoc etiam ille latro in sua fide uerbum eorum habebat: quod eorum propterea dictum erat, quoniam prædicandum ad eorum officium primitus ac præcipue pertinebat. Id. tract. 109. in Ioannem.

Verbum Christi. Auditus autem per uerbum Christi. Hic uerbum Christi prædicationem de Christo significat. Neq; enim illi soli crediderunt, qui uerbum ab ipſo Domino loquente audierunt, sed multo plures sunt, qui alijs cum prædicantibus audierunt, sicut & ipſe Dominus prædixerat, loquens ad Thomam: Quia uidisti me, inquit, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt. Omne ergo uerbum quod Apostolus, & si qui alij ab ipſo accepta gratia de Christo prædicauerunt, uerbum Christi esse pronunciat. Sed et in ecclesia si quis sapientiam quæ ex Deo est, & ueritatem Dei loquatur, si quis uiam Dei, quæ Christus est, doceat, & iusticiam eius exponat, sine dubio

bio quod loquitur, uerbum Christi est. Origenes lib. 8. ad Romanos.

Verbum otiosum. Omne uerbum otiosum quod loquuti fuerint homines, &c. Otiosum uerbum est, quod sine utilitate & loquentis dicitur & audientis: si omisſis serijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Hieronymus in 12. Matth.

Otiosum est uerbum, quod nulla de re profertur, quod mendacio inquinat, quod ad calumniam dicitur. Quidam autem otiosa etiam asserunt uerba, quæ uana sunt: ut quæ profusum mouent risum, aut turpia, impudica, illiberalia. Chrysostomus homilia 43. in Matthæum.

Verbum uitæ. Verbum uitæ continentis. Græcè est, *βίβλος*, pro eo quod est, Attendentes uerbo uitæ. Ita enim dixit etiam scribens ad Timotheum: Attende tibi ipſi & doctrinæ, ubi idem etiam Græcum est uerbum *βίβλος*. Verbum autem, seu sermonem uitæ, uocauit prædicationem, quando quidem uitam æternam conciliat. Theodoretus in 2. ad Philippenses.

Verbum dicere contra Spiritum sanctum. Qui dixerit uerbum aduersus Spiritum sanctum, &c. Quisquis uniuersa sua uita, qua istam gerit carnem, quantalibet longitudine prolongatur, quæcunq; uerba uel ore uel sola cogitatione locutus fuerit corde impænitenti, contra remissionem peccatorum quæ fit in ecclesia, uerbum dicit contra Spiritum sanctum. Augustinus Sermone undecimo de uerbis Domini.

Ipſe dicit uerbum contra Spiritum sanctum, qui unitati ecclesiæ corde impænitenti resistit, ubi in Spiritu sancto fit remissio peccatorum. Idem ibidem.

In uerbo Dei manere. Si manseritis in uerbo meo, uerè discipuli mei estis. Quid est, si manseritis? Si in petra ædificaueritis. O quam magnum est fratres hoc, supra petram ædificare quam magnum est. Venerunt flumina, flauerunt uenti, descenderunt imbres, & impegerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Quid est ergo, in uerbo Dei manere, nisi nullis tentationibus cedere? Id. ibid. Sermone 43.

Veritas. Pater sancte, conserua eos in ueritate. Veritatem non aliam intelligens, quam Spiritum uerum, per quem ad similitudinem suam ineffabili uirtute animas nostras reformat. Per quæ nos inuictò robore firmans, ad cursum uirtutis omni labore cõtempo, inuitat. Per quem diaboli artes, & uoluptatem mundanam superare nos facit. Qui enim signati semel Spiritu sunt, qui arrhabonem gratiæ in animo acceperunt, uirtutem ex alto induti fortissimi sunt. Cyrillus lib. 11. cap. 29. in Ioannem.

Veritatem facere. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem. Quid est, facit ueritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non tibi adularis, non dicis iustus sum, cum sis iniquus, & incipis facere ueritatem. Augustinus tract. 12. in Ioannem.

In ueritate stare. Et in ueritate non stetit. Omnis ac solus ille qui recta firmiter habet dogmata, & propter firmitatem dogmatum perpetuò constan-

his est sententia, nullo infortunio, nullo corporali prætextu concussus, is stetit in ueritate: qui uerò etiamnum appetitu uehementiore rerum uenerarum, uel qualicunque culpa conculcitur, ita ut aliquantulum dimoueatur ab honesto, is merito non stetiſſe existimetur in ueritate. Origenes tom. 24. in Ioannem.

Vespera. Mane. Et facta est aespera, & factum est mane dies unus. Vespera quidem terminus dici notusq; communis est: mane autem uicinitas illa est notis ad diem. Basilius homil. 2. Hex. æteri.

Vestis nuptialis. Et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, &c. Vestis nuptialis, præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex lege & Euangelio, nouiq; hominis efficiunt uestimentum. Hieronymus in 22. Matth.

Vestimentum nuptiale. Nuptiale uestimentum est fides uera, quæ est per Iesum Christum & iusticiam eius: de qua ait Apostolus: Expoliate uos ueterem hominem cum actibus suis, qui corrumpitur secundum concupiscentiam erroris, uestientes uos nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia, & sanctitate ueritatis. Quod dicit, in iusticia: ad conuersationem pertinet: quod autem dicit, in sanctitate ueritatis: ad fidei ueritatem. Vestimenta ergo ueteris hominis, sunt pannosa & sordida opera carnis, corruptibilia & immunda: uestimenta autem noui hominis, sunt fortia & decora opera spiritus, incorruptibilia & sancta. Autor operis imperfecti homil. 41. in Matth.

Vestimentum ouile. Vestimentum ouile, est species Christianitatis. Id. ibid. homil. 19.

Vestimenta ouilia. Attendite à falsis Prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, &c. Quæ sunt uestimenta ouilia? species uidelicet simulatae religionis. Eleemosyna simulata, uestimentum ouile est, non opus ouile. Oratio simulata, uestimentum ouile est, non opus ouile. Ieiunium simulatum, uestimentum ouile est, non opus ouile: & ceteræ species pietatis quibus se uestiunt lupi rapaces. Id. ibid.

Vetera & noua. Omnis scriba regni caelorum discipulus effectus, diuiti homini similis est, qui ex thesauro suo noua & uetera producit. Vetera legalia sunt: noua uerò Christi. Cyrillus lib. 3. cap. 34. in Ioannem.

Via. Et quædam ceciderunt secus uiam. Quæ est uia? Mundus iste per quem omnes transeunt, qui nascuntur. Via enim & peregrinatio, & transitus est omnibus, qui à Deo exierunt, & ad Deum festinant. Unde & Propheta dicebat: Quoniam incola sum apud te in terra, & peregrinus sicut patres mei. Autor operis imperfecti homil. 31. in Matth.

Via arcta. Arcta uia est, castitas, trames strictus humilitas: ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosa sunt semitæ, sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Cyprianus Serm. de Stella & Magis.

Via Domini. Et non persuadebantur malè loquentes de uia Domini coram multitudine, &c. Viam Domini, prædicationem merito uocabant: uerè enim

uia est, quæ ducit in regnum caelorum. Chrysostomus homil. 41. in Acta apostolorum.

Via lata & angusta. Intrate per angustam portam: quia lata porta & spacioſa uia est quæ ducit ad perditionem: &c. Lata uia est, seculi uoluptas quam appetunt homines. Angusta, quæ per labores & ieiunia panditur. Quam & Apostolus ingressus est: & ut Timotheus per eam ingrediatur, hortatur. Hieronymus in 7. Matth.

Via pacis. Et uiam pacis non cognouerunt. Pax nostra Christus est. Via ergo pacis, uia Christi est. Sed & si accipiamus, quod peccatores dum uitiorum bellis semper urgentur, uiam pacis ignorant, rectè intelligimus. Dicit enim Propheta ad Dominum: Pax multis diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Origenes lib. 3. ad Romanos.

Via pacis est, Saluator noster Iesus Christus, quæ docuit nos cum dixit: Remittite, & remittetur uobis: date, & dabitur uobis: hoc est, date remissionem peccatorum, & remittentur uobis delicta, quemadmodum & per orationem nos insituit ut Deo dicremus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Clemens Romanus lib. 2. cap. 24. de constitutionibus Apostolicis.

Via regalis. Quæ est uia regalis? illa sine dubio quæ dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Origenes homil. 12. in Numeros.

Via regia. Non declinabimus hinc aut illinc, uia regia ibimus. Via regia est, sancta Dei Ecclesia, & iter ueritatis. Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra Hæres.

Parate uiam Domini. Parate uiam Domini. Poenitentiam agere peccatorum, & facere fructus dignos poenitentiae, hoc est, parare uiam Domini, & rectè facere semitas eius. Autor operis imperfecti homil. 3. in Matth.

Via in Christo. Qui nos commonesciet uias meas, quæ sunt in Christo Iesu. Vias suas in Christo, inquit, ostendens quod nihil habent humanum, & quod illius auxilio omnia diriguntur. Chrysostomus homil. 14. in priorem ad Corinth.

Victoria. Gratiæ autem Deo, qui dat nobis uictoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Victoria qua uincitur peccatum, nihil aliud est quam donum Dei, in isto certamine adiuantis liberum arbitrium. Augustinus de Gratia & Libero arbitrio cap. 4.

Veræ uiduæ. Veræ sunt uiduæ quæ uni nuptiæ fuerunt plurimorum testimonio probatæ, bonis operibus intentæ: uiduæ re uera temperatæ, castæ, fideles, piæ, quæ benè liberos educauerunt, & laudabiliter hospites receperunt, quibus opem ferre oportet tanquam Deo dicatis. Clemens Romanus lib. 3. cap. 3. de Constitutionibus Apostolicis.

Quæ uerè uiduæ sunt. Illas ueras uiduas esse definiuit, quæ uniuersis curis exuta sunt, & ab omnibus desolata. Hieronymus in 5. prioris ad Timotheum.

Vigilantes & dormientes. Ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Vigilantes appellauit eos, qui erant illo tempore supersites: Dormientes autem eos qui excesserint. Theodoretus in 5. prioris ad Thessalonicenses.

**Vigilare & dormire.** Vigilare est, iusticiam facere: dormire autem, negligere est tam, sicut dicit: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus ueniet. Autor operis imperfecti homil. 52. in Matth.

**Vigilia quarta.** Quarta autem noctis uigilia, abijt ad illos Iesus, &c. Quarta uigilia noctis, extrema pars noctis. Vigilia una tres horas habet, ternis horis per singulas uigilias distributis. Quarta ergo uigilia noctis, hoc est, penè iam nocte finita. Augustinus Serm. 14. de uerbis Domini.

**Vincere malum.** Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Vincit malum, qui ad tempus uinci uideatur ab illo. Et Saluator enim sic uicit malum, dum non restitit. Contra se enim agit malicia, & dum uincitur, uincere se putat. Id enim agit inimicus, ut & nos de proposito nostro abstrahat, occasionem querens quomodo peccemus. Ideo si prouocati ab illo, uicem illi non reddamus, uincimus illum in bono. Ambrosius in 12. ad Romanos.

**Vinci à malo.** Vincitur à malo, qui malis prouocatus reddit malum. In bono autem uincit malum, qui acceptis malis restituit bona. Origenes lib. 9. ad Romanos.

**Vinea.** Simile est regnum cœlorum homini patri-familiâs, qui exiuit primo mane conducere operarios in uineam suam: &c. Vineam, mandata Dei: operandi autem opportunitatem ac tempus commodum, presentem uitam appellauit: operarios autem eos, qui differenter, aut manè, aut tertia, aut sexta, aut nona, aut undecima hora, diuersis ætatibus uocati accesserunt, & comprobati sunt. Chrysostomus homil. 65. in Matth.

**Operari in uinea.** Vade hodie operari in uinea mea. Quid est operari in uinea: iusticiam facere. Vineam enim iusticiam diximus supra, quam generaliter quidem in natura omnium hominum Deus plantauit: specialiter autem dedit eam in libro Iudeis, cuius diuersæ uites, sunt diuersæ species iustitiarum, in qua uinea unusquisque secundum proprias uires, aut paucas uites operatur, aut multas. Nescio autem si totam uineam quis hominum sufficiat operari. Autor operis imperfecti homil. 40. in Matth.

**Vir.** Vir nominatus est, quod maior in eo uis est, quam in foemina, & hinc uirtus nomen accepit. Laurentius lib. de opificio Dei cap. 12.

**Virum sanguinum abominatur Dominus.** Virum uocat, ut qui sit perfectus in uitio. Dicitur uir quoque Dominus, ut qui sit perfectus in iusticia. Iam enim Apostolus ad Corinthios scribens, dicit: Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Clemens Alexandrinus lib. 1. pedagogi cap. quinto.

**Vir desideriorum.** Daniel Propheta quod uoluntatem Domini desiderasset agnoscere, uir desideriorum appellatus est. Origenes lib. 7. ad Romanos.

**Vir perfectus.** Pusillus. Vir perfectus illè dicitur, qui caret errore pueritiæ, & lubricum adolescentiæ animi maturitate non sentit. Pusillus autem, qui nullum adhuc uirtutis uidetur habuisse processum. Ambrosius in 1. Lucæ.

**Vir uirtutis.** Hic qui spolia de hostibus refert, uir uirtutis appellatur. Origenes homil. 25. in Numeros.

**Viri.** Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ. Cum uirum audieris, suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis Scripturarum, quod sponsi uiri, & sponsæ uocentur uxores. Hieronymus in 1. Matth.

**Viri sanguinum.** Veloces pedes eorum ad effundendū sanguinē. Non corporaliter tantum sanguis effunditur eorum quorum corpora trucidantur: sed & hi qui quolibet scandalo animam à Deo separant, uiri sanguinum nominantur. Sicut enim homicida dicitur ille qui corpus ab anima separat, per quam uiuificatur: ita multo etiam uerius ille homicida dicendus est, qui animam à uera uita separat, qui Deus est. Origenes lib. 3. ad Romanos.

**Viri uirtutis.** Et dixit Eleazar sacerdos ad uiros uirtutis, qui reuertebantur de prelio. Viri uirtutis sunt, qui ad bellum procedunt. Id. homil. 25. in Numeros.

**Virga uirtutis.** Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, &c. Virga uirtutis, hominis corpus est ex uirgine nati, quam uirgam ex Sion misit Dominus, ut dominetur in medio inimicorum suorū. Arnobius in Ps. 109.

**In uirga uenire.** Quid uultis, in uirga ueniam ad uos, &c. Quid significat, in uirga in pœna & supplicio: hoc est, perdam, & cecabo, quod in Saphirâ Petrus effecit, quod ipse in Elima mago. Chrysostomus homil. 14. in priorem ad Corinth.

**Virgo.** Ecce uirgo in utero habebit. Virgo non appellatur, quæ uiro coniuncta est, & nuptiis copulata mulier. Sed illa proprie uirgo dici poterit, quæ curâ uirum conceptionem Dei uerbi in ueritate habuit. Eusebius in libro primo tomo secundo contra Hæreses.

Non importunè secundum animam & secundum integritatem fidei, quæ etiam ab illicitis abstinetur, & bona opera fiunt, unumquemque uel unamquamque animam uirginem dici, tota ecclesia quæ constat ex uirginibus & pueris, & maritatis foemina, & uxoris uir uirginitate nomine uirgo est appellata. Augustinus Serm. 23. de uerbis Domini.

Qui non uult uiderè quod malum est, qui non uult audire quod malum est, ab illicitis sacrificiorum nidoribus auertit odoratum, ab illicitis sacrificiorum cibis auertit gustatum, fugit complexum alienæ, frangit panem esurienti, hospitem inducit in domum, uelut nudum, concordat litigiosum, uisitat ægrotum, sepelit mortuum: ecce uirgo, ecce habet lampades. Idem ibidem.

**Virgines.** Tunc simile est regnum cœlorum decem uirginibus. Idcirco omnes uirgines appellantur: quia gloriantur in unius Dei nōticia, & mens eorum idololatriæ turbine non constupratur. Hieronymus in 25. Matth.

**Decem uirgines.** Decem uirgines omnes homines dicit, quorum uita decem sensibus sustentatur, quinq; carnalibus, & quinq; spiritualibus. Omitto



enim hominum due sunt partes. Aut enim peccatores sunt, aut iusti. Peccatores, qui secundum carnales ambulat sensus: iusti, qui secundum spirituales. Auctor operis imperfecti homil. 52. in Matth.

**Virgines fatuæ.** Quinq; ex eis erant fatuæ, & c. Idcirco fatuæ appellauit, quoniam difficilioribus superatis, faciliora perdidit. Chrysostomus hom. 79. in Matth.

**Fatuæ uirgines sunt, quæ fidem quidem Christi integram habent, opera autem iusticiæ non habent.** Auctor operis imperfecti homil. 52. in Matth.

**Quinq; uirgines.** Quinq; ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Quinq; istæ & quinq; uirgines, omnes omnino sunt animæ Christianorum. Sed ut dicamus uobis, quod Deo inspirante sentimus, non qualescunq; animæ, sed tales animæ quæ habent catholicam fidem, & habere uidentur bona opera in ecclesia Dei: & tamen ex istis quinq; sunt prudentes, & quinq; fatuæ. Augustinus Sermone 23. de uerbis Domini.

**Virtus.** Virtus est, bonum facere, malum non facere. Lactantius libro sexto, capite quinto Institutionum diuinarum.

**Virtus ueri Dei cultus est.** Idem ibid. lib. 7. capite sexto.

**Ipsa uirtus est, animæ concinna & congrua affectio, quæ rationi subijcitur per totam uitam.** Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 13. pedagogi.

**Virtus est, ars totius uitæ omnes actiones in se continens.** Philo lib. 1. Allegoriarum legis.

¶ **Virtus quatuorplex.**

**Virtus in species suas diuiditur, prudentiam, temperantiam, iusticiam, fortitudinem.** Id. de Sacrificijs Abelis & Caini.

**Virtutes particulares sunt numero quatuor, prudentia quid agendum determinans: fortitudo quid sustinendum: temperantia quid eligendum: iusticia quid cuiq; tribuendum.** Idem libro primo Allegoriarum legis.

**Virtus pro potestate regia.** Timentibus se fecit uirtutem. Virtus siue imperium, potestas est regia. Etenim quod non imperium possumus appellare, ab eo dicitur quod imperet, siue sub se uniuersa contineat. Origenes homil. 8. in Lucam.

**Alij operatio uirtutum.** Virtus est, non sanare tantum, sed etiam punire, quemadmodum Paulus excavit, & Petrus perdidit. Chrysostomus homil. 29. in priorem ad Corinth.

**Num omnes uirtutes? Hic potest habere uirtutem, cui dat Deus demonia eicere.** Ambrosius in 2. prioris ad Corinth.

**Virtus pro Spiritu sancto.** Tetigit me aliquis: ego enim sensi, de me uirtutem exiisse. Virtutis nomine appellari etiam S. sanctum, & eo loco clarum est, ubi Angelus dicenti Mariæ: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco: respondit: S. sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et ipse Dominus promittens eum discipulis ait: Vos sedete in ciuitate, quoad usq; induamini uirtute ex alto. Et iterum: Accipietis, inquit, uirtutem S. sancti superuenien-

tem in uos, & eritis mihi testes. De hac uirtute credendum est dicere Euangelista: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Augustinus tractatu nonagesimo nono in Ioannem.

¶ **Quid inter uirtutem & diuinitatem interfit.**

Et sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Virtus est, qua regit omnia: diuinitas, qua replet uniuersa. Origenes lib. 1. ad Romanos.

**Virtus altissimi.** Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quæ est uirtus altissimi, nisi ipse Christus, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia? Cyprianus in Expositione in Symbolum Apostolorum.

**Virtus resurrectionis.** Et uirtutem resurrectionis eius. Virtutem seu potentiam resurrectionis, scopum ac institutum resurrectionis appellauit. Theodoretus in 3. ad Philipenses.

**Virtus Spiritus.** Ad ostendendum uirtutem Spiritus differre ab anima, contentus erit ecclesiasticus in presentia illo testimonio: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi: ad ostendendum uero eos spiritus, qui sunt in Prophetis (ut qui illis à Deo donati sunt) ueluti illorum mancipia esse, & utetur. Spiritus Prophetarum Prophetis subijcitur. Et illo: Requieuit spiritus Helie super Heliseum. Isto enim modo nihil absurdi erit, inquiet, ut Ioannes conuertens in spiritum, & uirtute Helie corda patris ad filios, dicatur propter hunc spiritum, Helias qui uenturus est. Ad quorum confirmationem etiam hac ratione utetur. Si uniuersorum Deus familiaris factus sanctis, Deus ipsorum fit, sic nominatus Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, quanto magis S. sanctus familiaris factus Prophetis, spiritus ipsorum haberi poterit, ut hunc in modum spiritus dicatur, spiritus Helie, & spiritus Esaiæ? Origenes tomo 7. in Ioannem.

**Virtutes.** Certus sum enim quia neq; mors, & c. neq; uirtutes. Species uidetur esse una ex pluribus rationabilibus creaturis, non in corpore mortali uitam ducens, sed ut angeli, ex alio tamen ordine quam sunt angeli. Id. lib. 7. ad Romanos.

**Virtutes illas, angelos, archangelos, spiritus, celestem exercitum, principatus, potestates, thronos, dominationesq; nuncupamus.** Eusebius de Reparatione Euangelica lib. 7. cap. 5.

**Vnde huic sapientia hæc, & uirtutes aut signa? Virtutes nominabant aut etiam sapientiam, atque doctrinam ipsam.** Chrysostomus homilia quadragesimona in Matth.

**Et uirtutes cælorum commouebuntur.** Virtutes, angelorum multitudines intelligimus. Hieronymus in 24. Matth.

**Virtutes cælestes.** Throni, dominationes, principatus, potestates, uirtutes cælestes sunt. Origenes homil. 1. in Esaiam.

**Vim afferre.** Qui regnum rapiunt, sunt uiolenti, non contentiosis orationibus, sed relictæ uitæ asiduitate, & orationibus quæ fiunt sine intermissione dici sunt uim afferre, ut qui ex prioribus peccatis contractas abstulerint maculas. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum.

Vim facere. Et vim facientes diripiunt illud. Vim facere. hoc est expellere possidentem, possessionemque diripere. Origenes homilia duodecima in Iesum Naue.

Visio. Non quod Patrem uiderit quisquam, nisi qui est à Patre, &c. Visionem noticiam uocat manifestissimam & absolutam. Chrysostomus homil. 34. in priorem ad Corinthi.

A modo cognoscetis eum, & uidistis eum. Visionem dicit mentis cognitionem. Quos enim uidemus, & uidere & ignorare possumus: quos cognoscimus, ignorare non possumus: propterea inquit: Et uidistis eum: quem admodum ait: Visus est ab angelis. At qui ipsa substantia uideri nequit: sed uisam dixit, secundum eorum possibilitatem: ostendit lens, quod qui ipsum uidit, Patrem uidit. Vidit autem ipsum non in nuda substantia, sed carne uestitum. Alibi quoque uisionem cognitionem appellat: ut cum dicit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: mundi non tantum à fornicatione, sed ab omnibus peccatis. Omne namque peccatum animam maculat. Idem ibidem homil. 72.

Visitatio. Visitatio est, uehemens redargutio. Clemens Alexandrinus libro primo, capite nono paedagogi.

Vita. Quid est uita, nisi carcer animæ, quod intra hoc ergastulum clauditur, & carnali adheret consortio? Egesippus libro quinto, capite quinquagesimo tertio de excidio Hierosolymorum.

Quam ego dabo pro mundi uita. Vitam proprie illam, quæ in Christo est, intelligere debemus, quæ beatitudine continetur æterna. quam Euangelista recte cognouit, dicens: Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super ipsum. Cyrillus libro quarto, capite duodecimo in Ioannem.

Et qui manducat me, & ille uiuit propter me. Vitam in hoc loco non qualemcumque, sed probatam dicit: quod inde constat, quod & infideles omnes, & non initiati, & qui eius carnem non manducant, uiuunt tamen. Quare minimè dubium est, quin illam intelligit. Chrysostomus homilia quadragesima sexta in Ioannem.

Vita. Ira Dei. Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam: sed ira Dei manebit super ipsum. Quoniam iram Dei nominauit, manifestè uidetur à iucunda sanctorum uita acerbum impiorum cruciatum distinguere: & uitam quidem, gloriam cum Christo, quæ uerè uita est: supplicia uero impiorum, iram Dei appellare. Solet enim Scriptura iram pro supplicio plerumque accipere. Testes sunt Paulus & Ioannes, quorum alter ad conuersos ex Gentibus dixit: Eratis iræ filij natura, ut reliqui. Alter ad Phariseos & Scribas: Gemina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Cyrillus libro secundo capite septuagesimo quinto in Ioannem.

Vita. malum. Ecce dedi ante oculos tuos bonum & malum, uitam & mortem, elige uitam. Quod bonum est uitam appellat, & honestum eius electionem: malum autem, electionem contrarij. Clemens A-

lexandrinus libro quinto Stromatum.

Vita beata. Beata uita non est, nisi perfecta cognitio Dei. Augustinus libro primo Retractionum.

Vita Dei. Alienati à uita Dei. Vitam Dei appellat uitam, uitam quæ est ex uirtute. Theodoretus in 4. ad Ephesios.

Vita noua. Ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Noua uita dicitur, quia à Christo data est, quæ est disciplina Christiana. Ambrosius in sextum ad Romanos.

Vita uera. Vera uita uel beata hæc est, cum resurgemus & cum Christo regnabimus. Nam & impij resurrecturi sunt, sed in ignem ituri. Augustinus Serm. 17. de uerbis Domini.

Nouitas uitæ. Ita & nos in Nouitate uitæ ambulemus. Nouitas uitæ est, ubi ueterem hominem cum actibus suis deposuimus, & induimus nouum, qui secundum Deum creatus est, & qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Origenes libro quinto ad Romanos.

Vitium. Vitium aliud est nihil, nisi peccatum, aspernatio, & auersio à lege Domini. Damascenus lib. de duabus Christi uoluntatibus.

Vitis uerissima. Nunquid ignoratis charissimi, quia palmites sumus ex uite uerissima, quæ est Christus Iesus? Ephraem libro 1. cap. 4. de Compunctione cordis.

Viuentes in Christo. Arbitror perfectos, & qui nequaquam amplius peccata committat, uiuentes esse in Christo: mortuos uero in Christo eos esse, qui affecti quidem sint secundum eam fidem quæ est in Christo, quiq; deliberant optime uiuere, haud tamen illud assequuti iam fuerint, uel propter ignorantiam accuratæ & ueræ rationis de iusticia, uel propter infirmitatem iudiciorum, quæ uicta fuerint à carne concupiscente aduersus spiritum. Origenes tomo 24. in Ioannem.

Sibi uiuere. Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Sibi uiueret aliquis, si non ageret sub lege. At qui freno legis moderatur, non sibi utique uiuit, sed Deo qui legem dedit, ut secundum uoluntatem eius uiuatur. Et qui moritur, simili modo Deo moritur, quo iudice aut coronabitur, aut condemnabitur. Ambrosius in 14. ad Romanos.

Sibi non uiuere. Ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, &c. Hic sibi non uiuit, qui paratus est Domini sui facere uoluntatem. Id. in 5. secundæ ad Corinthios.

Diu uiuere. Quid est diu uiuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu uiuere, nisi malos dies malis diebus addere? Augustinus Serm. 17. de uerbis Domini.

Viui. Mortui. Ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Viuorum profecto illorum qui pro resurrectionis eius exemplo nouam & cœlestem in terris exiunt uitam: Mortuorum sine dubio qui mortificationem Christi in corpore suo circumferunt, & mortificant membra sua quæ sunt super terram. Origenes lib. 9. ad Romanos.

Vl, Armeniam instituit. Iosephus libro 1. cap. 14. Antiquitatum Iudaeicarum.

Vl, dolens, siue parturiens. Philo in interpr. nomin. de Genesi.

Vlai fontis nomen, unde flumen Vbal oritur. Daniele 8.

Vlai, palus, à palude non à palo, siue dolor scemoris aut umbraculi. Philo in interpretationib. nomin. de Daniele.

Vlammaus, pro quo in Hebræo scriptum habetur Luzā. Eadem est autem quæ & Bethel, sicut supra diximus. Sed & quædam uilla nomine Vlamma in duodecimo Diocæsareæ lapide ostenditur contra solis ortum Eusebius de locis Hebraicis.

Vltio est, retributio mali quod emittitur ad utilitatem eius quod ulciscitur. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 8. pædagogii.

## V M

Sub umbra alarum tuarum protege me, &c. Umbra alarum pro affectu domus diuine ponitur. Arnobius in Ps. 16.

Umbra futurorum. Quæ sunt umbra futurorum. Umbram futurorum uocauit legem, docens ab illa esse præfigurata noui testamenti gratiam. Theodoretus in 2. ad Colossenses.

Umbra mortis. Et qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Umbram mortis æstimo esse peccatum idololatriæ. Sicut enim qui uiuunt in agnitione Dei & Christi, quamuis agnitione ipsa sit uita, tamen donec sunt in seculo isto, non sunt in uera uita, sed in umbra uitæ: quoniam per fidem ambulant, & non per speciem: & per speculum in ænigmate uident, non facie ad faciem. Sic qui in erroribus idolorum uiuunt, licet ipse error sit mors, tamen nondum sunt in uera morte, sed in umbra mortis, donec in isto seculo sunt. Autor operis imperfecti homil. 6. in Mattheum.

Umbra mortis est, humana uita. Si quis igitur cum Deo est, & Deus cum illo, hic commodè & liquidè dicere potest: Tametsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Maximus centuria secunda de Charitate.

## V N

Vnde sum. Et me scitis, & unde sim scitis. Illa particula, Vnde sum, locum non denotat, ut ex sequentibus constat: Et à me ipso non ueni, sed uerus est qui misit me, quem uos nescitis. Ex quo notat operum inscitiam, sicut & Paulus inquit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Neque enim inscitie peccatum erat, sed prauis animi, qui cum scirent, scire nolent. Chrysostomus homilia quadragesimanona in Ioannem.

Vngi oleo. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Vngi oleo lætitiæ, non aliud intelligitur quam Spiritu sancto repleti. Origenes lib. 2. cap. 6. Periarthon.

Vnguentum preciosum. Et odorem noticiæ suæ manifestauit per nos in omni loco. Dei noticiam appellauit unguentum preciosum. Nec dixit noti-

ciam, sed odorem noticiæ. Talis siquidem est præsens Dei noticia, non admodum euidens nec exerta. Vnde & in priore dicebat epistola: Videmus nunc per speculum in ænigmate: hic idem dicit odorem.

Chrysostomus homilia quinta in secundam ad Corinthios.

Vnigenitus. Vnigenitus solum filium significat. Theodoretus dialogo impatibilis.

Vnum esse. Ego & Pater unum sumus. Quid est, unum sumus? Vnius naturæ sumus. Quid est, unum sumus? Vnius substantiæ sumus. Augustinus Serm. 5. 1. de uerbis Domini.

## V O

Quos autem prædestinauit, illos & uocauit. Vocare est, cogitantem de fide adiuuare, aut compungere eum quem sciat audire. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Vocare est, compungere ad recipiendam fidem. Id. ibid. cap. 9.

Vocatio sancta. Et uocauit uocatione sancta. Vocatio sancta est, cum electi sunt ad gubernandum populum sanctum Dei. Ad sanctum autem senior uocatur, qui dux eligitur sanctitatis. Id. in 1. secundæ ad Timotheum.

Volucres cœli. Ita ut uolucres cœli ueniant & habitent in ramis eius. Volucres cœli, uel animas credentium, uel fortitudines Dei seruitio mancipatas sentire debemus. Hieronymus in 13. Matth.

Volens. Volens est, ipse qui utitur uoluntate. Damascenus lib. 2. cap. 2. de Orthodoxa fide.

Voluntarium. Voluntarium est, uel quod est ex appetitione, uel quod ex instituto ac electione, uel quod ex cogitatione. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Voluntas. Voluntas appetitus est rationalis & naturalis, ex ijs solum pendens quæ secundum naturam sunt. Damasc. lib. 2. cap. 2. de Orthodoxa fide.

Voluntas est, ipsa simplex uirtus, qua uolumus. Idem ibidem.

Voluntas est, naturalis cum ratione appetitio. Id. lib. de Decretis.

Voluntas est, naturalis cum ratione atque libertate aliquid appetens mentis motus. Id. ibid.

Voluntas est, appetitio cum sensu atque ratione. Id. de duabus Christi uoluntatibus.

Voluntas est, naturalis quædam appetitio rationi sensuique consentanea, quæ solum naturalibus accommodatur. Id. ibid.

Voluntas B. Clementis sententia est, eius quod propriè est, appetitio. Id. ibid.

Voluntas appetitio est eius quod ratione utitur naturæ consentanea. Id. ibid.

Voluntatis uocabulum generaliter omnes uirtutes in se comprehendit, ac quæ singulatim per bonum intelliguntur, in uoluntate Dei omnia animaduertuntur. Gregorius Nyssenus lib. de Oratione.

Voluntatis acceptiones. Voluntatis ambiguum est uerbum. Interdum enim uim eam qua uolumus, significat: interdum id quod uolumus, quodque ei ui qua uolumus subiectum est, id est, rem ipsam quam uult

uult quispian. Vt autem aliud est aspectus, aliud id quod sub aspectum cadit: quod aspectus est, ipsa uis qua cernimus, quæ in oculo suo munere fungitur: id autem quod sub aspectum cadit, est res ipsa quæ uideatur, ut lapis, ut lignum, et quæ sunt generis eiusdè: sic uoluntas est, ipsa uis animi qua uolumus: id autè quod sub uoluntatem cadit est, ipsa res quam quisq; uult. Vt cum dico me uelle nauigare, ipsa nauigatio cadit sub uoluntatem. Damascenus libro de duabus Christi uoluntatibus.

¶ Quid inter uoluntatem & cupiditatem interfit.

Omnia ergo quæcunq; uultis, &c. Non usitate ac passim, sed proprie dictum accipi oportet. Voluntas namq; nõ est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisq; factis cupiditas proprie dicitur, non uoluntas. Augustinus lib. 2. super sermonem Domini in monte.

¶ Quid inter uoluntatem & uelle interfit.

Voluntas est, ipsa uis qua uolumus, quam à natura animo eius effector dedit, id est, uolendi facultas. Velle autem est, uis ea qua uolumus uti. Damascen. lib. de duabus Christi uoluntatibus.

¶ Voluntas Dei. Dei uoluntas est, Dei agnitio, quæ est communicatio incorruptionis. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Voluntas Dei est, qua uult aliquid, aut non uult. Origenes homil. 3. in Genesim.

Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. Voluntas Dei est, quam Christus & docuit & fecit: Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, ueracundia in uerbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriã facere non nosse, & factam tolerare posse, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod Pater est, timere quod Deus est, Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquam præposuit, charitati eius inseparabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, quando de eius nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiã, qua consistemur: in questione fiduciam, qua congregamur: in morte patientiam, qua coronamur: hoc est coheredè Christi uelle esse, hoc est præceptũ Dei facere, hoc est uoluntatem Patris adimplere. Cyprianus serm. de oratione Dominica.

Voluntas Dei salus hominum est. Nyssenus lib. de Oratione.

Sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis est. Quæ est uoluntas Dei, ipse Dominus docet: Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium hominis, & credit in eum, habeat uitam æternam. Ergo uoluntatè Dei facere, hoc est, credere in Christũ. Sicut et alibi Iudeis interrogantibus: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? respondit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit. Autor operis imperfecti homil. 19. in Matth.

Quia non quæro uoluntatem meam, &c. Illud summopere obseruandum iudico, quod uoluntatem Dei Patris legem appellauit. Cyrillus lib. 2. cap. 46. in Ioannem.

Voluntas propensa. Fratres, propensa quidem uoluntas cordis mei, &c. Propensam uoluntatè hic, uehemens desiderium uocat. Chrysostomus serm. 17. ad Romanos.

Voluntas rationalis, appetitus, & desiderium alicuius rei est. Damascenus libro 2. capite 22. de Orthodoxa fide.

Voluntatem Dei facere. Si quis uoluerit uoluntatè eius facere, cognoscat de doctrina, &c. Quis nesciat hoc esse facere uoluntatè Dei, operari opus eius, id est, quod illi placet? Ipse autem Dominus aperte alio loco dicit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit. Vt credatis in eum, non ut credatis ei. Augustinus tract. 29. in Ioannem.

Deus autem pacis, &c. aptet uos in omni bono, ut facieatis uoluntatem eius. Quid est facere uoluntatem eius, nisi facere opera quæ nobis inspirat, & in nobis operatur uoluntas eius? Fulgentius libro 1. ad Monimum.

Voluptas. Voluptatem definiunt Philosophi, elationem animæ, quæ non parat rationi. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 13. Pædagogi.

Vera uoluptas. Alia uoluptas non est quam timere Deum. Hæc profectò uera uoluptas est, in qua nihil metuatur, quæ ueluti ex adipe & pinguedine animam replet. Ephrem lib. de Armatura spirituali, capite sexto.

Voluptatem illam equidem dixerim, quæ uera est, cum anima nulla perturbatione distrahitur, nullaq; corporis impedimentia perpetitur. Chrysostomus homil. 2. in priorem ad Timotheum.

Voluptates duplices. Voluptatum hæc sunt animæ, illæ corporis. Voluptates animæ, quæcunq; solius animæ sunt, ipsi secundum seipsam conuenientes: ut quæcunq; sunt circa disciplinas & contemplationem. Corporis uerò, quæ ob animæ & corporis communionem contingunt. Propterea & corporeæ uocantur, quæcunq; circa cibos & ueneres, & eiusmodi sunt. Solius autem corporis non utiq; reperiat quis uoluptates.

Rursus uoluptatem quædam ueræ sunt, quædam mendaces & falsæ. Ille solius mentis secundum scientiam & contemplationem: hæc cum corpore secundis sensum. Damascen. lib. 2. cap. 13. de Orthodoxa fide.

Voluptas carnis. Facientes uoluptates carnis & consiliorum eius, &c. Voluptas carnis est, uisibilibus oblectari, ut elemèta quæ Deus gubernacula mundi instituit, deos appellet, cum hoc nomen uni Deo de beator ex quo sunt omnia: ut sicut nullum participè habet ex his in uirtute, ita nullum habeat consortem in nomine. Ambrosius in 2. ad Ephesios.

Votum. Votum est, cum aliquid de nostris offerimus Deo. Origenes homil. 24. in Numeros.

Votum est, petitio boni alicuius à Deo. Philo lib. de sacrificijs Abelis & Caini.

Vox. Vox quid est, nisi sonus, qui non oculis cernitur, sed aure percipitur? Ambrosius in proximum Lucæ.

Aer percussus est uox, uel aeris reuerberatio, siue aeris species, siue quid aliud quod uocem esse de-

finiunt peritiores. Origenes lib. 6. contra Celsum.

¶ Quid inter uocem & uerbum  
interfit.

Vox clamantis in deserto. Vox est, sonus confusus, nullum secretum cordis ostendens: sed hoc tantummodo significans, quia uult aliquid dicere, ille qui clamat. Verbum autem est sermo rationalis, mysterium cordis aperiens. Adhuc uox inter animalia & homines communis est: uerbum autem hominum tantum. Autor operis imperfecti homil. 2. in Matth.

## V P.

Vpham, filius Benjamin. Num. 26.

## V R.

Vr Chaldaeorum, ubi mortuus est Aram, frater Abraham: cuius hodieq; sicut Iosephus refert, tumultus ostenditur. Eusebius de locis Hebraicis.

Vr, ignis, aut lumen, uel luminosus. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Vr, erarium, siue ad iracundiam prouocans. Id. ibid. de Iesu Naue.

Vr, princeps Madianitarum. Numeri trigésimo primo.

Vr interpretatur irritatio. Origenes homilia 25. in Numeros.

Vrbanus, minister ecclesie Romanae. Romanorum decimosexto.

Vrbanus, luce gaudens. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Romanos.

Vrchi, longitudo mea. Philo ibidem de secundo Regum.

Vri. Melius est enim nubere, quam uri. Vri est, desiderij agi uel uinci. Cum enim uoluntas calori carnis consentit, uiritur. Nam desideria pati, & non uinci, illustris uiris est & perfecti. Ambrosius in 7. prioris ad Corinth.

Vrias, Ethæus, miles, cuius uxorem Bethsabæe, Dauid, arte interfecto marito, rapuit. 2. Samuel. 11. 1. Reg. 16. Matth. 1.

Vrias, sacerdos tempore regis Achaz, inflectens se ad uoluntatem regis idololatriæ. 2. Reg. 16. Esaiæ octauo.

Vrias, propheta, filius Semei, natus in oppido Carithiearim, interfectus à Ioachim rege Iuda. Hieremie 26.

Vrias ex interpretatione lumen Dei significat. Eusebius libro septimo, capite secundo de Demonstratioe Euangelica.

Vria, lux mea Dei. Philo in interpret. nomin. de 2. Regum.

## V S.

Vsani filius Dan, nepos Iacob, Genesis 46.

Viani, festinus eorum. Philo in interpret. nomin. de Gene si.

Vsachi, festinante me. Idem ibidem de 2. Regum.

Vsi, festinans. Idem ibid.

Vsque in hodiernum diem. Scripturæ sanctæ moris est dicere, vsque in hodiernum diem, de ijs quæ usq; ad finem uel uitæ, uel seculi permanent. Verbi causa, ut ait: Hic pater est Moabitarum usque

in hodiernum diem, quod significat usq; in finem seculi. Origenes homilia septima in Iesum Naue.

Vsque modò. Scimus enim quoniam omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Vsq; modo, tandiu significat, quamdiu legitur. Ambrosius in 8. ad Romanos.

Vstio. Melius est enim matrimonio iungi, quam uri. Vocat uisionem, non cupiditatis uexationem, sed eius uictoriam. Theodoretus lib. de Diuinis decretis.

## V T.

Vt. Nam oportet hæreses in uobis esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. illa particula, Vt, non causalis est, sed etiam nonnunquam rerum euentum significat. In qua significatione à Christo posita est, cum dixit: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Ita & Paulus de lege disputans, inquit: Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Sed non propterea lex data est, ut auerentur peccata Iudæorum, sed id euenit. Neque Christus propterea uenit, ut qui uident, cæci fierent: sed contra, contigit autem id. Ita et in hoc loco intelligendum est, Vt qui probati sunt, manifesti fiant. Non enim propterea factæ sunt hæreses, ut probati manifestarentur: sed cum huiusmodi hæreses fierent, id contigit. Chrysostomus homil. 27. in priorem ad Corinth.

Vtres ueteres. Non mittunt uinum nouum in utres ueteres, neque assumentum panni rudis in ueste ueteri. Vtres ueteres sunt, Phariseorum & Scribarum corda inueterata in peccatis, & quæ non susceperunt Euangelij prædicationem. Et uestis uetus est, uelut Iudas inueteratus in auaritia, non suscepit noui ac sancti & cælestis mysterij prædicationem, quæ spem docet: & quidem coniunctus undecim Apostolis, & ab ipso Domino uocatus, ampliores fissuram habuit per seipsum, quum nemo ipsi autor & causa esset. Nam mens ipsius non consentiebat supernæ spei, & cælesti uocationi futurorum bonorum, pro pecunijs in hac uita, elationeq; ac amicitia præferente, spe item ac uoluptate. Epiphanius lib. 1. tom. 3. contra hæreses.

## V V.

Animal uulpes nequam est, uersutum, indomabile est, ferum est. Origenes homilia secunda in Ezechielem.

Vulpes uolucres cæli. Vulpes fouas habent, & uolucres cæli nidos. Eos qui in effodiendis & infodiendis uersantur diuitijs, homines prauos & plane terræ filios, uulpes appellauit. Volucres cæli, eos qui cælo ab alijs aibus sunt distincti, qui reuera sunt mundi, qui ad cælestis uerbi cognitionem euolare possunt, uocauit. Clemens Alexandrinus libro 4. Stromatum.

## V Z.

Vz, unde fuit Iob de regione Ausitidi: sed & unus de posteris Esau, Vz nomine appellabatur. Eusebius de locis Hebraicis.

Vz, consiliator. Philo in interpret. nominum de Gene si.

Vzal, filius Iectan, nepos Heber. Gen. 10.

Xanthi.



**Anthicus**, est mensis primus. Clemens Romanus lib. 5. cap. 14. de constitutionibus Apostolicis.

X I.

**Xil**, in tribu Iuda. Euseb. de locis

Hebraicis.

Y.

**Y Menæus**, dormitans. Hieronymus in interpret. nomin. de priore ad Timotheum.

Z A.



**Aba**, iniquitas. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

**Zabad**, fluens torris, quem uulgo titiorem uocant. Id. ibid.

**Zabadæi**, Arabes. primo Maccaeorum duodecimo.

**Zabaoia**, dotata Domini. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

**Zabdi**, auus Achan, Ios. 7.

**Zabdi**, fluxus uehemēs. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

**Zahdihel**, Arabs, mittit Ptolemæo Philometori, caput Alexandri regis Syriae, qui ad ipsum confugerat. 1. Macc. 11.

**Zabulon**, filius Iacob, ex Lia uxore. Gen. 30.

**Zabulon**, habitaculum eorum, uel iusurandum eius, aut habitaculi fortitudinis, uel fluxus noctis. Philo in interpret. nomin. de Genesi & Exodo.

**Zabulon**, habitaculum: potest & habitaculi substantia nuncupari. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Zabulon**, habitaculum pulchritudinis. Id. ibid. de Apocalypsi.

**Zabulon** significat fauoris pignus ad eam. Iosephus lib. 1. cap. 27. Antiquitatum Iudaicarum.

**Zabulonites**, habitaculum eius. Philo in interpret. nomin. de libro Iudicum.

**Zacharia**, memor Domini. Philo in interpret. nomin. de Esaia.

**Zacharia**, memoria Domini, uel memor Domini. Hieronymus ibid. de Mattheo.

**Zacharias**, propheta diuinitus excitatus, ut populum ex Babylone reuersum consolaretur, ut & templum & politiam instaurarent.

**Zacharias**, filius Ioiade pontificis, interfectus à Ioaas rege Iudæ. 2. Paral. 24.

**Zacharias**, propheta, familiaris regi Azariae. 2. Par. 26. Esa. 8.

**Zacharias**, socer regis Ezechiae. secundo Paralipomenon uigesimalono.

**Zacharias**, sacerdos, de uice Abia (cuius uicis mentio fit. 1. Par. 24.) pater Iohannis Baptistæ. Luc. 1.

**Zacharias**, filius Hieroboam, rex Israel sex mensibus. 2. Reg. 15.

**Zacharias** interpretatur memoria Dei. Origenes in 23. Matth.

**Zacharias** memoria esse dicitur. Id. tom. 5. in Ioan.

**Zacharias** filius Barachie. A sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē Zacharie filij Barachie, quem occidit inter templum & altare. Querimus quis

iste sit Zacharias filius Barachie, quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas additum est: Quem occidistis inter templum & altare. In diuersis diuersa legi: & debeo singulorum opiniones ponere. Alij Zachariam filium Barachie dicunt, qui in duodecim Prophetis undecimus est: patriq; in eo nomen consentiat: sed ubi occisus sit inter templum & altare, Scriptura non loquitur: maxime cum temporibus eius uix ruinae templi fuerint. Alij Zachariam, patrem Iohannis intelligi uolunt, ex quibusdam Apocryphorum somnijs approbantes, quod propterea occisus sit, quia Saluatoris predicari aduentum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alij istum uolunt esse Zachariam, qui occisus est à Ioaas rege Iudæ inter templum & altare, sicut Regum narrat historia. Sed obseruandum, quod ille Zacharias non sit filius Barachie, sed filius Ioiade sacerdotis. Vnde & Scriptura refert: Non fuit recordatus Ioaas patris eius Ioiade, quia sibi fecisset bona. Cum ergo & Zachariam teneamus, & occisionis consentiat locus: querimus quare Barachie dicatur filius, & non Ioiade? Barachia lingua nostra, benedictus Domini dicitur: & sacerdotis Ioiade iusticia, Hebreo sermone demonstratur. In euangelio quo utuntur Nazarenj, pro filio Barachie, filium Ioiade reperimus scriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris, siue in portarum exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes, Zacharie sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Iudeorum, & fidei pietate descendit. Hieronymus in 23. Matthæi.

**Zacharias** iste qui in armis est? Alij Iohannis patrem opinantur, alij Zachariam, alij binominē quendam sacerdotem, quem & Iodam Scriptura nominat. Chrysostomus homil. 75. in Matth.

**Zachus**, presertus publicanorum agens penitentiam, excipit Christum hospitio. Luc. 9.

**Zachus**, iustificans aut iustus, uel iustificandus, Syrum est non Hebræum. Hieronymus in interpret. nomin. de Mattheo.

**Zachur**, memor. Philo ibid. de Numeris.

**Zai**, oliua, uel fornicatio, siue hæc. Idem ibid. de Psalterio.

**Zain** uocabulum significat uiuit. Eusebius lib. 10. cap. 2. de Preparatione Euangelica.

**Zambri**, filius Salami, ex tribu Simeon concumbens cum Madianitide scorto, confoditur à Phinees. Numeri 25.

**Zambri**, rex Israel septem diebus. 1. Reg. 16.

**Zambri**, regionis nomen, quæ Persis et Mediis coniungitur. Hier. 25.

**Zamram**, filius Abraham ex Cethura. Gen. 25.

**Zanram**, cantio eorum, uel tempus ostendens. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

**Zamri**, psalmus, uel canticum meum. Idem ibid. de Numeris.

**Zamri**, iste laceffens, uel amaricans: proprie enim nomen ab amaritudine figuratum est. Idem ibidem de tertio Regum.

Zauno-

Zannohua, in tribu Iuda: usque hodie in finibus Eleutheropoleos Aeliam pergetibus, uilla Zanna nuncupatur. Eusebius de locis Hebraicis.

Zanoë, oppidum Iudæe. Iosue 15.

Zaroe, repulit, uel iste requieuit. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Zara, filius Iudæ Patriarchæ, frater Phares. Gen. 38. Num. 26. Ios. 7. Matth.

Zara, oriens, uel ortus. Philo in interpret. nomin. de Genesi. Hieronymus ibid. de Mattheo.

Zara interpretatione significatur oriens. Ambrosius lib. 3. in Lucam.

Zara est oriens, uel nobilis. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

Zarad, alienus, uel descensio. Philo in interpret. nomin. de Numeris.

Zaraias, filius Thenameth. Capitaneus Iudæorū profugus. 2. Reg. 25.

Zare, ortus est. Philo in interpret. nominum de Numeris.

Zaret, uallis: zaret in parte deserti. Eusebius de locis Hebraicis.

Zareth, fluuius in finibus Idumææ & Moabitidos, influens in mare mortuum. Num. 21. Deut. 2.

Zareth interpretatur aliena descensio. Origenes in prologo explanationis posterioris in Cantica canticorum.

Zauan, motus, uel fluctuatio eorū. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

## Z E.

Zeb, ciuitas Ammam, hodieque uilla zia ostenditur in quintodecimo lapide Philadelphie, contra occidentem: de qua scribit Hieronimus. Eusebius de locis Hebraicis.

Zeb, princeps gentis Madian, ab Euphratis interfectus. Iud. 7.

Zeb, lupus. Philo in interpret. nominum de libro Iudicum.

Zebbi, dotis meæ. Id. ibid. de Iesu Naue.

Zebedæus, maritus Salomes, sororis Ioseph, pater Iacobi maioris & Ioannis Euangelistæ Apostolorum. Matth. 4. 10. 17. 20. 27. Ioan. 21.

Zebedæus, dotatus, siue fluens iste. Hieronymus in interpret. nomin. de Mattheo.

Zebæe, rex Madianitarum, à Gedeone captus & interfectus. Iud. 8.

Zebeth, uictima, siue hostia. Philo in interpret. nomin. de Psalterio.

Zebida, filia Phadaia mater Ioachim regis Iudæe. 2. Reg. 23.

Zebul, prefectus urbis Sichem, loco Abimelech. Iudicum 9.

Zebul, habitaculum. Philo in interpret. nominum de lib. Iudicum.

Zechri, filius Isuar, frater Chore. Exod. 6.

Zecri, memoria mea. Philo in interpret. nomin. de Exodo.

Zeser, hoc os uidistis: ab ore, non ab osse. Idem ibidem de Numeris.

Zelans. Ego sum Dominus Deus tuus, Deus

zelans. Ideo zelans dicitur Dominus, quia animam sibi mancipatam non patitur demonibus admisceri. Atque si eam uiderit temerantem iura coniugij, & occasionem querere ad peccandum, tunc (ut scriptum est) dat ei libellum repudij, & dimittit eam, dicens: Vbi est libellus repudij matris nestre quo dimisi eam? Origenes homil. 8. in Exodum.

Zelans maritus dici solet de coniuge sua, cum ei pudicitiam sollicitius & cautius curat, nec pollui patitur coniugis castitatem. Vnde consequenter qui peccat, Deum qui zelans dicitur in zelum incitat & irritat. Verum hæc omnia abusiue audienda sunt de Deo, sicut & ea quæ de furore Dei dicuntur, uel de somno, uel de tristitia, per quæ illud intelligitur, quid uisusquisque nostrum pro actibus suis de Deo mereatur. Denique sic dixit in Deuteronomio: Quia ipsi in zelum adduxerunt me in non Deo, & exacerbauerunt me in idolis suis, id est, colentes idola in zelum concitauerunt me. Idem homilia prima in Psalmum trigessimum sextum.

Zelores. Zelotes dicitur, quem zelus domus Dei comedit: ut Phinees sacerdos, ut cesset quassatio. Hieronymus in 3. Marci.

Zelotypus. Zelotypus sum erga uos zelo Dei. Zelotypæ sunt animæ, quæ immodico dilectorum amore flagrant, & non aliunde nascitur zelotypia quam ex uehementi dilectione. Deus dicitur zelare, non ut affectionem quandam in ipso suspicetur quispiam. Deus enim passionibus non est obnoxius, sed ut discant omnes, quod propter nihil aliud, quam propter eos quos tam afflictissimi amat, omnia faciat, non ut ipse aliquid lucrifaciat, sed ut illi seruentur. Chrysostomus homil. 23. in secundam ad Corinth.

Zelus. Zelus in bonam partem accipi potest, cum quis nititur ea quæ meliora sunt, æmulari. Hieronymus in 5. ad Galatas.

Zelpha, ancilla Liæ uxoris Iacob, mater Gad & Aser. Gen. 29. 30.

Zelphan, ambulans os, ab ore, non ab osse: uel fluens os. Philo in interpret. nomin. de Genesi.

Zemeri, iste exacerbans, siue amaricans. Id. ibid. de Numeris.

Zemma, filius Rabuel, nepos Esau. Gen. 36.

Zenas, Legisperitus, commendatur Tito per Paulum. Tit. 3.

Zenan, commotionem eius, siue commouens eum, uel ipse requiescens. Hieronymus in interpret. nomin. de epist. ad Titum.

Zephrona, terminus Iudæ ad Septentrionem. Eusebius de locis Hebraicis.

Zeuan, filius Ezer, nepos Seir. Genesis trigessimosesto.

## Z I.

Ziph, in octauo milliario Chebron contra orientem: usque hodie uicus ostenditur, ubi absconditus est Dauid. Fuit autem in tribu Iuda in Daroma in finibus Eleutheropoleos. Eusebius de locis Hebraicis.

Ziph, mons squalidus uel caligans siue nebulosus iuxta Ziph, in quo sedit Dauid prope Chermelam, quæ

que in Scripturis sanctis Carmelus appellatur, uicus hodie Iudeorum, unde fuit Nabal Carmelius. Sed & unus de posteris Caleb dictus est Ziph. Lege Paralipomenon. Id. ibid.

Ziph, germinans. Philo in interpret. nomin. de Iesu Naue.

Zif interpretatur quomodo fluit, uelut admiranti sermone. Origenes homilia 14. in Iesum Naue.

Ziphæi, germinantes siue florentes. Philo in interpret. nomin. de primo Regum.

Zit, in tribu iuda. Eusebius de locis Hebraicis.

Zizania. Vide triticum & zizania.

## Z O.

Zoab, ciuitas Amorreorum sita in Arnone: de qua scriptum est: Propterea dicitur in libro bellorum Domini: Zoab inflammauit torrentes Arnon. Eusebius de locis Hebraicis.

Zochora, in Hieremia ciuitas Moabitarum: hęc est que nunc uocatur Zoara siue Segor, una de quinque ciuitatibus Sodomorum. Id. ibid.

Zoeleth, nomen lapidis ubi Adonias immolauit uictimas iuxta fontem Rogel. 1. Reg. 1. Id. ibid.

Zolet, tractum siue protractum. Philo in interpret. nomin. de tertio Regum.

Zohomim, preparati in acie, uel que hęc est aqua. Id. ibid. de Genesi.

Zoob, aurum. Id. ibid. de Numeris.

Zophoim, regio principum in terra Edom que nunc uocatur Gabalena. Eusebius de locis Hebraicis.

Zorobabel, filius Salathiel, nepos Iechonie regis, una cum Iesu Pontifice reduxit populum captiuum ex Babylone, & urbem Hierosolymam ac templum instaurare cepit. 1. Esd. 3. 5. Agg. 1. 2. Zach. 4.

Zorobabel, princeps uel magister Babylonis, siue aliena translatio, uel ortus in Babylone. Philo in interpret. nomin. de Aggeo.

Zorobabel, ipse magister Babylonis, id est, confusionis. Hieronymus ibid. de Mattheo.

Zorobabel interpretatur fluitio postposita, uel ex commixtione, uel hic doctor Babylonie. Autor operis imperfecti homil. 1. in Matth.

Zorobabel, ortus ex posteritate Nathan, filij Dauid. Lucæ 3.

Zozommim, cognomen Gygantum, qui Ammonitidem olim tenuerunt. Deut. 2.

Zozomim, hęc cogitationes, siue que est hęc aqua, uel in acie preparati. Philo in interpret. nomin. de Deuteronomio.

## Z V.

Zuph, filius Helcana, ex posteris Chore, atauus Samuelis prophete. 1. Par. 6. 1. Sam. 1.

Terræ Zuph mentio fit 1. Sam. 9.

Zuzim. Gen. 14. id est, postes, columna, epitheton nobilium.

## LAUS DEI, I. TIMOTH. I.


Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo, honor & gloria, in secula seculorum: Amen.

BASILEAE, PER BARTHOLOMAEVM  
FRANCONEM, EXPENSIS IOANNIS OPORINI:  
Anno Salutis humanæ M. D. LXVII.  
Mense Augusto.



1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800  
1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900

REVISED BY THE  
COMMISSIONERS OF THE  
GENERAL LAND OFFICE  
AND THE  
REVENUE COMMISSIONERS  
IN CONJUNCTION WITH  
THE  
SOLICITORS GENERAL  
AND THE  
ATTORNEYS GENERAL  
BY  
MRS. AGNES  
FRANCIS  
ANNALS OF THE  
REVENUE  
1800



Ligustina 11/1867

